BSB
Bav. 146 d = -3

JOHANNES TURMAIR'S

GENANNT AVENTINUS

SÄMMTLICHE WERKE.

Hbl Bav. Ach. 300 e 2010-3

AUF VERANLASSUNG

SR. MAJESTÄT DES KÖNIGS VON BAYERN

HERAUSGEGEBEN

VON DER

K. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

DRITTER BAND. ERSTE HÄLFTE.

ANNALES DUCUM BOIARIAE.

(BUCH V & VI.)

Aventinus Werke
3
L6
10 F
50
g. Grimm
254 D

MÜNCHEN
CHRISTIAN KAISER
1883.

Preis: M. 4. 60.

BSB

JOHANNES TURMAIR'S

GENANNT AVENTINUS

SÄMMTLICHE WERKE.

AUF VERANLASSUNG

SR. MAJESTÄT DES KÖNIGS VON BAYERN

HERAUSGEGEBEN

VON DER

K. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

DRITTER BAND.

MÜNCHEN
CHRISTIAN KAISER
1884.

BSB

JOHANNES TURMAIR'S

GENANNT AVENTINUS

ANNALES DUCUM BOIARIAE.

HERAUSGEGEBEN

VON

SIGMUND RIEZLER.

ZWEITER BAND.

(BUCH V–VII, NACHWORT UND REGISTER.)

MÜNCHEN
CHRISTIAN KAISER
1884.

BSB

JOHANNES TURMAIR'S

GENANNT AVENTINUS

SÄMMTLICHE WERKE.

AUF VERANLASSUNG

SR. MAJESTÄT DES KÖNIGS VON BAYERN

HERAUSGEGEBEN

VON DER

K. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

DRITTER BAND. ERSTE HÄLFTE.

MÜNCHEN

CHRISTIAN KAISER

1883.

BSB

JOHANNES TURMAIR'S

GENANNT AVENTINUS

ANNALES DUCUM BOIARIAE.

HERAUSGEGEBEN

VON

SIGMUND RIEZLER.

ZWEITER BAND. ERSTE HÄLFTE.

(BUCH V & VI.)

MÜNCHEN

CHRISTIAN KAISER

1883.

BSB

M (2)

LIBER QUINTUS.

Libro quinto annalium Boiorum haec continentur:

Saxonum origo; Honoricus primus regulus Boiorum, frater Otonis primi; Honoricus secundus; Oto secundus dux Boiorum et Suevorum; imperator Honoricus secundus caesar augustus, praeses Boiorum tercius; Honoricus quartus; imperator Honoricus 3. caesar augustus, Boiariae rector quintus; dynastae Senonum et Eburobergomi, qui Gisòvèltas dicarunt; Honoricus sextus; Chunradus, qui et Chuno; imperator Honoricus 4. caesar augustus, Boiorum vero regulus septimus; Hagna augusta; Oto 3. dux Boiorum.

AUTHORES.

Herimanus Suevus ex nobilissima principum Veringensium familia ortus, tempestatis suae philosophus, mathematicus, poeta, theologus clarissimus. extant eius lyrica, mathematica et chronica. parentes eius Voliphardus et Hyldruda, avi Voliphardus et Bertha. obiit anno Christi 1054. Othochus, Fruxinensis mysta, deinde monachus Regino-

1 Annalium Boiariae liber quintus authore Joanne Aventino. continet annos 158 ab anno Christi 948 ad annum 1106. authore Joanne Aventino. *A.* 1 *Fehlt in B* 9 *Unter* septimus *in A:* octavus.

12 *Hermannus (Contractus) v. Reichenau. Seine Chronik s. M. G. Scr. V, 67 flgd.* 14 *vgl. Bertholdi annal., M. G. Scr. V, 268 u. die Anmerkungen des Herausgebers* 15 *vgl. Herrmann. Aug. chron. p. 119 zu 1009 u. 1010* 16 *Todesjahr nach Bertholdi annal. 269* 16 *Durch die früheren Ausgaben erfuhr man nur, dass A. einen Freisinger Othochus benutzt habe, und diese mangelhafte Kenntniss hat es verschuldet, dass man bisher allgemein an die Existenz eines im übrigen unbekannten Freisinger Historikers Othochus aus der Zeit Heinrichs IV. glaubte, auf dessen verlorenes Werk man insbesondere bald mehr bald weniger entschieden die Aventin eigenthümlichen Nachrichten über Machtulf und Bernulf (s. unten Cap. 7) zurückführte. Vgl. bes. Giesebrecht, Annales Altahenses S. 2 u. 72, Anm. 4, u. Kaiserzeit II, 640; Wilmans in M. G. Scr. XII, 252, n. 12; Wattenbach, Geschichtsquellen* ^{3} *II, 53; Steindorff, Heinrich III., I, 71, Anm. 4; Riezler, Gesch. Baierns, 1, 456. Jetzt aber lässt sich gegenüber dem vollen Wortlaute der Quellenangabe A's. nicht mehr zweifeln, dass dieselbe auf den bekannten Vielschreiber Otloh von St. Emmeram sich bezieht, so dass der Name Othochus aus unserer Literaturgeschichte zu streichen ist. Denn*

burgensis, suae tempestatis theologus et poeta praestantissimus, sub imperatore Honorico quarto scripsit. item Othochi aemulus Arionulphus ex Voccioburgensibus regulis oriundus, divi Haemerani Reginoburgensis praepositus, itidem sub imperatore Honorico 4. scripsit de ecclesiasticis scriptoribus. Vincissolaus, vir eruditus ac prudens, Aldaechii inferioris praesul, a consiliis imperatoris Honorici 4. caesaris augusti, regis Boiorum. divus Marianus Scotus, qui chronica et commentaria in hymnos Davidis scripsit. Reginoburgii haec servantur, ibidem enim vixit et in templo divi Petri extra moenia urbis sepultus est. sub imperatore Honorico quarto caesare augusto, rege Boiorum, Germania perlustrata tandem in Boiariam Reginoburgium concessit, ibidem mathematica docuit, sacras literas interpraetatus est, chronica scripsit, pastus est a foeminis sacratis superioris inferiorisque monasterii.

PRAEFATIO.

Saepius ac frequenter vulgo genus humanum conqueritur, quod non modo fruges, arbores votis non respondeant, tellus pascendis animalibus non sufficiat, verum etiam annonae sit incredibilis caritas,

15 *In A u. B folgt:* Joannis Aventini in librum quintum annalium Boiorum.

alles, was A. von Othochus aussagt, passt auf Otloh, der nach seiner eigenen Angabe im Freisinger Sprengel geboren ist und 1032 Mönch im Kloster St. Emmeram in Regensburg wurde, wo gleichzeitig der von A. als sein aemulus bezeichnete Arnold lebte, der ferner eine Menge theologischer und poetischer Werke verfasste und seine schriftstellerische Thätigkeit zum grossen Theil unter Heinrich IV. entfaltete. Dass A. diesen Autor und zwar dessen Vita Wolfkangi ep. benutzte, wird unten im 2. und 3. Capitel dieses Buches gezeigt werden; es ist aber wohl möglich, dass er ausserdem auch eine Schrift Otloh's verwerthete, die wir nicht kennen, und dass er dieser seine Angaben über Machtulf und Bernulf entnahm. Otloh's Name erscheint in verschiedenen Schreibweisen (vgl. Waitz in seiner Ausgabe der Vita Wolfkangi, M. G. Scr. IV, 521), von denen Othloh *der von A. gebrauchten am nächsten und so nahe steht, dass A's. Abweichung sich leicht erklärt, sei es, dass sie auf falscher Lesung oder einem Schreibfehler beruhe* 2 *Mönch Arnold von St. Emmeram, dessen Abstammung von den Grafen von Vohburg sich nicht erweisen lässt; vgl. Giesebrecht, S. B. d. Münchener Ak. 1870, I, 579* 5 *Vgl. Waitz in der Ausgabe Arnolds, M. G. Scr. IV, 544, n. 29* 5 *Abt Wenzel von Niederaltaich, in dem A. den Verf. der Annales Altah. vermuthete. Vgl. v. Giesebrecht u. v. Oefele, M. G. Scr. XX, 778* 7 *Mit Marianus Scotus, dessen Chronik Waitz, M. G. Scr. V, 481 flgd. edirt hat, wirft A. dessen Namensvetter, den Gründer des Regensburger Schottenklosters zusammen, dessen Vita in A. S. Boll. Febr. II, 365 f. veröffentlicht ist. Die Chronik des Marianus hat A., wenn überhaupt, jedenfalls nur in sehr spärlicher und untergeordneter Weise benützt* 9 *Weihen St. Peter vor den Mauern Regensburgs* 14 *Ober- und Niedermünster in Regensburg. Vgl. über Marian auch unten cap. 11 gegen den Schluss* 16 genus — conqueritur *Sall. Jug. 1.*

BSB

quamvis pagi, urbes, vici cultoribus non deficiant. id, quod plane, nisi lapides simus, sentimus: universa ad egestatem et solitudinem rediguntur. duae virtutes, parsimonia atque paupertas, imperia pariunt, augent, retinent; itidem duobus viciis, avaricia et luxu, pessundantur. studium pecuniae, potentiae, splendoris cupiditas cuncta regna evertunt. sub specie quidem virtutum grassantur lites, simultates, odia bella generant, odia caedes perpetrant. opulenti ambitione caeci luxuque perditi legibus solvi connituntur, aequitatem detrectant, parem ferre recusant, ultro cupiunt, occupant, habenas rerum arripiunt, emunt, fraude, dolo, precio, favore, quovis modo irrepunt, seditiones, factiones, discordiae mala serunt, optimum quemque insidiis circumveniunt, amicos veritatis simplicis, apertos, bonos veluti stolidos ac ineptos a republica gubernaculisque rerum arcent, qui suis moribus congruunt, admittunt. dispares mores disparia studia sequuntur. dissimilitudo inimicos, similitudo amicos parit. malus, qui voluptatem, potentiam, imperia, opes amat, ut his quovis modo fruatur, nihil pensi habet, aequalitatem contemnit, aequitatem aspernatur, societatem hominum conmunem violat, ius sibi cuncta denique suae voluntati servire vult, rapit, defraudat, simulat. ubi te dissimilem vitam vivere, istaec aspernari videt, se sperni, irrideri, peti a te arbitratur, vicia sua a te notari fert impatientissime; quamobrem te velut hostem persequi non cessat, vel insidiis vel vi tollendum curat. ita probitas aut paupertatis aut necis causa tibi existit, pauperum autem nulla cura est bonique ad negligentiam, desidiam rediguntur coactique suum officium faciunt, privato conmodo et ipsi consulunt. nec ultra iam, quam ipsis usus est, cum alia ab aliis occupanda cernant, laborant; paulatim denique fortunae malignitati caedunt viciisque herbam porrigunt. honestis manibus omnia laetius proveniunt, quoniam et curiosius fiunt.

Christus dominus et deus noster pacem atque mutuam charitatem pro religiosissimo nobis insigni dedit. at nos intestinis seditionibus adfligimur; quamvis unius corporis membra simus, sacrati tamen prophanos, prophani sacratos negociis suis ceu orgiis alienos arcent, quasi vero unum membrum sine alterius ope suo defungi queat officio aut oculi pedibus non egeant. mirari subit, quod deus nostris moribus non magis irritetur et fulmina iracunda tam diu ponat ac non magis sceleribus nostris irascatur.

Pridem certarunt grammatici et maximum bellum (cuius et nos

1 non *fehlt A u. B M* 10 praccio *B M* 32 menbra *A* 34 menbrum *A* 34 quasi — egeant *Paul. 1 Cor. 12.*

pars fuimus) oratoribus atque poetis fuit cum his, qui se theologos et philosophos nuncupant. exploso Alexandro grammatista, receptis sacris vatibus atque rhetoribus et clarissimis aliis rerum scriptoribus pax tandem rediit. nunc theologi inter se saeviunt, fremunt, debacchantur, in sua viscera cruentum convertunt ferrum, invicem sanguinem sitiunt, invicem more druidum sacrificiis interdicunt digladianturque pro lana caprina; divinus ille furor vatum poetis veteri domicilio relictis theologos invasit. is se novum, hic veterem, ille scholasticum, hoc est, umbraticum, alius verum ac solidum se adpellat. sunt, qui universa adfirment, et contra, qui cuncta negent; pars in Scoti sive Thomae verba iurat, pars Vilelmio Ocomensi ac Gregorio Ariminensi addicta est; nec hi inter se concordant. ut quisque maxime a ceteris dissenserit, novam aliquam sycophantiam excogitarit, ita maxime doctus et acutus reputatur; tot opiniones, quot theologistae; facilius inter horologia quam inter theologos conveniet; alius sermones et historiam longobardicam, hoc est meras fabulas, non rem amplectitur; ille discipulus est, alter dormit secure. invenias et gryzium animal apud Germanos inauspicatissimum et conviciis frequentatum.

Maxima pars sacras literas, ante quam discant, docent; quicquid in buccam venerit, magno boatu deblaterant, ut pecuaria Arcadiae rudere credas, et de his, quae penitus ignorant, audacter pronunciant pluraque verba effutiunt. summae maiestatis oracula superstitiose interpraetando suis moribus apta faciunt. quicquid nugati fuerint, cum nemo obstrepere aut intercaedere audeat, legem dei putant, quasi plastae cerae molli quamlibet formam fingunt. haecque licentia atque imperitia magistrorum nostrorum in sales apud indoctos etiam crebros abiit. calceolarii, sarcinatores nisi praescripto tempore manum ferulae subduxerint et tandem manu solertiam conprobarint, in artificum classem non recipiuntur; solis licet sacrificulis absque praeceptore ultro se ingerere, ultro ad aras nemine vocante gregatim absque delectu currere, adeo ut theologum habere cogare, quem mulionem nolis.

Quidam Ecciani sunt, quidam Lutheriani nominantur; illi romanum episcopum plus quam deum faciunt, hi in ordinem rediguntur.

4 debachantur *B*

1 *Bezieht sich wohl besonders auf den 1509 ausgebrochenen Streit Reuchlins und der Humanisten mit Pfefferkorn und den Kölner Dominikanern, welche Vernichtung der jüdischen Schriften verlangten* 7 pro lana caprina *Hor. ep. I, 18, 15* 11 *Duns Scotus; Thomas v. Aquino; Wilh. v. Occam; Gregorius v. Rimini († zu Wien 1358)* 17 *Furunculus, sagt Konrad v. Megenberg in seinem Buch der Natur (ed. Pfeiffer, 139), ist ain tier, daz haizt in gemainer sprâch ain grütz. daz ist gar mannhaft und grimmer danne sein nâtürlich kraft vermag, und ist enwênig groezer dann ain wisel u. s. w.* 32 Ecciani *Anhänger des Johann Eck.*

BSB

ignavissimus quisque aras adit, alioqui sub divite daemone agricola futurus flagicia impune perpetrat. sacratae quoque foeminae excusso pudiciciae iugo castitati bellum indixere. nisi me pietas christiana cohiberet, flagitiosiores prostibulis dicerem. in uno modestiam servant: virgines, quod non sunt, adpellari erubescunt, dominas se vocant. si veritas unquam acerba fuit, nostro aevo potissimum odium parit. omnes, quae sua sunt, quaerunt; visio a propheta, lex a sacerdote perit. canes muti non possunt latrare, os obstruxit pecunia, consuetudo prava, gratia, timor. tetra et detestabilis philosophiae et libertatis christianae est oppressio, crimina fervent, pietas refrixit, paupertas christiana maximum opprobrium est, maximus honor divitiis habetur. amor nummi, lethalis ambitus, quam symoniam vocant, crescit, odia, lites, factiones, partium studia, bella intestina parit; sacerdotia quasi caballi venduntur, permutantur; religiosus est, qui plura interceperit, praeripuerit, involaverit. non quot animas bearint aut caelo restituerint, egregii illi pastores quaerunt, sed quot nummos quotannis, praedia stipendiaria sacerdotiave etiam absenti reddant, dextra computant. omnis sermo horum de pecunia, venere, viciis aliorum, leviusculis aliis rebus est. si unum verbum de Christo aut ex divo Paulo prophetave adduxeris, veluti impium te abominantur et theologum infami iam nomine adpellant. potentia, opes, venter et ea, quae sub ventre, illorum dii sunt. vivunt, ut bibant et edant. gloriari quosdam in vinariis tabernis audivi, sese quascumque puellas foeminasve in sui amorem quotlibet pellecturos. nec secreta, quae, ut vocant, confessionibus rimantur, prodere et temulenti et sobrii erubescunt. prudens praetereo, quae quotidie non sine maximo animi dolore sentire cogor; tantum abest, ut rumoribus temere credam. facit indignatio versum.

Captorum greges in morem porcorum (sicuti vulgo dici solet) grumniunt nec unquam concordes sunt, nisi quando conspirant. ut quisque maxime a caeteris victu, vestitu, moribus, institutis, religione, cantu, praeculis discreparit, ita maxime religiosus putatur; sunt, qui carnem fugitant, pisces optimos, vina nobilissima adpetunt. hi contactum pecuniolae devitant, verum oblatas divitias arripiunt, testamenta aliena et faciunt et intercipiunt. funibus alii, alii loro cinguntur; is caeruleus, hic ater, ille candidus est, pars discolores sunt, videas quosdam intus laneos, foris lineos esse. alius est Francisci, alius Augustini,

7 Omnes — quaerunt *Paul. Phil. 2, 21* 8 — latrare *vgl. oben Bd. II, 674, Z. 15* 11 paupertas — habetur *Sall. Cat. 12* 21 venter — sunt *Paul. Phil. 3, 19* 28 *Juven. Sat. 1, 79.*

alius Dominici, alius Carmeli, quasi vero (divi Pauli utor sententia) isti, non Christus pro nobis mortem obiisset. illi omnes scelera conmedunt, crimina bibunt mortalium, virtutes et benefacta venditant sua hamatasque preculas viscataque murmura cauponantur. regionibus inter se divisis, pro quibus et disceptare solent, tumultum carminum (ut est apud prophetam) et precularum murmura nundinantur. neque per hosce vel manibus licet esse pacatis, pro quorum cadaveribus contendunt, et quotidie in publicis concionibus cum sacerdotibus popularibus conviciis rixantur, nullum terminum aviditati suae ponunt nec unquam aut mendicando aut accipiendo satiantur vel stipem e flamma, ut aiunt, petunt, invicem in templo dei, aede sacra mordent, sese invicem casearios scortatoresque nuncupant. ista fames, ista pestilentia non quidem corporum, sed animorum, iste paricidialis tumultus, istud nefandum intestinumque bellum quadringentos et quinquaginta annos continenter sub circo romano in plaebem christianam grassatur. quod si fieri posset, vel inmortalitati destinatos falli necesse esset. adeo dira lues tot pontifices, tot imperatores caeterosque involvit, extinxit. quae videmus, cernimus, lapides stipitesque sumus, si non persentiscimus.

Christus et legati eius omnes non sua morte defuncti sunt. omnes, qui pie volunt in Christo vivere, in hoc mundo persecutionem perpeti necesse est. haud fieri potest (ita mores sunt), quin caedes, homicidia, discordiae, crimina, simultates, bella edantur; sed viderint, quibus autoribus ista conmittuntur. imperator caelestis edixit: non veni ad mittendam pacem, sed gladium; ipse et comites eius, quod veritatem docebant, crudelissime interempti sunt, pars in crucem acti, pars submersi, pars conbusti, alii ad bestias, hi ad metalla et latomias, illi ad insulas condemnati sunt. et nos velut pecus ignavum ab eventu facta notanda putamus successuque rerum cuncta metimur, ceu vero temeraria consilia plaerumque felicitas non excipiat aut non saepe prava magis quam bona prospere eveniant. taceo scribarum, causidicorum, frumentariorum, quaestorum, lictorum, leguleiorum versutias atque rapacitatem.

Vetus dictum est Aristotelis, eos, qui caeteris praesunt, nihil ratione atque virtute, cuncta experientia atque vi agere. et universi quidem, quos conmemoravi, populum christianum lacerant, decipiunt,

1 *Galat. 2, 21* 6 *Ezech. 26, 13* 10 stipem — petunt *Ter. Eun. III, 2, 38* (*cibum*) 20 omnes — necesse est *vgl. Paul. 2 Tim. 3, 12; vgl. oben Bd. II, 183, Z. 22* 24 — gladium *Evang. Matth. 10, 34; Luc. 12, 49, 51; vgl. oben Bd. II, 183, Z. 23* 25 — condemnati sunt *vergl. oben lib. II, c. 10, Bd. II, S. 186.*

BSB

fraudant, attenuant, exinaniunt, devorant, adterunt, exedunt. miseris iustior atque clementior apud Turcas foret servitus. calumnias litium prudens praetereo. nos sub tecto litigamus; ut controversiae caeli iniuria diminuerentur, romani sub dio, Hebraei sub porta litigarunt primus Marcellus Octavia, sorore Augusti genitus, in aedilitate sua, avunculo 11. consule, calendis Augusti velis forum inumbravit, ut salubrius litigantes consisterent, quantum mutatis moribus Catonis Censorii, qui sternendum quoque forum muricibus censuerat. quid de hac re divus Paulus sentiat, nolo hic conmemorare.

Pontifices, sacerdotes, monachi, qui nostra lana teguntur, lac omne consumunt, quasi nihil horum ad se spectet, gaudiis corporis dediti, ocio et voluptate perfruuntur, aetatem silentio transsigunt, interim securi nepotantur, canes, equos, scorta alunt, venantur, lavant, potant, amant. avaricia eorum ac superbia et perditi mores in proverbium vulgo venere. ipsi literas sacras, prophanas iuxta odio habent. eruditorum omnium, potissimum sacrarum literarum interpraetum conspectum, conloquia, consilia, amiciciam aspernantur, velut dirum omen fugitant; nullum praesidium in his omnibus pauperibus existit. ita me deus amet, ut plaebeculae inopis et ab omnibus desertae misertum est. equidem scio exiguo concedi misericordiam potentesque potenter, ecclesiasticos, populares tormenta passuros, quippe quibus vel ingratis durissimum atque arduum inminet iudicium. tu ergo, Christe, terrarum mundique rector, audi, audi, pacis et concordiae author; tu nos tua victrici dextra vindicasti et tuo sanguine adseruisti, morte tua aere et libra mancipia coemisti; tu nos unctos sacrosancto cruore tuo pontifices cooptasti, reges constituisti, nobis coelos, inferos, homines subegisti. tu nos condiscipulos tuos cohaeredesque deos declaras, nuncupas, designas. tu nobis, ne alium praeter te in terris magistrum atque dominum agnoscamus, praecepisti. lupi undique ululant, leones circumcirca rugiunt. nisi tute oves tuas praesenti ope, quemadmodum polliceris, servaris, actum est. omnes haud dubie occidimus atque plane perimus. da, praecamur, auxilium, rebus succurre perditis, Carolo maximo augusto tuo numine adesto, ut morbos reipublicae ad vivum resecet, sanitatem restituat, labentem disciplinam corrigat, pronum in omnia mala saeculum et in luxuriam fluentes Germanias coerceat, fessis rebus subveniat et mortales iuvando hoc caelesti passu ad aeternam gloriam vadat. qui hisce diebus, dum haec prodo, iam-

5 — censuerat *Plin. n. h. XIX, 24* 11 — transsigunt *vergl. oben lib. IV, c. 23, S. 675, Z. 28 fgd.* 20 — passuros *Sap. 6, 7; vgl. Bruno, bell. Sax., M. G. Scr. V, 359.*

pridem caesar designatus apud Aquas Graneas more maiorum inunctus est. sed Saxonum originem, qui Boiorum regno potiti sunt, uti tempus postulat, iam exequar. rhetoricati sumus, sed lex historiae coegit.

Cap. 1. Saxones Cimbrorum Teutonumque sobolem esse reperio. habitarunt ad cervicem peninsulae Cimbricae; pulsos a Danis esse volunt ad Albisque hostia utrimque. quamobrem sicuti a regibus Francia oriundis Franci et Germania Francia dicta fuit, ita ab imperatoribus Saxonia progenitis, a Teutonis originem trahentibus Teutones nuncupantur. et nationis nomen, non gentis paulatim evaluit, in nomen quoque Saxonum Sycambri, Cauci, Cherusci transsierunt atque trans Albim orientem versus non parva Venedorum pars, quae loca quondam Suevi tenuerunt. apud rerum scriptores teutonicum regnum Franco successisse et in iure pontificio Otonem Teutonum primum regem, hoc est, Saxonum lego. Saxoniae quoque partes tris reperio, austriacam, nordomanam, vestriacam. haec ad inferiorem partem Rheni, altera ad Cimbros oceanumque germanicum, tercia ad Albim sinumque Codanum pertinet significantque illa vocabula Teutonum sermone et germanico orientalem, septentrionalem, occidentalem.

Primus Saxonum, qui Boiis imperitavit, est Honoricus, frater germanus imperatoris Otonis Magni caesaris augusti. is vultu patrem referebat, idcirco plus a diva Mathylda matre sua amabatur. huius praecibus Oto exoratus fratri Honorico ducatum Boiariae mortuo Beritholdo tradit; Honoricus posthac bonus fidusque regi mansit. uxor Honorici fuit Iuditha, filia Arionulphi ducis, rarae pulchritudinis atque pudicitiae foemina, quae Reginoburgii sacratarum foeminarum contubernium, quod inferius vocant, extruxit, ubi eius mausoleum in aditu aduc monstratur. divus Ratho Damasia oriundus eo tempore orientalis Boiarici regni limitis dux fuit, cum Iuditha hac supplicandi gratia Hierosolyma profectus est. in ripa Ambronis, in superiore Boiaria mystis divi Benedicti templum construxit, cui a suo vocabulo nomen indidit; ibidem sepultus, ab accolis adnc religiose colitur.

Eadem tempestate Toxus Ugrorum rex, audita morte Beritholdi ducis Boiorum, duobus exercitibus Boiariae fines invadit, limitem austriacum et Charionas in confinio Italiae devastat. Honoricus re-

2 *Karl V. wurde am 23. Okt. 1519 in Aachen gesalbt* 19 — monstratur *vgl. Vita post. Mahthild. reg., M. G. Scr. IV, 291? Widukind II, 36; M. G. Scr. III, 447* 25 *Bei Widukind l. c.* prudentiae *st.* pudiciciae 30 *Grafrath bei Schöngeising an der Amper, wo seine Gebeine noch jetzt verehrt werden* 32 Tocsun dux *in ungarischen Quellen; vgl. Steindorff, Heinrich III., II, 448;* Taxis, Hungariorum rex *bei Liudprand, Antapod. lib. V, c. 33.*

gulus Boiorum contractis copiis obviam hosti armatus procedit, bis aperto Marte cum Ugris congressus, bis pugna superior fuit Ugrosque perpaucis fuga elapsis caedit, fudit, adflixit. nec ausa est gens caedis avida de caetero Boios bello lacessere Honoricusque et dux copiarum eius Ratho in monumentum tantae victoriae caelitus datae, armati equis insidentes, quemadmodum praelio interfuere, e gypso ficti et expressi induratique igne in templo deiparae virginis apud Murocircum pagum Boiariae Noricorum dedicati positique anno aerae christianae 948 (quo Beritholdus Boiorum regulus obiit, Honoricus in regno Boiariae illi successit atque Ugros in Boiariam ob mortem ducis irruentes devicit) aduc visuntur, servantur, monstrantur, quo tum frequens populus supplicandi gratia votis susceptis coibat. vulgus imperitum Honoricum regem, qui ante duodecim annos obierat, credit. Honoricus regulus Boiorum filius eius est, frater Otonis Magni.

Toxus autem Ugrorum rex a Boiis male acceptus, iram in Italos inbelles, dites dissentientesque convertit. Italiam robore Ugrorum adgreditur. Berinogerion rex Longobardorum decem modiis nummum pacem ab hoste mercatur. lactantes, infantes, pueri, puellae, viri, foeminae, sacrati, prophani, quisque censum, pro capite nempe nummum, pependit; templorum aurum, argentum, gemmae tributae sunt. Berinogerion haec conflavit omnia aesque commiscuit, ex paucis summam conplevit, reliquum sibi servavit, homo omnium avarissimus, qui etiam divam Adolaedam augustam defuncto vita Luthario marito eius in vincula coniecit.

Obierat iam coniunx Otonis regis Germaniae. is ab Adolaeda et amicis mulieris in Italiam adversus Berinogerionem per nuncios evocatur. Honoricus dux cum Boiis iussu fratris Italiam invadit, Aquileiam, Histros, Venetiam, Forum Iulii, Veronam, omnes urbes usque Ticinum occupat atque capit. eo Oto rex venit, ibidem hiemat, Adolaedam liberat, eam connubio sibi iungit nuptiasque regio adparatu facit. deinde Adolaedam secum in Germaniam abducit, relicto in Italia Chunrado genero suo. huius suasu Berinogerion in Saxoniam ad regem, fretus eius clementia, proficiscitur. nihil tamen, quemadmodum postulabat et quae Chunradus promiserat, licet precatoribus etiam Chunrado et Lithulpho, filio Otonis, impetravit, verum repulsam passus, aegre vita et patria donatus, Eporediam redire permissus est

2 *Widukind l. c.* 11 *Ueber die zwei Reiterfiguren in Mauerkirchen bei Braunau, deren Stil auf das 14. Jahrhdt. weisen soll, s. Sighart, Kunstgeschichte Bayerns, I, 122; vgl. oben Bd. II, 505, Z. 36 fgd.* 15 *Zum fgd. vgl. Liudprandi antapodos. lib. V, c. 33; Sigebert. zu 949* 25 — coniuncti sunt *vgl. Continuator Reginonis zu 951, 952; M. G. Scr. I, 621.*

eaque cuncta consilio Honorici Boiariae rectoris fiebant. quamobrem Lithulphus et Chunradus, gener regis, adversus Otonem clam coniurant, cum Friderico Mogontino archimysta, cui antea inimicissimi erant, in gratiam redeunt.

Caeterum Oto conventum celebrem imperii mense Augusto Augustam Rhetiae indicit. convenere frequentes Saxonum, Francorum, Suevorum, Boiorum et Italiae plaerique proceres. praesto fuit et Berinogerion cum filio Alberto seque in clientelam Otoni dicavit, Italiam ab eo recepit praeter Veronensem Foroiulianamque regionem; hi limites Boiorum duci Honorico addicti Boiariaeque regno coniuncti sunt. Chunradus et Lithulphus nimis impatienter ferunt se minoris apud regem esse magisque authoritate apud regem ducem Boium pollere. proinde res novas moliuntur. Oto Angilaemos cum paucis petit, inde Mogonciacum, aegre in urbem admissus, se confert. Lithulphus et Chunradus superbiam Honorici rectoris Boiariae accusant; se nihil penitus in regem machinari, verum illum, si advenisset, capturos in vinculaque coniecturos fuisse confitentur. Oto, quod paucos fideles secum habebat, dissimulata re, Agrippinensem Coloniam accedit; inde ad Mediomatricum urbem pergit. lustrata Lutharia, paulatim copias auget, ad se ab inimicis deficientes benigne adpellat, eis gratiam facit. Brisacum castellum oppidumque, receptaculum hostium latronumque, intrat, conplures ibi moratur dies. tota Lutharia ad obsequium Otonis redit praeter paucos praedones, quibus cordi bella, caedes erant et qui nisi in bello ob scelera salvi esse non poterant. Fridericus Mogontinus mystes urbem regiam caputque Franciae inimicis regis tradit. Oto comparatis quam celerrime copiis eo cum infesto robustoque Francorum, Luthareorum, Saxonum exercitu contendit, urbem arctissima obsidione claudit. rector quoque Boiorum cum auxiliaribus copiis ad fratrem transsitum facit, tutelam Boiariae, uxorem, liberos, thesauros Reginoburgium, Arionulpho et Herimano, fratribus uxoris suae, Schirorum principibus praefectisque praetorio Boiariae, quos landographos vocant, conmittit.

Inter haec Lithulphus, qui Itham, filiam Herimani ducis Suevorum, duxerat mortuoque socero Suevos a patre acceperat, parenti rebellat, imperata facere detrectat. Arionulphus et Herimanus nacti, ut ipsi rebantur, occasionem opportunam recuperandae Boiariae, cuius principatum pater atque patruus tenuerant, ad Lithulphum deficiunt, cum

15 excusant *st.* accusant *A u. B* M

11 — cogunt *l. c. zu 953; Widukind l. c. 454; Gerhardi vita st. Oudalrici, M. G. Scr. IV, 398* 19 ad Mediomatricum urbem: *nach Contin. Reg. zu 953 vielmehr Dortmund* 33 *vgl. Contin. Reg. zu 947* 35 — continent *vgl. Herim. Aug. zu 953.*

BSB

eo foedus amiciciamque firmant, sororem Iuditham cum liberis et amicis Reginoburgio totoque Boiariae regno exigunt, gazam, supellectilem Honorici diripiunt, militibus populoque distribuunt, Reginoburgenses caeterosque Boios sibi veluti iustis legitimisque haeredibus sacramenta dicere cogunt. inde Augustam Rhetiae pontificiamque provinciam, quod divus Hyldericus, civitatis episcopus, civesque rebus Otonis studebant, invadunt, capiunt, spoliant, ferro, flamma vastant, diripiunt. magna praeda potiti divum Hyldericum apud Mandichios, Suevorum pagum, aut vivum capturi aut occisuri circumsident. provolant in auxilium episcopi cum copiis Albertus Marthalensis praefectus, patruus, Theodovalda, frater episcopi. fit praelium atrox Februariis ludis, die Lunae ante caput quadragesimae. Arionulphus victus terga vertit, obsidionem solvit, Reginoburgium aufugit seque ibi munit. frater eius Herimanus vivus in potestatem hostium venit captivusque abductus est, Albertus graviter vulneratus, in paucis post diebus ex hac vita migrat Augustaeque in templo maximo ante aram divae Valdopyrgae a nepote humatur. f 64

Oto ubi haec audivit, Brunonem fratrem Agrippinensibus, quorum episcopus tum obierat, pontificem, Luthareis dat praesidem. Chunradum generum, cuius uxor obierat, hostem reipublicae iudicat. soluta obsidione Mogonciaci in Sueviam propere pervenit, ad Hilarum amnem Tussamque pagum Sueviae castra facit. obviam et filius Lithulphus cum copiis armatus procedit contra patremque considet. cumque iam pater et filius paricidiali bello manus conmissuri, in acie utrimque starent, divus Hyldericus Augustanus, Hardopertus Curiae episcopus ultro citro conmeant, sursum deorsum cursitant, minis, precibus, pollicitationibus Suevos ad obsequium Otonis redigunt, a detestando bello et sanguine cognato manus abstinere persuadent, suasu suo in officio continent. copiae proinde certamen detrectant, Lithulphus in Boiariam Reginoburgium ad Arionulphum se confert. Oto tradita Suevia Burgardo Elephantostono, cui Litogarda, filia Honorici ducis Boiorum, nupta erat, in Boiariam transsitum facit, Reginoburgium obsidet toto autumno; machinas, ferramenta, tormenta, instrumenta, quibus urbs expugnaretur, parari iubet. ultimo Decembri in Saxoniam redit, ibi sacrum

18 Brunnonem *B M*

5 — humatur *vgl. Gerhardi vita st. Oudalrici 399, 400* 10 *Graf Albert von Marchthal und Graf Dietbold von Dillingen* 12 *6. Februar 954* 18 — praesidem *vgl. Contin. Reg. zu 953* 21 — detrectant *vgl. Gerhardi vita Oudalr. 400; Herimanni Aug. chron., M. G. Scr. V, 114* 22 *Illertissen an der Iller* 32 *Widukind III, c. 44. Diese Tochter Heinrichs hiess Hedwig, nicht Liutgard. Zum flgd* — revertitur *vgl. Contin. Reginonis 622.*

Christi natalem rite perpetrat. Februario in Boiariam revertitur, duos pene menses urbem quotidie oppugnat; nihil advehi, nihil intro ferri sinit fameque obsessos urget. utrimque pro portis crebro acriter pugnatum est. iam obsessi fame laborabant, quam diutius tolerare non erat consilium. Lithulphus cum proceribus urbe egressus, pacem supplex petit a patre, quam tamen non impetravit, quod fidei genitoris absque omni conditione se committere recusabat. in urbem repulsus est moxque Gerion bellicis rebus praeclarissimus, tum princeps partium regis, portam orientalem oppugnat perfringereque tentat. Arionulphus cum suis erumpit; ab hora tercia usque ad nonam sex horis continenter pugnatur, donec Arionulphus fortiter dimicans equo cadente telis confoditur armisque exuitur. caeteri in urbem aufugiunt portamque claudunt. Boii cum nollent pro mortuo bellum trahere, Otoni se tradunt, Lithulphus quoque absque omni pacto potestati se parentis permittit. recepto itaque Reginoburgio, Honorico Boiariae ducatus restituitur. Oto pacata Boiaria in Saxoniam et interiorem Germaniam ad domandos Venedos abit.

Vix haec turba composita erat, mox aliud ex alio malum. duo episcopi Boiariae, Bathavensis et Saliburgensis pro pallio insigni archimystae decertant. Heroldus Iuvavensis honorem a Carolo Magno traditum, nuper a Leone ablatum usurpabat vique retinere conitebatur. Gerardus Laureacensis episcopus iam a Leone septimo declaratus vetustate Laureaci contra nitebatur. Laureacensis templi fundamenta iacta esse in primordio christianismi, a primariis Christi authoris nostri legatis divo Petro et Paulo horumque discipulis, Marco evangelista, Lucio, Hermagora atque Fortunato proponebat primamque in hisce provinciis tum Romanorum, quas modo Boii tenent, sacram aedem fuisse, ubi maximus sacrorum testium numerus religionem christianam suo sanguine consecrasset, pontificem Bathavensem Laureacensemque hactenus semper fuisse archimystam Boiorum praedicabat, donec Hunni ea loca circumcirca omnibus vastatis in solitudinem redegerint. Carolusque Magnus excisis Hunnis, dum regnum Boiariae orbatum doctore et legato Christi foret, Arnonem Juvavensem episcopum demum in conlegium archimystarum Boiariae cooptavit. hanc rem Gerardus per Hadomarum, monachorum Fuldensium magistrum, ad Agapetum secundum pontificem maximum refert poscitque sibi restitutum honorem confirmari. Agapetus annuit postulatis, Bathavensem episcopum a

15 parenti *B M* 21 continebatur *A u. B M* 31 redigert *mit Querstrich über dem* t *B*

1 — abit *vgl. Widukind 456 fgd.*

BSB

ditione Saliburgensis solvit, archiepiscopum Boiorum Laureacensem nuncupat, Saliburgensi ob supra conmemoratas rationes praeferendum censet. Gerardo mandat, ut Pannoniam, Avaros, Moravos, Venedos in rebus divinis procuret. Heroldo Iuvavensi et sociis eius, nisi pareant, sacrificiis interdicit, Gerardum, eius successores, Laureacensem adpellat archimystam; eum Otoni regi, Honorico duci Boiorum, ut fautores eidem adversus Heroldum adsint, conmendat.

Heroldus sibi iniuriam inlatam ratus cum Chunrado duce ab Otone proscripto foedus init, eundem in societatem, amiciciam adsciscit ad seque recipit, templa spoliat, gazam ecclesiasticam Ugris, hostibus religionis nostrae, distribuit amboque ad Bulichizonem regem Ugrorum se conferunt, illum adversus nos concitant, discordiam, infirmitatem nostrorum aperiunt, praedam ingentem ostendunt, se duces fore itineris pollicentur. Bulichizo legatos exploratum quasi officii gratia ad Otonem ire iubet. hisce reversis nunciantibusque vera esse, quae Chunradus et Heroldus narrabant, cum quam maximo potest hominum numero et quinque exercitibus et legionibus, quibus ipse et tetrarchae eius Lelius, Sura, Toxus et Schaba praeerant, ducentibus Chunrado et Heroldo regnum Boiariae invadit. neminem sibi resistere ausurum opinabatur, tantae erant copiae; insuperabiles se fore, nisi terra dehisceret aut coelum rueret, iactitabant. portae igitur urbium clauduntur, homines relictis vicis, agris, oppidis sibi fuga consulunt. Ugri sylvis, amnibus vi emensis, pernicibus equis ubique adsunt; declinatis urbibus monasteria petunt, diripiunt, incendunt, quemadmodum ante quatuor et quadraginta annos factitarant. monachos, sacerdotes in ignem abiiciunt, caeteros viros, foeminas, pueros, puellas, quos occuparant, captivos veluti pecudes abigunt. ab Eburobergomo Fruxinoque repulsi, Damasiam, Rathonis monasterium, Therabetham, reliqua Boiariae templa evertunt; Boiaria depraedatione, ferro, flamma devastata Danubium Rhenumque transseunt, ductore Chunrado Luthaream depopulantur, omnia caede, incendiis, luctu complent. tandem divinitus, ut aiunt, territi, Augustam Rhetiae petunt, quod eo ingentes opes

21 iactabant *B.* *M*

7 *Das obige* — conmendat *gefolgert aus der gefälschten Bulle des Papstes Agapet II. für Gerhard v. Lorch; Jaffé, Reg. pont. 2795* 10 templa — pollicentur *vgl. die Bulle Papst Johanns XIII. v. 967; Juvavia, Anhang, S. 183* 14 — iubet *Widukind 457* 18 *Sur und Leli als Ungarnanführer nennt Chron. Ebersperg., M. G. Scr. XX, 12* 19 *Zur flgd. Schilderung des Ungarneinfalls v. 954 u. 955 vgl. Widukind 455, Gerhardi vita Oudalrici 401, Contin. Reginon. 623* 28 *Diessen, Grafrath, Thierhaupten* 30 ductore — depopulantur *vgl. Sigebert. zu 955.*

BSB

congessisse Boios, Suevos, Francos fama erat. urbem circumsident, pars tranato Lyco in Boiariae ripa Therabetham occupant, utraque potiuntur ora, terram sicuti locustae operiunt.

Inter haec Honoricus dux Boiorum Heroldum iuxta legis salicae horrendum carmen (quo cavetur, ut episcopus, si cum hostibus conspirarit, hos quopiam invitarit et eos, quos servare debeat, perdere voluerit, poenas capite luat) perfidiae condemnat, eundem Mylodoryphi capit, eidem oculos exculpi iubet. Chunradus quoque ab Ugris ad Otonem profugit seque pro republica devovet. quin etiam Ioannes duodecimus pontifex maximus Heroldum ob huiuscemodi facinus Ravennae in conventu amplius quinque et quinquaginta patrum celebri, septimo calendas Maii, indictione decima, diris devovet. non solum senatu pontificum, sed etiam tribu sacerdotum movet. sacerdotes populusque Boius communibus suffragiis Fridericum in curiam Iuvavensium episcoporum allegant. huic postea Benedictus quintus honorem archiepiscopi restituit. extant haec diplomata.

Porro Oto, qui tum domandis Venėdis in intima Germania aberat, ubi haec accepit, copias undique contrahit obviamque pergere hostibus iubet. ipse quam maximis potest itineribus cum Saxonibus ad Ugros in Rhetiam contendit. Francorum equitatus duce Chunrado, Bolisolaus, Boiemiae regulus, cum electis militibus eo properat. Honoricus Boiorum rector, aeger, quod praelio adesse nequibat, Eburonardo Senonum dynastae exercitum Boiorum permittit. Burgardus cum Suevis et divo Hylderico urbe erumpit. ubi diluculo copiae nostratium convenere, placuit Boiemos in subsidiis circa impedimenta consistere. Ugri hos adoriuntur, impedimentis potiuntur, caeteri nostratium contempta iactura instrumenti bellici, rati universa hostium et sua victoris fore, septem agminibus ab omni parte Ugros invadunt, aciem perrumpunt, turbant, hostes circumveniunt, fundunt, sternunt. in altera quoque Vindelicorum ripa Boii eos, qui Therabethae considebant, superis faventibus, pari clade involvunt. nostri itaque utrimque Ugros in Lycum flumen, quod pro hisce ante erat, agitant, praecipitant, submergunt; alveus Lyci cadaveribus oppletur. nemo evasit, perpauci capti, caeteri ad internecionem deleti sunt, eo die, quo ante octo et

15 allegant *in B von Aventin eigenhändig corrigirt;* adlegant *A.*

4 — iubet *Annal. St. Rudberti Salisburg; M. G. Scr. IX, 771; Contin. Reg. zu 954* 13 — movet *Bulle Papst Johanns XIII. v. 967, l. c.* 16 *Benedikts VI. und Benedikts VII., Jaffé 2888, 2893* 36 *Die Schilderung der Ungarnschlacht v. 955 nach Widukind 458, 459, Herim. Aug. 114, Gerhardi vita Oudalrici 401, 402.*

quadraginta annos et ipsi exercitus Boiorum viresque exciderant, nempe quarto idus Augusti isque dies in romanos fastos relatus est.

Postridie direpta sunt castra hostium, maximus captivorum numerus liberatus, honor superis habitus, vota pro victoria suscepta, reddita sunt. Bulichizo rex, eius quatuor reguli Schaba, Laelius, Sura, Toxus vivi cum paucis capti, traditi sunt Eburonardo Boiorum dynastae. is regem et quatuor principes Honorico duci Boiorum Reginoburgium misit, ubi ante portam orientalem, quae Ungariam versus spectat, patibulo adfixi, laqueo necati sunt. caeteros Eburonardus Eburobergomi vivos in fossam abiecit terraque et luto obruit. tintinabula signaque ex eorum spoliis fudit. nostris quoque cruenta atque luctuosa victoria fuit. Theodovalda. frater divi Hylderici, Reginovalda, nepos eius ex sorore, patruus Berthae, aviae Herimani annalium scriptoris, Chunradus gener regis, Starichandus Aechostadiensis episcopus occiderunt. Michael episcopus Reginoburgensis in manu vulnus accepit, aegre evasit ope (ut aiunt) divi Haemerani. Burgardus Suevorum dux, gener Honorici reguli Boiorum, periit. Oto adserta Germania, populo christiano liberato eaque caede perpetrata, ab exercitu imperator et pater patriae salutatus est.

Porro Ugri, qui domi reliqui erant, tanta suorum ruina animo fracti, vallo, fossa, sudibus contra nos sese in locis palustribus muniunt, nedum fines alienos invadere (sicuti per annos quinque et quinquaginta hactenus continenter factitarant) animo posthac conciperent; contusi viribus territique potentia Otonis (sicuti et Litoprandus Ticinensis et Benedictus sextus pontifex maximus, qui eadem tempestate vixerunt, narrant) ne mutire quidem de caetero ausi fuere. regem tamen creant Geizonem, filium Toxi, parentem divi Stephani. is licet alienus a religione Christi esset, nostros tamen amavit, ab Otone pacem impetravit; bonus christianis, suis saevus extitit. sunt, qui tradant, Ugrorum ductorem fuisse Schirorum principem Arionulphum, quem alii Otonem, alii aliter nominant; mihi non fit verisimile. equidem nihil certi, licet curiosius istaec indagarim, conperi; fabulae sunt, nisi forsan Heroldus, qui et Herulphus, ex ea familia oriundus fuit et similitudo nominum peperit

14 Aechostadensis *A* 27 Geizonem *in A über durchstrichenem* Geisam.

6 — fudit *vgl. Chron. Ebersperg. l. c.* 14 *Die irrige Nachricht von Starchands Tod in der Schlacht scheint auf Konrads v. Kastel Zusatz zu seinem Bilde im lib. pontif. zu beruhen; vgl. M. G. Scr. VII, 244* 14 — Haemerani *vgl. Thietmar 752* 27 *So auch Sigebert zu 957, M. G. Scr. VI, 349* 31 *Vita Oudalrici l. c., Ann. st. Rudberti Salisb. l. c.*

(uti fit) errorem Arnulphumque pro Herulpho imperiti accepere. eodem anno, nimirum christianae salutis noningentesimo quinquagesimo quinto obiit Reginoburgii Honoricus primus calendis Novembribus; Honoricum filium haeredem Boiariae reliquit. sepultus est in templo divi Haemerani. tulit ex Iuditha Litavicum, Honoricum, Litogardam, Haelicam virginem sacratam, quae Bathaviae sepulta est.

Cap. 2. Honoricus secundus educatus fuit in Saxonia a diva Mathylda avia paterna. mortuo patre universum regnum Boiariae a patruo Otone accepit. limitis austriaci Burgardum, Charinorum Honoricum, filium Beritholdi reguli Boiorum, tum duces fuisse reperio. uxorem duxit Honoricus secundus Gisalam, filiam Chunradi regis Burgundiae, neptem ex fratre divae Adoledae augustae. ex ea suscepit divum Honoricum tercium Boiorum regulum, romanum imperatorem secundum, Brunnonem episcopum Augustanum, Gisalam reginam Ugrorum, Gariopyrgam, Chimensium virginum maximam. frequens habitasse dicitur Abudiaci proxime Reginoburgium. ob clementiam primum Pius, deinde, cum Otoni secundo augusto dicto audiens non esset, Rixosus cognominatus est. usus est familiariter divo Voliphogango Reginoburgensium episcopo; eius suasu Reginoburgii, quae tum sedes summi Boiariae principis erat, divo Paulo templum dedicat, antistitem filiam suam capit; aedem sanctis virginibus fecit, ut pudice casteque vivendi exemplar forent foeminis sacratis superioris inferiorisque ibidem monasterii. hae enim excusso pudiciciae freno populariter tum vivebant seque nescio cuius chori dominas nuncupabant. Gisala uxor Honorici in eadem aede, ubi socrus Iuditha, humata est; ita crux aurea testatur, quam Gisala regina ad sepulchrum Gisalae genitricis dedicavit.

Eadem tempestate Italiam gravi servitute Berinogerion secundus, nepos ex filia primi, premebat; in pauperes, divites, sacerdotes, prophanos iuxta saeviebat. Ioannes duodecimus pontifex maximus, se-

14 Brunonem *A* 18 Viliphogange *A*.

5 Nekrol. v. St. Emmeram (Bibliothek Maihingen); Todesjahr nach Contin. Reginon. l. c. u. Her. Aug. 7 — paterna *gefolgert aus Vita Mahthild. post. c. 20, 21?* 15 *Gerberga nennt die Urk. Heinrichs IV. v. 1077 als Aebtissin v. Chiemsee; Mon. Boic. II, 445, vgl. XXXI, a, 360* 16 *Ueber Heinrichs II. Beinamen vgl. Riezler, Gesch. Baierns I, 359* 21 *Brigida* 24 *Chorfrauen. Vgl. zum obigen Othloni Vita Wolfkangi ep. M. G. Scr. IV, 533, 534* 27 *Ueber dieses Kreuz im Kirchenschatze v. Niedermünster, aus dessen Aufschriften A. obiges entnahm, s. Zirngibl in den Abhdlgen. der baier. Ak. v. 1807, S. 386* 28 *Zum flgd. vgl. Contin. Reginon. zu 960—965.*

BSB

natus populusque romanus, proceres, episcopi Italiae per internuncios Otonem orant, ambiunt, ut Italiam armis Germaniae rursus adserat. anno igitur ab orbe liberato noningentesimo sexagesimo Oto Berinogerioni bellum indicit, Reginoburgium in Boiariam in hiberna se confert. Otonem filium septimum agentem annum regem declarat et ad Aquas Graneas solenni ritu quinquagenalium die inungi praecipit eundemque Vilelmio filio suo, archimystae Mogontino, committit. ipse per Boiariam et Tridento Veronaque Italiam petit. obviam certatim prodeunt primores, episcopi Italiae, laeti regem Germaniae excipiunt; nihil honoris, nihil officii, quo Franco rectori gratificarentur, praetermittunt. Oto Ticinum vi capit, caeteras urbes subigit, Romam procedit. urbi a senatu populoque romano reverenter acceptus, imperator, caesar augustus salutatur, a Ioanne pontifice maximo consecratur sibique hunc atque Romanos, se in potestate imperatoris futuros, per sacra divi Pauli sacramentum dicere iubet.

Roma deinde egressus Ticini paschalia celebrat. Berinogerionem, coniugem eius Billam obsidet, capit, vivos in potestatem redigit. Vidonem, filium eorum, pugna occidit, alterum filium Albertum Italia exigit. inter haec Ioannes romanus episcopus ab augusto deficit, Albertum revocat eique Romam tradit. quod ubi caesar accepit, celerrime Romam contendit infesto exercitu. territi Ioannes et Albertus fuga sibi consulunt, in Campaniam elabuntur. Oto Romam in ditionem rursus cogit, denuo proceres, plaebem, sacrificos iureiurandi religione adigit, nullum pontificem maximum capturos absque consensu augusti et Otonis caesaris, filii sui. deinde Ioannem abdicat, Leonem octavum pontificem maximum ex patribus legit. Spoletum postea proficiscitur. Ioannes et Albertus corruptis pecunia foeminis romanis viros concitant. hi Leonem urbe pellunt, Ioannem et Albertum recipiunt. Leo ad augustum evasit. Oto castra urbi Romae admovet, eam arctissima obsidione claudit. inter haec Ioannes mortem obiit subito, Romani Benedictum quintum rebus ecclesiasticis imponunt. augustus Romanos fame ad deditionem cogit, Leonem octavum restituit, subacta atque pacata Italia Benedictum secum Hammoburgium deportat; Bremensi archiepiscopo, ante Hammoburgensi episcopo Adalodago traditur, ubi sacerdotum tribu motus, deminuto capite interiit. Berinogerion et Billa, uxor eius, in Boiaria, nempe Babobergomi exules mortui sunt regioque cultu humati.

Paucis post diebus Leo octavus ex hac vita migrat. Azo scrinii

16 Romam *A u. B*

22 *vgl. Herim. Aug. zu 963.*

primarius magister et Marinus Sutrii pontifex a Romanis ad imperatorem legantur postulatum pontificem maximum. hanc ob causam augustus Otogerionem Spirensem, Lizonem Cremonensem episcopum Romam proficisci iubet. tum comitiis pontificiis ab universo populo romano Ioannes tercius decimus Narniensis deligitur, quem postea Petrus urbis praefectus et Rhatofredus praeses in vincula coniiciunt. imperator compositis rebus gallicis atque germanicis Romam pergit, Ioannem liberat, tresdecim urbis proceres in crucem agit. urbis praefectus aufugit, Rhatofredus iam honesta morte obierat. pacata Roma imperator et Ioannes pontifex maximus Otonem iam caesarem declaratum literis in Italiam Romamque evocant. isque Augustam Rhetiae accedit, inde Romam ad parentem se confert natalibusque Christi a Ioanne consecratur augustusque adpellatur eique connubio Theophania Nicephori imperatoris Constantinopolitani filia dicatur, quae duodevicesimo ante calendas Maii die post paschalia inauguratur, a pontifice augusta cognominatur et tercia postea nocte Otoni iuniori thalamo nuptiali coniungitur. celebratisque magnifice nuptiis ambo augusti in Germaniam Franciamque redeunt. urbs Roma Italiaque, quae per sexaginta annos a Germania divisa fuerat, rursus Francorum iungitur imperio, cui aduc titulotenus cohaeret.

In Boiaria sub idem tempus pallium, sordida lana vilisque pannus, lites generat. Friderico Saliburgensi episcopo, archimystae provinciam, quemadmodum a Carolo Magno decretum fuerat, restituit Benedictus quintus. divus tum Pilogrimus Bathavensi Laureacensique templo praesidebat; ad hunc Geiso rex Ugrorum, motus sanctitate viri, licet christianus nondum esset, legatos mittit atque, ut Ugrorum regionem adeat, ibi philosophiam christianam interpretetur, orat; se cuivis cultum Christi recipiendi potestatem facere pollicetur. lupus iuxta divina oracula mores suos mutavit ovemque vivere coepit. Pilogrimus igitur adsumpto secum divo Voliphogange, viro eiusdem aevi doctissimo, ad Ugros profectus, quinque millia eorum sacro fonte lustravit. captivi christiani, quorum maxima pars erat, qui eo undique terrarum abacti fuerant, publice, nemine prohibente, certatim sobolem ad lustricam aquam deferunt, templa extruunt, id, quod antea nequaquam licuerat, nec animi ferocissimae gentis finitimaeque Venedorum nationes a christiana pace iam abhorrebant. Pilogrimus cum unus tanto oneri non sufficeret et messis copiosa, messores vero perpauci forent, Bene-

9 Rathofredus *A* 24 que *fehlt B* 30 Voliphogango *B*

6 *vgl. Herim. Aug. zu 969* 24 *Jaffé, Reg. pont. 2888, 2893* 29 *Es. 65, 25; 11, 6* 29 — invasere *aus dem Schreiben Piligrims an Papst Benedikt; Ludewig, Scr. rer. Germ. II, 365* 30 *Vgl. Othloni vita Wolfkangi ep., M. G. Scr. IV, 530.*

BSB

dictum sextum pontificem maximum literis et per duos sacerdotes flagitat, ut se archiepiscopum Laureacensem declaret, conlegas cooptandi in Pannoniis copiam faciat, ubi quondam Gepidarum Romanorumque tempore septem ditiones ecclesiasticae fuerant subditae archiepiscopo Laureacensi quatuorque ibidem manserunt, usque dum Ugri Boiorum regnum invasere. Benedictus postulatis annuit ac ita rescribit: Dilectissimis in Christo filiis Ruperto Mogontino, Theoderico Treverensi, Alberto Maedoburgensi, patriarchae Germaniae, Gerioni Agrippinensi, Friderico Iuvavensi, Adalodago Premensi archiepiscopis, pariter domino Otoni gloriosissimo imperatori augusto atque nepoti suo praecellentissimo duci Boioariorum caeterisque omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus Galliae atque Germaniae Benedictus divina gratia apostolicae sedis pontifex, servus autem servorum dei, in domino salutem. ob vetustatem Laureacense templum ab Iuvavensium iugo solvit praefertque Saliburgio, illi dignitatem archimystae restituit, quod illic ab infantia religionis christianae divina aedes dicata sit ibique conplures pro Christo mortem oppetierint, Pilogrimum, successores eius, episcopos Bathavenses, archiepiscopos perpetuo edicto designat praestareque decernit Iuvavensibus archimystis, illis Pannonias, Noricum Ripense, Moravos, Ugros, Avariam, Venedos addicit, his Noricum mediterraneum et Vindeliciam adtribuit.

Sub idem tempus imperator Oto caesar augustus ex hac vita migrat nonis Maii anno Christi noningentesimo septuagesimo tercio. eodem anno obiere divus Hyldericus Augustanus pontifex, Burgardus Suevorum regulus, cuius ducatum Oto, filius Lithulphi, nepos imperatoris Otonis Magni, recepit. iisdem etiam diebus decedit Burgardus, praefectus pagi Boiorum, qui Osterricha, hoc est Austria vocatur. sic imperator Oto tercius caesar augustus in diplomate nuncupat, quod Honorico duci Boiorum cognato suo dedit, quod Eburobergomi servatur. Litovalda, filius Eburonardi, nepos Arionulphi ducis, pronepos Litovaldae ab Ugris occisi, amitinus Honorici reguli Boiorum, orientalem limitem adversus Ugros administrare iubetur. ita ego qui-

9 *Am Rande in A:* et Hammoburgensis episcopus; Benedictum pontificem abdicatum ducit Hammoburgium *(vgl. Ann. Altah. mai. zu 964)* 11 Baioariorum *A* 29 cognato *in A neben durchstrichenem* nepoti.

7 — adtribuit *vgl. Jaffé, Reg. pont. 2893* 24 *Ann. Altah. mai. 787;* Burgardus — recepit *vgl. Her. Aug. zu 973* 28 *Vom 29. Apr. 998; Stumpf, Reichskanzler, Nr. 1151* 30 *Die (meines Erachtens irrige) Hypothese, dass der Babenberger Liutpold ein Enkel H. Arnulfs I. v. Bayern war, ist neuerdings von Schmitz, Oesterreichs Scheyern-Wittelsbacher (München, 1880) verfochten worden. Als Liutpolds Vater betrachtet Schmitz aber nicht Eberhard, sondern den 954 gefallenen Pfalzgrafen Arnulf.*

dem apud quosdam lego; verum quod ad imagines maiorum spectat, diligentius inquirendum censeo; quae ego accipio, transcribo, non tamen omnia certo scio. is Litovalda progenuit ex Richarda Popponem archiepiscopum Treverensem et Honoricum, qui post fata parentis Austriam procuravit.

Ubi autem mors imperatoris divulgata est, undique (uti fit, quando respublica principe, quasi nauta navis orta tempestate orbatur) armorum procella eingruunt. Reginero, Bergorum Hannoniae praefectus, cognomento Longi colli, a Brunnone archiepiscopo Agrippinensi, duce Luthareorum, ante quindecim annos, quod pacem interturbaret, apud Valentianas captus fuerat ad Venedosque relegatus exul obiit; bona eius confiscata sunt. Bruno iste primus episcoporum, fretus fratris augusti authoritate, reipublicae munia obire coepit; studium hactenus episcopis fuerat sacras docere literas. Regineronis filii (inde enim diverti) Reginero et Landobertus in Franciam occidentalem aufugiunt ibique usque ad mortem Otonis primi delitescunt. ubi certiores facti sunt de morte augusti, confisi adfinitate Caroli ducis, fratris Lutharii regis Galliarum et Hugonis dynastae Parisiorum, in orientalem Franciam redeunt, paternam praefecturam recuperare connituntur. Veroneronem, Ramoldum et Reginonem, qui ea loca tum administrabant, pugna superant. Buschum castellum in ripa Hanni amnis construunt atque muniunt; incursationes inde in Luthareos (quos nunc Brabantinos vocant) faciunt. imperator Oto secundus ex Saxonia cum copiis advolat, castra Buscho admovet, castellum obsidet, vi expugnat, incendit, universos, quos intus depraehendit, in vincula coniicit captivosque in Saxoniam abducit. Reginero et Landobertus ad Gallos Vestriacos rursus fugam capessunt; ille Gariopyrgam, filiam Caroli, alter Hadomudam, filiam Hugonis, uxorem habebat.

Inter haec Honoricus regulus Boiorum consilio Beritholdi principis Schirorum et praefecti palatii boiarici, amitini sui, filii Arionulphi (qui Reginoburgensi praelio, uti diximus, periit), item suasu Honorici Augustensis episcopi, nepotis Arionulphi ex filia, consobrini sui, res novas molitur. Otoni augusto patrueli suo rebellat, regnum adfectat; in partes suas trahit Honoricum Charinorum praesidem, cognatum suum, regem denique se adpellat et ab Aboramo episcopo Fruxinensi Reginoburgii in templo divi Haemerani inungitur necquicquam divo

9 Brunone *A* 12 Bruno *sic A u. B*

5 *Thietmar VII, 19* 8 Reginero — pollicetur *vgl. Sigeb. 972—974; 976—977; Ann. Altah. 973, 974* 21 *Bossut oder Boussoit an der Haine; Boscuht in Annal. Altah. mai. zu 974, Buxude bei Sigebert, M. G. Scr. VI, 351.*

Pilogrimo Laureacensi archimysta, Litovalda Austriaco et Hylderico Eburobergensi refragantibus. Honoricus novus rex cum Bolisolao Boiemorum, et Misicone Boliorum regulis, cum Heroldo Cimbrorum rege, huiusce civilis belli authore, foedus init. Oto concilium procerum convocat, Popponem episcopum, Gephardum magistrum equitum in Boiariam legat, qui postularent, ut Honoricus accepta fide publica quam celerrime ad caesarem se conferret; quod si recusaret, videri eum contra rempublicam fecisse. paret mandatis Boiorum rex, cum Aboramo episcopo ad augustum proficiscitur moxque Honoricus Angilaemos, Aboramus Corobiam relegatur. interim Heroldus Danorum rex Transalbianos vastat. Oto conatibus hostis cùm exercitu propere obviam venit, omnem vim belli in Daniam transfert. Heroldus territus legatos cum amplissimis donis supplex de pace mittit, filium dat obsidem, tributum annuum pollicetur.

Cap. 3. Imperator data pace Cimbris cum ipsisque amicicia confirmata, arma in Boiariam vertit. nam Honoricus et Aboramus interea custodia elapsi ad Boios redierant seque adversus augustum muniebant. ad hunc, ubi fines Boiariae adtigit, episcopi, pontifices, praesides, dynastae, tetrarchae, cives, populus Boiorum, quibus bellum intestinum cordi non erat, provolant, eum Reginoburgium deducunt. ibi habito consilio Ramovalda, divi Haemerani praesul, quod Honorico faveret, capitur, Treveros relegatur. Honoricus patruelis augusti proscribitur, hostis reipublicae iudicatur. Honoricus Augustanus episcopus, Beritholdus capti, in exilium acti regnumque Boiariae Otoni duci Suevorum, itidem patrueli imperatoris, filio Litulphi conmendatur. rex Boius exactus, fuga ad Charinos evasit. augustus Boiemiam, Bolios invadit. Bolisolaum, Misiconem ad obsequium armis cogit. Voliphoganges pertesus civilia arma ad Alpium Noricarum deserta secedit; proprius episcopus Boiemis datur Theodomarus, Saxo genere, vir sanctus. hactenus Boiemos Reginoburgensis episcopus paverat.

Dum augustus in Boiemia versatur, duo Honorici rex Boius et Charini limitis dux, Bathaviam occupant ibique se muniunt. Otonianos et suis rebus non studentes graviter adfligunt, ferro, flamma vastant. idem Aboramus episcopus factitat Fruxinique resistere imperatori parat. Oto in Boiariam transsitum facit, Reginoburgii copias cogit.

28 Voliphoganges *sic A u. B*

2 — pollicetur *vgl. Annal. Altah. maior. zu 974, M. G. Scr. XX, 787, 788* 15 — cogit *vgl. Annal. Altah. zu 976, 977* 23 Honoricus — conmendatur *vgl. Herim. Aug. zu 978* 29 *Nach vita metrica Wolfgangi? Pez, Thes. III, b, 616* 31 — potitur *vgl. Ann. Altah. zu 977.*

Hyldericus Senonum praefectus et Litovalda dux limitis orientalis cum auxiliaribus copiis se caesari coniungunt; Boiemi quoque Otoni suppetias ferunt. Hyldericus cum parte exercitus Fruxinum obsidet, expugnat, Aboramum capit. caesar cum militibus Bathaviam adgreditur, ope divi Pilogrimi archimystae Laureacensis, navibus ponte facto, urbe vi potitur; moenia, ne posthac forent receptaculo hostibus, solo aequat, Honoricos ambos vivos in potestatem redigit Treverorumque Augustam cum Aboramo episcopo in exiliumque relegat sancitque, ut Pilogrimus caeterique episcopi Bathavenses perpetuo sint et nominentur archiepiscopi Laureacenses; extat edictum.

Cumque talia in Boiaria fiunt, Lutharius, occidentalis Galliae rector, regia antiquorum Francorum proles, orientale regnum recuperare animum intendit, pacem rumpit, foedus exuit, imperatori Otoni, amitino suo, rebellat, de improviso Germaniam inferiorem, quae est in Gallia Belgica, invadit, Aquas Graneas, sedem Austriacae Franciae occupat, tris ibi dies considet. augustus infesto intentoque exercitu ad Lutharium contendit; Lutharius caedit, caesar regem fugientem Sequanam usque et contubernium divi Dionysii persequitur. a calendis Octobribus ad calendas Decembres per continuos duos menses hostili animo Gallias percurrit, fines Rhemorum, Suessonum, Laudunensium, Parisiorum depopulatur, cuncta caede, incendiis complet, sola templa intacta esse iubet. inter redeundum castra ad Axonam flumen facit relictisque ibi carris, plaustris, caeteris impedimentis et conmeatu cum paucis, qui ea tutarentur, cum copiis amnem traiicit. inter haec filii Regineronis transfugae, quos supra conmemoravi, cum exercitu Lutharii regis castra invadunt, milites occidunt, impedimentis, annona potiuntur. huic expeditioni interfuisse divum Voliphogangem Reginoburgensem episcopum primumque caeteris haesitantibus vadum invenisse superasseque flumen animumque nostris reddidisse reperio; quemadmodum Reginoburgenses quoque aduc praedicant et depingunt. amicis deinde ultro, citro conmeantibus, caesar et rex ad Charum flumen conveniunt, pacem faciunt, iuramento eam confirmant. Lutharius Germaniam abiurat, se et liberos suos augusto conmendat. Luthareae ducatus ab augusto Carolo fratri Lutharii in tutelam traditur.

1 *Vgl. die ältere u. jüngere Ebersberger Chronik; M. G. Scr. XX, 13, u. Oefele, Scr. Boic. II, 8* 6 — aequat *Urk. K. Otto's, M. B. XXVIII, a, 223; XXXI, a, 232* 10 *M. B. l. c.* 11 — potiuntur *vgl. Annal. Altah. zu 978* 18 *Nach Lambert, M. G. Scr. III, 65? Unsere Handschrift der Ann. Altah. zu 978 hat:* usque ad fluvium *Ligera* et usque ad monasterium st. Dionysii 19 *vgl. Sigeb. zu 978* 27 — reperio *vgl. Othloni vita Wolfk. 539* 30 *Diese Gemälde scheinen nicht erhalten zu sein* 32 *Am Chier; Sigeberti chron. zu 980, l. c. 352.*

Pacatis itaque Germaniis Galliisque Oto Reginoburgium petit, inde per Boiariam comite Otone Boiorum praeside in Italiam pergit Romaeque hiemat. treis provincias Italiae, Campaniam, Apuliam et Calabriam, quas post translatum romanum imperium in Germaniam graeci hactenus imperatores tenuerant, subigit in deditionemque cogit. Beneventum, quod graecas sequebatur parteis, capit. verum Graeci comparato infinito Saracenorum Maurorumque numero eas regiones invadunt. in Calabria infestis signis et animis exercitus concurrunt; fit praelium atrox. Saraceni et Graeci primo victi, fusi, caesi sunt; deinde cum multitudine abundarent, reparatis viribus, nostros fessos ut numero, ita et fortuna superant, totum nostratium exercitum trucidant. Honoricus episcopus Augustanus, Oto, Gephardus, Beritholdus, optimi rei militaris duces, item caeteri episcopi, sacerdotes, tribuni, centuriones. decuriones occisi sunt, scrinia, gaza caesarea capta, direpta. Oto Boiorum regulus, Veronero Fuldensis praesul aegre elapsi sunt. imperator abiectis armis vestibusque fugam capessit, ad sinum Tarentinum Rosanamque, eiusdem litoris urbem, ubi Theophania augusta et Theodericus Mediomatricum pontifex in subsidiis substiterant, fugam intendit. urgentibus vero Saracenis in mare prosilit, natando elabi conatur, sed ab hostium navibus intercipitur in navimque tollitur seque gregarium militem esse simulat magnumque pondus auri depositum habere iuxta Rosanam. dumque de praecio, quo se redimat, cum Graecis conloquitur pacisciturque et nautae ad litus, ubi Rosana condita erat, adpellere conantur, rursus caesar se ex navigio deiecit, ad naveis in portu stantes adnatavit atque ad uxorem evasit. divinitus itaque servatus nec ab hostibus agnitus periculo liberatur. pauci nostrorum, qui effugerant, impatientes solis, fame nimioque aestatis calore interierunt. Oto reparatis copiis Saracenos excindit, delet, sanguine eorum mare tingit, unde cognomentum sortitus est. Romam deinde migrat, Otonem Boiorum regulum domum redire iubet. is antequam adtingeret fines Germaniae, in Italia decedit pridie calendas Novembris.

Cap. 4. Subsequenti anno, qui fuit Christi noningentesimus octogesimus tercius, imperator Oto caesar augustus Romae profluvio ventris naturae concedit sexto idus Decembris. in templo divi Petri magnifico funere sepelitur. proceres imperii de constituendo caesare

28 *Am Rande in A:* Erchanobaldus.

1 — Novembris *vgl. Ann. Altah. zu 981, 982 u. Sigeberti chron. zu 982* 17 *Rossano* 29 *Otto Rufus* 33 — sepelitur *vgl. Ann. Altah. zu 983.* 36 — invaluit *vgl. Herim. Aug. zu 983; Sigebert zu 983, 987, 988; Thietmar IV, 1, 2.*

dissident, pars Otoni puero, filio Otonis secundi, pars Honorico Boiorum regulo imperium destinant. Honoricus ubi de morte imperatoris comperit, callide Treveris, ubi exulabat, relictis, Agrippinensem Coloniam pervenit fraudeque Otonem impuberem, qui ibi ab episcopo educabatur, in potestatem redigit imperiumque tanquam proximus sanguine tutorio nomine administrare contendit. porro dynastae, sacerdotes Otonem vi Honorico auferunt regemque salutant et Honorico Boiorum regnum restituunt.

Inter haec Galliae rex Lutharius rursus Germanias repetere in animum induxit, Virdunum urbem expugnat, urbis praesidem Godofridum capit. ubi autem Otonem caesarem declaratum esse audivit, ei Virdunum et Godofridum reddit. in paucis post diebus moritur, relicto filio Litavico, qui uno dumtaxat anno occidentali Francia potitur, nempe absque liberis obiit. tum Hugo, nepos ex sorore imperatoris Otonis primi, paternam quoque originem ex Saxonia trahens, Galliam romanam invadit. Carolus, frater Lutharii, dux Germaniae inferioris Galliaeque teutonicae, Rhemos et quaedam alia oppida occupat, se quoque regem Francorum nuncupat. duo itaque consobrini de Galliarum regno treis annos continenter contendunt, donec Carolus obiit et Hugo invaluit. progenies Caroli Magni, dum pro Germaniae imperio decertat, Celtarum quoque regno exclusa est.

Oto, filius Caroli, ab Otone caesare Luthareae praeficitur, Honoricus abdicato regio nomine receptoque Boiariae regno, Ugros irruentes devicit, conventum celebrem Boiorum pontificum, praesulum, tetrarcharum, populi, procerum in orientali limite apud urbem Tullinam indicit. interfuere Litovalda Austriae et Honoricus Charionum praefectus cum episcopis et antistitibus Boiariae universae. summus Boiorum regulus causas cognoscit, ius dicit, responsa reddit, lites dirimit. Litovalda Austriacus princeps et Christianus Bathavensis pontifex iure disceptant. Litovalda sibi servire volebat praedia, quae Bathavini episcopi in orientali pago possiderent; quaedam etiam oppida Bathavensium ut sua occuparat. episcopus portorium Eburobergomi, Traisemam, urbem divi Hippolyti, Cisomurum, alia plaeraque sui templi fuisse et esse quinque testibus conprobavit. hi fuere Boiorum dynastae: Babo Schirorum princeps, praefectus praetorio Boiariae,

25 Tullmam *B* 34 hy *B*

24 — addicta est *aus der Urk., M. B. XXVIII, b, 86. Die Namen der gräflichen Zeugen heissen dort: Meginhart, Papo, Marchwart et frater eius Rudker, Tiemo* 33 *Ebersburg a. d. Donau, die Wasserzollstätte von Mautern; Traisen; St. Pölten; Zeislmauer.*

Moenardus, Marichardus, frater eius Rogerius, et Thimo hique rem ita se habere iureiurandi religione confirmarunt. praedia quoque Bathavensium omnia inmunia fore decretum. piscatio insuper husonum, quam cives Tullini vendicarant, sacerdoti sententia reguli Boiorum addicta est. piscium id genus carthilaginem habet, siluros Plinius vocat; eos Danubius et Borysthenes alunt. praecipua illis magnitudo, nullis ossibus spinisve intersitis, carne praedulci; etenim optimus ipsis sapor et nulla, ut dixi, ossa sunt. tradit Plinius hos in Oeno amne propter Visbium urbem Germaniae grassari. Visbium autem iuxta Ptolomaeum, sicuti ex conputatione partium et segmentorum existimari licet, ad hostia Aeni amnis conditum fuit, quem nunc literatores Anassum vocant. caeterum alius amnis, qui in Danubium Bathaviae erumpit, in prima syllaba per diphthongon ultimam Oe scribitur et profertur more Graecorum, a Germanis nimirum velut i longum; ille in prima syllaba primam diphthongon ae habet, latinam servat pronunciationem.

In eodem concilio decretum: quando ea regio Boiariae, taedio vicinorum Ugrorum, ob horum crebras incursationes, in solitudinem redigebatur et (ut verbo imperatoris Otonis utar) sylvescebat, ut allicerentur novi coloni indulgentia et largitionibus, qui nomina sua darent terramque excolerent, tributa, militiae vacationem terram eam repurgantibus atque incolentibus remittendam esse. novos incolas omnium munium expertes fore, constitutum dataque Boiorum episcopis, monachis, sacerdotibus, nobilitati ibi castella, oppida, arces adversus Ugros construendi muniendique potestas. extat de hac praerogativa Otonis tercii diploma, quod Boiis dedit, quemadmodum Theophania augusta, mater eius, rogarat, et Honoricus summus Boiariae princeps et Honoricus Charionum dux efflagitarant.

Hicque anno ab orbe liberato noningentesimo undenonagesimo obiit, apud Aldaechios inferiores iuxta patrem Beritholdum sepelitur, ubi eius monumentum extat et ostenditur. ducatum eius postea administravit Chunradus, frater Gregorii quinti pontificis maximi. ubi tres et viginti potestatis annos conplevit, relicto filio impubere Chunrado decessit. sub idem tempus divus Voliphoganges Reginoburgensium episcopus moritur. proximo deinceps anno, qui fuit aerae nostrae noningentesimus nonagesimus quintus, alter quoque Honoricus Boiariae

5 *Plin. XI, 215; IX, 45* 10 *Ptol. p. 156, 1* 26 *Vom 30. Sept. 985, Mon. Boic. XXVIII, a, 243* 30 *Ann. Altah. zu 989* 31 *Vgl. M. B. XI, nach p. 6 u. Riezler, Gesch. Baierns I, 339, Anm. 2* 34 sub — moritur *vgl. Ann. Altah. zu 994.*

regulus tercio nonas Octobris vitam finivit Reginoburgii, ibi in aede Haemeraniana sepelitur, eius mausoleum aduc monstratur.

Huius nunc patrueles, qui Boiaria potiti sunt, referam. Oto secundus regulus Boiorum, filius Lithulphi, nepos Otonis Magni, Suevos et Boiariam simul sex annos administravit. patruele suo Honorico secundo ab imperatore Otone secundo caesare augusto, itidem patruele suo, in exilium acto, obiit in italica expeditione, dum domum redire parat. liberosne reliquerit, ubinam sepultus sit, nemo, quod equidem sciam, tradit. imperator Oto secundus caesar augustus Boiariae regnum quatuor annos tenuit, Oto, eius patruelis, uti dixi, sex, dum Honoricus, patruelis horum, decem annos partim apud Treveros, partim vagabundus exulat. atque illi duo Otones Tigurinam aedem a duobus fratribus inlustribus Boiariae comitibus (ita in diplomate adpellantur) constructam, ab Ugris conbustam, quam proceres cum uxoribus et canibus et equis aliquot annos monachis deficientibus inhabitarant, druidibus atratis cum praediis reddunt, Hartovicum praeficiunt, prophanos migrare iubent, anno nostrae salutis 979. extat diploma.

Divus Honoricus secundus imperator Pius, felix, caesar augustus, regulus Boiorum, filius Honorici secundi et Gisalae, filiae Chunradi regis Burgundionum, nepos Honorici primi, fratris germani imperatoris Otonis Magni, natus est ab orbe servato anno noningentesimo altero abs septuagesimo Abudiaci (vicus est et arx Boiariae inferioris in ripa Danubii, decem millia passuum supra Reginoburgium occidentem spectat). educatus est literisque institutus apud Hyldesaemos in Saxonia; doctissimus fuisse perhibetur. uxorem duxit divam Chunigundam Mosellanam. ambo castimonia insignes, Veneri bellum perpetuo indixere heroicamque vixere vitam; ambo in album superum adscripti aduc coluntur.

Honoricus parenti in ducatu Boiorum successit. religionis studiosissimus fuit. primus imperatorum sacerdotes et monachos ditavit, ipsis venationem quoque indulsit. contubernia ab Ugris, ut explicavi, vastata erant. monachi arrepta occasione ex paupertate, severioris religionis iugo excusso, licentius vivere coeperant, abiecto bardocucullo mystae et Augustiniani ac ex atris albi, ex laneis linei facti erant. Honoricus consilio divi Gothardi, in Boiaria apud Aldaechios inferiores nati, viri perquam eruditi atque boni, templa virorum et sacratarum

2 S. dagegen Hirsch, Heinrich II., I, 175, Anm. 4 7 Ann. Altah. zu 982 17 M. B. VI, 154 22 Vielmehr 973; s. Hirsch, I, 88 24 Auch unten in cap. 5 nennt A. Abach Heinrichs incunabula; vgl. S. 31, Z. 14 u. Anm. 25 Dies aus der Tegernseer Chronik; Pez, Thes. III, c, 504.

BSB

foeminarum, qui labente disciplina difficile religionis obsequium interpraetando detrectabant, reficit, hos ad castimoniarum abstinentiam arduam redigit. Menoseum Noricorum aedem ab episcopis Reginoburgensibus in paupertatem redactam sacris divi Benedicti imposito magistro reddit. Bathuricus episcopus Reginoburgensis illam ab Hemma regina Boiorum impetrarat anno servatoris 831. ipsa ab eodem monasterium superius Reginoburgii receperat. idem Honoricus Chimensibus virginibus Gariopyrgam sororem, Bathavensibus Haelicam amitam praeficit. Aldaechium inferius, abdicatis popularibus mystis, in ordinem divi Benedicti redigit, Pollionas reficit. Tigurinis divum Gothardum dat magistrum invitis monachis id contra instituta esse vociferantibus, Gotosalico quoque episcopo Fruxinense Gothardum, quod alienae incubaret provinciae, carpente. quamobrem Gothardus ad Honoricum redit, pervicaciam druidum incusat. Honoricus Tiguriños petit, Eburonardum vel ingratis imponit. deinde de integro in Boiaria extruxit a fundamento Neoburgii supra Angilostadium templum; alterum Reginoburgii, quod plumbo texit, et Veterem Aediculam nominamus; tercium Moseburgii; illud sanctis virginibus, alia flaminibus popularibus dicavit.

Caeteri Boiorum proceres, viri, foeminae episcopique secuti principem suum, plaeraque construxere phana, adnitente et opitulante pientissimo regulo. Angilobertus Fruxinensium pontifex extra moenia urbis divi Stephani aedem synmystis Benedictinis ampliavit et tradit; sacerdotes inde ad aedem divi Viti, ad radicem eius montis migrare iussit, ubi aduc canunt. Gephardus primus pontifex Reginoburgensis cum fratre Rapotone, Damasia Hochovaritoque oriundus, successor divi Voliphogangis, Prylam in agro Reginoburgensi et Therabetham apud Lycatios divo Benedicto eiusque consecraneis dedicat. Adalobero et Hyldesalicus fratres, Boiariae primorum clarissimi, Chyopagum non procul a Baro amne virginibus Benedictinis contubernium condunt, Irmodruda, soror divae Chunegundae augustae, Veliphonis secundi satrapis Ambronum in Vindelicia et Boiaria et Aldodoryphi atque Raveburgii in Rhetia sive Suevia uxor, sacratas foeminas ex Aldodorypho Suevorum in Boiariam ad Altonis monasterium et hinc monachos illuc transtulit, Garolitam virginum maximam coepit. ipsa cum Itha socru in eodem Altonis monasterio humata est, ubi nunc simul diversis cellis virgines et viri sacrati habitant, uno tamen templo psallunt, Brigitani vocantur. consecraneus est Oecolampadius ille,

29 Clyopagum *B*

6 *M. B. XI, 18* 10 — imponit *nach der Tegernseer Chronik l. c. 505, 506.*

graecarum et sacrarum literarum interpres insignis. sub idem tempus Chunegunda, soror Ithae, cuius iam mentionem feci, neptis Otonis Magni ex filia Richolita, coniunx Friderici Damasiae Andechysiique tetrarchae, divo Stephano et Aurelianis flaminibus conlegium instituit. in eius sepulchro nuper inventus laterculus coctilis est, cui hoc epigramma impressum est:

CHVNIGVNT | PECCATRIX | HVIVS LOCI | DOMINA TRIX | ISTAM CON | TRVENS AVLAM | II NON. MARCII OB | A M XX.

Bruno quoque, frater Honorici reguli Boiorum, episcopus Augustanus, Strubios, tunc vicum ignobilem, nunc vero caput inferioris Boiariae, qua Danubio Boiemiaque terminatur, quondam coloniam romanam, Augustam Aciliam cognominatam, Augustensibus mystis tradit, ubi quotannis parentalia celebrentur pauperesque centum cum scholasticis pueris pascantur, divoque Mauricio conlegium popularium mystarum apud Augustam Rhetiae instituit, ubi et sepultus est. per idem tempus divus Guntherus apud Turogos nobilissima familia procreatus, in Boiaria aquilonari, qua Boiemiae continuatur, in Noreta sylva, particula Hercyniae, Rinichonacum divi Benedicti monachis aedificavit, Aldaechio inferiori addixit. eadem quoque tempestate Aribo dynasta Boiorum in Boiaria, quae est in Norico, Burgilum castellum suum in templum vertit, divo Landoberto dedicat traditque synmystis divi Benedicti; adcolae a lacubus, qui ibi frequentes sunt, Soeum vocant.

Honoricus universa huiuscemodi templa largiter (extant diplomata) collocupletat. mortuoque parente cum Otone tercio, consanguineo suo, et Gotosalico episcopo Fruxinensi, caeteris Germaniae optimatibus, in Italiam proficiscitur. nam Crescentius consulatum urbis Romae (alii patriciatum, quidam tribuniciam potestatem vocant) Otonem floccifaciens usurparat. dumque Ravennae Oto castra facit, nunciatur ei mors episcopi romani. Brunonem igitur domesticum suum sacerdotem, virum adprime studiosum atque perquam doctum, filium Otonis, nepotem Chunradi, ab Ugris ad Augustam Rhetiae ante annos unum et quadraginta occisi, pronepotem ex filia Litogarda imperatoris Otonis Magni caesaris augusti, pontificem maximum capit, Gregorium quintum vocat,

8 TRVENS *sic* 19 Benedictis *A* 29 *Am Rande in A:* huius uxor Maria Arragona.

10 — instituit *vgl. die Traditionsnotiz bei Nagel, Orig. domus Boic. 273 fgd.* 16 *Herimann. Aug. zu 1029* 17 — addixit *vgl. Vita Guntheri eremitae, M. G. Scr. XI, 276, 277* 19 *Rinchnach unfern vom Regen* 20 — Benedicti *vgl. Mon. Boic. II, 123* 23 *Kloster Seeon n. v. Chiemsee* 30 — nuncupat *vgl. Ann. Altah. zu 996—999; Thietm. IV, 18, 21.*

per Billegisum archimystam Mogontinum et Hyldevaldam conlegam eius Romam praemittit, ipse cum copiis vestigia horum subsequitur. nono calendas Iunii ab eodem Gregorio Romae inauguratur, imperator caesar. augustus a senatu populoque romano adpellatur. Crescentio praecatore pontifice maximo ignoscit gratiamque facit.

Ubi in Germaniam rediit, Crescentius rursus se consulem facit, Ioannem Placentinum pecuniosum ovibus Christi imponit, Gregorium urbe pellit. imperator Oto secundo Romam petit, Crescentium obsidet, capit, eundem cum duodecim urbis senatoribus consciis ante urbis moenia in crucem agit. Ioannem Placentinum nare amputata, oculis exculptis de capitolio praecipitari iubet. Gregorium ovili ecclesiae restituit, senatores plaerosque, qui cum Crescentio conspirarant, in Saxoniam secum in exilium deportat mortuoque paulo post Gregorio quinto Romam tercio pergit, Gariobertum Belgam genere, praeceptorem suum, philosophum insignem et mathematicum (vulgus suo more magum vocat) romanum declarat pontificem, Sylvestrum secundum nuncupat. inde in Germaniam redit, Venedorum regiones, intima Germaniae lustrat. Gnison, urbem primariam Boliorum, ad sepulcrum divi Alberti (qui pro Christo apud Boruscos, malorum geniorum cultores, a Sicone deorum sacerdote iaculo confossus, hisce diebus mortem oppetierat caesarique intima familiaritate coniunctus fuerat) votis susceptis, supplicandi gratia proficiscitur, septem provincias pontificales facit. Gaudentium, fratrem divi Alberti, Boiemis archimystam designat. inde ad Aquas Granëas se confert, ossa Caroli Magni reperit. quarto deinde Romam transsitum facit ibique mortem obiit absque liberis, anno ab orbe vindicato altero super millesimum, decimo calendas Februarii.

Honoricus Boius iure consanguinitatis imperii insignia usurpat. viam ferro sibi aperit, corpus augusti in Germaniam defert, intestina Augustae (extat ibi monumentum), reliquum ad Aquas Graneas, ubi Carolus Magnus humatus est, condit. Heribertum, Agrippinensem archimystam (qui tum, ut prudentia, integritate vitae. proinde authoritate caeteris praestabat, ita primas novi principis constituendi tenebat, nam ab eius arbitrio caeteri pendebant) in potestatem redigit, suffragia comitiaque caesarea tanquam iure haereditario vi extorquet conciliatisque sibi aliorum animis, a Billegiso Mogontino pontifice sacro oleo inungitur, uti mos ab Hebraeis acceptus.

De septem viris et primariis heptarchis, qui sibi deligendi impera-

1 Bellegisum *B* 21 caesarique *in A corrigirt für* illique 36 acceptus est *A*

15 *vgl. Thietm. VI, 61* 17 — Februarii *vgl. Thietm. IV, 28—30; Ann. Alt. zu 1000, 1002* 26 *Annal. Altah. mai. 790; Herimanni Aug. chron. 118* 30 *Herim. Aug. l. c.; Thietm. IV, 31;* Heribertum — inungitur *vgl. Sigeb. zu 1002; Thietm. V, 7.*

toris romani germanicique partes nunc summunt, nihil penitus, ne verbo quidem uno, neque Herimanus neque Romerius neque Segibertus neque Oto noster Guntherusve poeta et caeteri quique proximi horum temporum gravissimi diligentissimique scriptores ullam mentionem faciunt, profecto non omissuri tantam rem, si, uti nostro saeculo sunt, illa tempestate principes illi constituendi caesaris legem ac praerogativam accepissent. res aliter est: nempe longo post tempore instituta, filios semper parentibus, proximos sanguine et adfinitate in demortuorum locum successisse, ab omnibus communiter ducibus, dynastis, satrapis, episcopis, praesulibus, civibus, populo Italiae, Galliae, Germaniae designatum esse rectorem, usus tum, rerum magister, indicat. ego illos demum post fata Friderici secundi fraude, quod pauci facilius auro corrumpantur, institutos et a Gregorio decimo pontifice maximo confirmatos esse compertum habeo.

Cap. 5. Porro Honoricus caesar declaratus ducatum Boiariae committit in fidem Honorico cognomento Hezeloni (sicut diploma augusti indicat), fratri Chunegundae coniugis suae. is Austerovíam templum ab Ugris excisum reficit, ibi conlegium popularium mystarum instituit. Honoricus austriaci limitis dux, Litovaldae (de quo supra mentionem feci) sive, ut alii tradunt, Beritholdi praefecti filius, quod sibi regnum Boiariae, veluti iusto haeredi praereptum, in aliam translatum foret familiam, regi rebellat. Bruno frater regis, ambo Bolissolai Bolanicus et Boiemicus, nondum cladibus satis domiti, novum aspernantur imperium. sed celeriter universi subacti, obedienter imperata faciunt. Honoricus primo in Honoricum orientalis Boiarie praefectum arma movet, castella diruit, ad officium austriaci limitis ducem vi cogit. Saxoniam Venedi invaserant, sacerdotes crudeliter necarant. Venedos deinde intima Germaniae incolentes petit, eosdem celerius opinione superat; quotannis solitum stipendium pensitare compellit et sub iugum religionis nostrae mittit.

Pacata Germania fines Italiae intrat, universas cis Padum urbeis subigit. Ticinum ipso, quo corona donatus est, die irrupit, ferro, igne perdomuit, acceptis obsidibus, rebus italicis compositis, victor in Germaniam revertitur, Saxoniam, Venedos, Boiemos, Bolios, interiora Germaniae Magnae lustrat. inde reversus in Galliam Luthareae, mortuo Otone duce, Godofridum, filium Godofridi Arduennensis, praeficit. Valentianas, urbem Hannoniae tum liberam, in limite Lutha-

24 obedienter *A* 37 Valentinianus *B*

16 — instituit *nach der Randnote zu Ott. Fris. chron. VI, c. 27, p. 241**?* 19 — cogit *vgl. Ann. Altah. zu 1003; Thietm. V,* 8 27 — lustrat *vgl. Herim. Aug. zu 1004* 35 — impetrat *Thietmar VI, 22; Sigeb. zu 1005—1007.*

reorum Francorumque occidentalium, quam Baldovinus Flandrorum dynasta occuparat, obsidet. Richardus Nordomanus, Rupertus rex Vestriacorum Gallorum, obsessis in auxilium properant. Honoricus ubi per exploratores certior fit, caedit, obsidionem solvit, vim belli in Flandros vertit, Gandavo castra admovet. ibidem Baldovinum obsidione claudit. territus is Valentianas reddit, obsides ultro offert, in verba Honorici iurat pacemque iis conditionibus impetrat.

Caesar reddita pace Germaniae, Galliae, Italiae, quod liberis careret, in castello oppidoque suo Babobergomo aedem pontificiam sacrat, divi Benedicti consecraneis templum extruit, plaeraque praedia, vicos, sylvas, castella, arces, oppida Austriae, Boiariae, Charionum, Styriorum, Liburniae, Noricorum, Breonum, sicuti aliis pontificibus Boiorum Reginoburgensi, Iuvavensi, Fruxinensi, Sabonensi, Bathavensi, Babobergensibus quoque mystis perpetuo donat, quae aduc possident. his quoque Abudiacum, incunabula sua, addicit arcemque, ne a regulis Boiorum occuparetur, solo aequat. insuper patrimonium suum, dotem Chunegundae, Babobergensibus destinat sacerdotibus; Eburonardum eius urbis episcopum legit, a ditione aliorum archimystarum solvit, ut soli romano episcopo pareat, lege sancit.

Benedictus octavus pontifex maximus, ab Honorico evocatus, in Boiariam pergit, Babobergensem aedem dedicat, confirmat diplomate inmunitatem a caesare datam. eius diplomatis hoc est inicium: Benedictus servus servorum dei dilectissimo sibi in Christo semper domino et gloriosissimo atque serenissimo regi Henrico a deo coronato suoque spiritali filio, Eberhardo quoque confratri et coepiscopo, sanctae videlicet Babobergensis ecclesiae venerabili episcopo, aeternam in domino salutem et apostolicam benedictionem, praerogativam caesaris sua quoque authoritate confirmat. indictione 11. duodecimo calendas Februarii.

Hisce diebus Lithulphus archimysta Treverum decedit, Meginogothus a rege illi templo praeficitur, Adalobero, frater Chunegundae reginae, pontificatum quibusdam faventibus ambit. Honoricus quoque dux Boiorum, Theodericus episcopus Mediomatricum, fratres reginae, Velipho secundus Ambronum in Boiaria Lycatiumque superiorum tetrarcha, cui nupta erat Irmodruda, soror Chunegundae reginae, adversus regem conspirant, ab eo dotem patrimoniumque Chunegundae

6 Valentinianus *B* 25 episcopo *B*

8 *vgl. Thietm. VI, 23; Herim. Aug. zu 1007* 15 *Abach a. d. Donau. 1007, 1. Nov.; M. B. XXVIII, a, 363. Die Urk. gibt keinen Anlass zu Aventins Zusatz: incunabula sua* 16 *Dagegen s. Hirsch, Heinrich II., I, 90, Anm. 4* 20 — dedicat *vgl. Herim. Aug. zu 1020* 22 *Jaffé Nr. 3051 v. 21. Januar 1013* 29 *Zum flgd. vgl. Herim. Aug. zu 1008.*

sacerdotibus distribui nihilque aliud agi, quam ut fenestra sceleribus aperiatur, alioqui ociosis sacrificulis, paupertatem Christi professis, nihil illis, cum ditati forent, flagitiosius futurum conquerebantur. Augustam ergo Rhetorum capiunt, diripiunt, incendunt, Brunonem fratrem caesaris, urbis episcopum, in fugam vertunt, Angilobertum Fruxinensem pontificem cum caesarianis copiis suppetias ferentem caedere quoque cogunt, itidem agrum Fruxinensem depopulantur. pontifex Rhemensis atque Lugdunensis caesari quoque rebellant. Archinovalda Mogontinus aegre in officio perstitit. hoc quoque tumultu Argentoratum diripitur, Treverorum Augusta ab Adalberone occupatur praetoriumque praesidiis firmatur.

Honoricus in rebelles arma movet, ad Rhenum infesta acie contendit, inimicos perdomitat, Sarobrigam et Mediomatricum urbem obsidet, expugnat. Theodericum episcopum, fratrem uxoris suae, ad deditionem cogit, Honoricum, fratrem eius, quem Boiis praefecerat, ducatu movet Boiariaeque regno extrudit. superatis hostibus in ditionemque redactis copias adversus Venedos mittit, ipse Reginoburgium in Boiariam se confert. adsunt legati Ugrorum, pacem cum Honorico perpetuumque foedus componunt. rectori eorum, filio Geizonis, qui obierat anno Christi 996, Gisala, soror Honorici, despondetur hac lege atque omine, ut ille explosa falsorum deorum superstitione, Christi unius et veri et summi dei cultum cum popularibus reciperet. accepit conditionem princeps Ugrus; statim aqua lustrica tingitur, Stephanus adpellatur et a caesare rex nuncupatur. Gisala igitur fatale sortita nomen Stephano tanquam obses et fidei vinculum nuptum datur. cuius ope et consilio Ugri philosophiam christianam sectari coeperunt. Gisala autem lingua Teutonum obsidem valet, crebrum apud Germanos foeminarum nomen. nam maiores nostri vim quandam divinam concordiae amorisque mutui inesse foeminis crediderunt et efficacius obligari animos eorum existimarunt, quibus inter obsides puellae quoque nobiles imperarentur.

Hanto, Velipbogerion, Herimanus, Boso, Vincissolaus, Boiorum optimates, cum Gisala in Ugriam migrant et more Teutonum Stephanum ense, balteo militari accingunt, armis induunt. apud Ale-

4 — vertunt *vgl. Wiponis vita Chuonradi imp., M. G. Scr. XI, 266* 5 Angilobertum — depopulantur *vgl. Hist. Welfor. Weingart., M. G. Scr. XXI, 460, eine Nachricht, die erst z. J. 1027 gehört* 10 Treverorum — firmatur *vgl. Thietm. VI, 25* 13 *Vgl. Ann. Altah. mai. zu 1009* 20 — adpellatur *vgl. Sigeb. zu 1010* 28 — imperarentur *Tac. G. 8 (nubiles)* 32 *Besonders diese Namen verrathen, dass A. hier eine uns unbekannte Quelle (etwa die öfter erwähnte ungarische Chronik?) benützt hat.*

manos quondam (sicuti est apud Tacitum) arma sumere non ante cuiquam moris erat, quam solennibus diebus conventibusque primores et populus suffecturum comprobassent; tum ipso concilio vel principum aliquis vel pater vel propinquus scuto et framea iuvenem ornabant; haec apud illos toga, hic primus iuventae honos erat; ante hoc domus pars videbatur, mox reipublicae; id nomen, ea gloria erat, si numero ac virtute comitatus emineret. iuxta hunc morem a Boiorum proceribus divus Stephanus arma sumpsit atque illorum opera in pace ac bello usus, gentem suam armorum studiosissimam, proinde a pietate christiana quasi inutili adversaque viris bellicosis abhorrentem in obsequio religionis vi continuit. quod ut facilius adsequeretur, dotis nomine ei coloniae Boiorum Vratizolaoburgium, Pisonium, infra Phischam amnem Oedoburgium, Sempronium, Sabaria et alia plaeraque oppida quondam Boiorum infra Phischam adtribuuntur. archimysta proprius genti nomine Aschericus, qui et Anastasius, imponitur, Bregetione, quae et Grana et Strigonium, habitare iubetur. nam antea in ea regione pontifex Bathavensis, archiepiscopus Laureacensis, sacrificia publica, privata procurabat totaque Ugria in decem ditiones pontificias dividitur. Gisala foemina religiosissima Vessobrinum extruxit, singula templa lustravit. quae ad ceremonias ritumque spectabant, magnifice, simul munificentissime largiebatur, phrygionum vicem fungebatur, vestes sacras suis manibus nebat, texebat, sarciebat.

Inter haec caesar Honoricus ad Luthareos adversus fratres uxoris suae arma movet. Honoricus ducatu Boiariae motus, in conspectu caesaris Theodericum, partis Luthareorum praesidem, capit captivumque abducit hocque libere dimisso pacem a caesare rursus impetrat ducatumque Boiorum ab eodem recipit.

Sub idem tempus Chunradus Charionùm rector, frater Gregorii quinti pontificis maximi, et Herimanus iunior dux Suevorum decedit. Honoricus Charino limiti Adaloberonem praeficit, Suevis Arionistum, maritum Gisalae consobrinae suae et sororis superioris Herimani, imponit. caeterum Adaloberonis filii sunt Adalobero episcopus Babobergensis et Marichardus, frater vero Arionistus. ipse Adalobero dux Charinorum praefuit annos treis et viginti; privatus quarto anno obiit; sepultus est apud Gisoveltas; contubernium id est sacratarum foeminarum in superiore Boiaria, Vindelicorum Ilmus amnis praeterfluit.

Eadem tempestate Gerardus avunculus Chunradi, qui postea rerum

1 *Germ. 13* 24 — recipit *vgl. Herim. Aug. zu 1011* 28 — imponit *l. c. zu 1012* 37 — impetravit *vgl. Sigeberti chron. zu 1012—1019, M. G. Scr. VI, 355.*

potitus est, Reginero Bergorum, Hannoniae, huius patruus Landobertus, Lovanii satrapes, pacem orientalis Franciae interturbant, Baldericum Leodiensem episcopum multis occisis praelio superant. in Italia quoque Graeci post Romam nostros premere coeperunt.

Caesar Godofrido duce, viro bellicoso, in Germania cum parte copiarum dimisso, cum uxore Chunegunda, cum caeteris militibus et equitibus Italiam petit. Romae a Benedicto octavo, internuncio Valthero episcopo Spirensi, data, accepta utrimque fide, sexto decimo calendas Marcii inauguratur. inde Graecos Apulia, Calabria, Picentum agro, Campania expulit. interea Godofridus, Luthareae inferioris praeses, Gerardum atroci praelio, occiso eius filio, devincit et ad obsequium caesaris cogit; Lovanium obsidet, expugnat. inde in Hannoniam cum fratre Gothelone castra movet. Regineronem et Landobertum circa Bergos superat huncque praelio occidit victorque cum fratre, pacata inferiore Germania Galliaque teutonica, ad augustum, qui iam ex Italia redierat, cum triumpho proficiscitur. inde contra Theodericum Gandavensem, filium Godofridi, imperata detrectantem iussu imperatoris revertitur. dumque in conspectu utraque acies iamiam dimicatura staret, voce ingenti, incertum unde edita: fugite, fugite, caesariani omnes in fugam coniiciuntur multique a paucis interimuntur. Godofridus captus in potestatem hostium devenit libereque tandem dimissus, ab imperatore veniam praeteritorum inimicis impetravit.

Dum talia fiunt, caesar interiorem Germaniam Venedorumque regiones percurrit. per idem tempus divus Colomanus Scotorum in Austria ab incolis tanquam ab hostibus missus speculator in arbore suspenditur, laqueo necatur; eius innocentia statim miraculis divinitus editis declaratur annoque aerae nostrae 1014 Medolichii ab Meginogotho Alberostadiensi episcopo sepelitur, ubi aduc religiose colitur. in paucis post diebus Honoricus, orientalis limitis praefectus, subito perit. uxor eius Suanylda; filius Albertus, qui patri succedit; privignus Arionistus, dux Suevus, maritus Gisalae, qui in venatione ante annos treis ab Adaloberone comite feram adpetente sagitta percussus interiit. Gisalam Chunradus, qui post Honoricum imperavit, uxorem ducit. ab illo Arionisto Suevo eiusque filiis Arionisto et Herimano Zaringii originem trahunt. illi etenim Arionisti et Gisalae liberi Suevorum principatum obtinent, privigni Chunradi, qui postea imperavit.

13 Gotholone *B* 28 Alberostadensi *A* 30 Suamylda *B*

6 — inauguratur *vgl. Ann. Altah. mai. zu 1014; Thietm. VII, 1* 24 — colitur *vgl. Passio st. Cholomanni, M. G. Scr. IV, 675 u. Annal. Mellicens. zu 1012—1014, M. G. Scr. IX, 497* 29 — succedit *vgl. Ann. Alt. zu 1018* 30 privignus — ducit *vgl. Herim. Aug. zu 1015.*

Is eisdem diebus cum Chunrado patruele suo adolescente coniunctis copiis, apud Ulmam Adaloberonem ducem Charionum adfligit in fugamque convertit, qui paternum iuvenis ducatum tenebat. Rudolphus quoque Burgundionum rex, avunculus augusti, a suis pulsus ad imperatorem confugit. Veronero Argentoratensis episcopus cum Suevorum copiis iussu caesaris Burgundos pugna superant, Rudolphum vi in regnum reducunt. imperator Agrippinam ad hiemandum concedit, Heriberto archimystae, qui tum obierat, Ariovaldam sufficit. ad Aquas Graneas deinde concilium indicit. peracto conventu propter Charum flumen Evasii ipse et Rupertus rex occidentalis Franciae coeunt. rex procul veniens ut a caesare conspectus est, equo descendit, ad conplectendum eum concurrit mutuaque gratulatione ambo principes functi, deinde consilio habito rempublicam christianam, regnum imperiumque Francorum concordia, optimis institutis legibusque stabilire decernunt conventumque solennem Ticinum indicunt. Franci occidentales, sicuti soboles Germanorum collaudati muneribusque et praemio onerati sunt ab imperatore, adeo ut magnificentia caesaris largitioque opes persicas superasse ferretur.

In Italia rursus Graeci Calabriam, Apuliam, Campaniam invadunt. imperator ad tutandos imperii fines Italiam intrat, Troiam expugnat, evertit; exactis Graecis Italia Neapolim, Capuam, Salernum aliasque earum regionum urbes in deditionem accipit et Nordomanorum examen, qui minuendae multitudinis domi praegravantis causa Roberto et Richardo ducibus ex Gallia migrarant, in Calabria, Apulia adversus Graecorum incursationes conlocavit, ibidem eosdem domicilia capere perpetuoque habitare iussit. ita Calabria, Apulia, quae hactenus orientali imperatori paruerant, Nordomanis subditae sunt. qui invitati discordia incolarum, eum omnem tractum Italiae, quae quondam Magna Graecia dicebatur, occupant; ad ulteriora quoque manus avaras (ut prima et oblata sordent, quando maiora sperantur, atque aviditatis nullus est modus) paulatim extenderunt, utrique imperatori formidolosi; sed haec suo tempori reserventur.

19 *Am Rande in A:* Erchenbaldus episcopus Argentoratensis annotat res gestas Otonis secundi. eius sunt verba: pridie idus Julii facta est maxima caedes Graecorum et Saracenorum ab imperatore magno Otone 2. in Calabria. *(982 bei Squillace; s. Erchanbalds [Bischof 965—991] Notiz in Jac. Wimphelingii Catal. ep. Argent. ed. Moscherosch, Argent. 1651, p. 37).*

1 — tenebat *vgl. Herim. Aug. zu 1019* 3 Rudolphus — confugit *Sigeb. zu 1020* 5 — superant *Herim. Aug. zu 1020* 9 — ferretur *Sigeb. zu 1022 u. 1023* 19 — redit *Herim. Aug. zu 1022.*

Augustus pacata Italia victor per urbem Romam in Germaniam redit, Reginoburgii, ubi frequens habitabat, mortuo tum Gephardo episcopo Gephardum secundum, Augustanum mystam, cultus vestium curiosiorem, pontificem legit. inde Babobergomum profectus aegrotare coepit. accito concilio consilioque habito Chunradum, filium Honorici, fratris Gregorii quinti pontificis maximi, nepotem Otonis ducis, pronepotem Chunradi, occisi ab Ugris, generi Magni Otonis, maritum Gisalae consobrinae suae, caesarem declarat. deinde decedit tercio idus Iulii anno Christi 1024, imperii 23, aetatis 52. Babobergomi in templo divi Petri sepelitur.

Hac tempestate in Aldaechio inferiore mulier simul enixa est quinque filios. tum quoque Babo ille, qui aduc canitur, patriae meae Abusinae et Rarae dynasta, ex duabus legitimis uxoribus triginta filios vel (ut fama aduc est) duos et triginta atque octo filias tulit, educavit totque simul liberos vivos, superstites reliquit, quemadmodum in fastis Veltoburgensium et Iuvavensium lego. fuit autem is Babo filius Babonis Schirorum principis, frater Otonis primi Schirensis satrapae, et procurator divae Chunegundae augustae, praefectus urbis Reginoburgensis; clarus in orbe tum vixit romano. eundem divus Honoricus secundus imperator augustus, tum Reginoburgii habitans, secum venatum (ut mos est Germanorum principum) cum paucis proficisci iussit. Babo sperans se tempus opportunum nactum, quo tantam sobolem principi maximo conmendaret, iuvenes iam puberes, scitos admodum et elegantes, cultu quoque et arte ornat, unicuique comitem adiungit, cum tali prolis globo venatum procedit ad imperatorem. ille visa tanta multitudine Babonem accersit sciscitaturque, curnam cum paucis advenire iussus tot equites adduxerit. Babo respondet: ‚cum uno equidem dumtaxat famulo, sanctissime caesar, praesto sum'. ‚qui igitur alii sunt?' inquit augustus. suscipit Babo: ‚en tui', inquit, ‚principum optime, famuli, filii mei, quos tuae maiestati exhibeo, committo, quod bonum, faustum felixque siet, talem electorum iuvenum et fratrum cohortem, in pace decus, in bello praesidium, dono do, ut ingenuam decet sobolem, maxima cura tibi educavi. adolescentes solertes sunt; spero te dignos et utiles reipublicae fore'. gratissimum munus tale iuvenum fratrum examen augusto fuit; singulos adolescentum benigne adpellat, dextra et osculo excipit, filios nuncupat, secum in aula consistere iubet. universos paulatim prae-

2 — sepelitur *vgl. l. c. zu 1023 u. 1024 u. Ekkeh. zu 1024* 11 — filios *nach Ann. Altah. min. zu 998, M. G. Scr. XX, 774* 16 *Weltenburger Nekrolog, M. B. XIII, 477?* 31 — praesidium *Tac. G. 13.*

BSB

fecturis, vicis, praediis stipendiariis, castellis, parochiis collocupletavit. unde plaerosque nobilium Nariscorum, Vindelicorum, Noricorum, Charionum, Boiorum, Francorum, Rhenensium genus trahere authores sunt. in patria mea etiam nunc quotannis statis diebus eius manes placantur; cives eidem parentant et inferias dare solent atque omnis memoriae nominisque honos habetur. sed plura in ultimo huius operis libro referam; nunc caetera exequar.

Honoricus quartus, dux Boiorum, frater divae Chunegundae augustae et Friderici Mosellanorum et Luthareae superioris ducis, a marito sororis, cum is caesar declaratus foret, ducatu Boiariae donatur. Austeroviam ab Ugris excisam refecit; Augustinianos flamines ibi consecravit, ubi Utilo quondam regulus Boiorum divi Benedicti consecraneis templum condiderat et cum uxore Hyldruda sepultus est. praetorium ibi fuisse regum Boiariae et esse mausolea principum in diplomatibus reperio vetustis. ibidem et hic Honoricus cum uxore Maria situs est. obiit anno salutis 1026, potestatis quarto et vicesimo, quarto calendas Septembris. nec quicquam ultra de eius maioribus compertum habeo.

Cap. 6. Succedit illi imperator Honoricus tercius caesar augustus, qui decimum agens annum, ab imperatore Chunrado patre suo, mortuo Honorico quarto Boiariae principe primario, rex Boiorum constituitur; et Elisotruda, quae et Chunylda, filia Canutonis regis Cimbrorum et Angliorum, eidem despondetur curatoresque dantur atque tutores Angilobertus Fruxinensis, Bruno Augustanus episcopus potitumque illum regno Boiariae undeviginti annos reperio.

Erat Chunradus, pater eius, acer consilio manuque strenuus, charus principibus, populo acceptior. competitor ei fuit Chunradus, patruelis suus. huius rebus Arionistus, privignus illius, et Velipho tercius, Ambronum Lycatiorumque in superiore Boiaria tetrarches, studebant novique principis imperium aspernabantur. sed horum ambitione facile explosa atque procerum et pontificum consensu factione oppressa Chunradus superior Mogonciaci ab Aribone archimysta ex Boiaria a Burgilo Noricorum, Damasia et Andechysio Vindelicorum (quae castella nunc in templa conmutata sunt) oriundo, sacro oleo inungitur. deinde

17 quarto *vor* calendas *fehlt in B* 19 Successit *A*
22 *Eliphtruda in zwei Handschriften Hermanns v. Reichenau, M. G. Scr. V, 123, n.*1)* 23 — episcopus *vgl. Wiponis Vita Chuonr. c. 11, 23, 26?* 26 — inungitur *l. c. c. 1—3 u. Herim. zu 1025* 34 — paschalibus *vielleicht nach Wipo l. c. c. 15, 16, den A. im Anfange missverstanden hat. Vgl. Steindorff, Heinrich III., II, 439. Vielleicht sind aber dieser wie die flgd*

BSB

comitantibus Rudolpho Burgundionum rege, avunculo Gisalae uxoris eius, et Canutone Angliorum, Cimbrorum, Danorum, Suionum, Finnorum, Gotorum, Nordovicorum, Scandiae, Scandiaviae, Britaniae potentissimo rege, Romam petit mediusque horum a Ioanne vicesimo pontifice maximo consecratur paschalibus, quos dies victoriae Christi, qua devicta morte superatis inferis revixit, festos solennesque habemus.

Imperator subacta Italia in Germaniae fines redit. Ulmae Suevorum oppido conventum peragit, Arionistum privignum, ducem Sueviae, Veliphonem tercium Ambronum, Landobergomi in Boiaria, Raveburgii et Aldodoryphi in Suevia praefectum, in deditionem accipit et, quod pacem interturbarant, in exilium aliquot annos relegat. posthaec Honoricum filium, regem Boiorum, duodecimum nactum annum caesarem declarat, ad Aquas Graneas paschalibus ab Piligrimo archimysta Agrippinensi inungi iubet. peractoque hoc conventu augustus et caesar in Boiariam Reginoburgium transsitum faciunt; solenne imperii concilium concelebrant. Bruno, frater divi Honorici secundi, episcopus Augustae Rhetorum, flamen augustalis ibi ex vita excessit. adsunt legati Stephani regis Ugrorum et Gisalae uxoris eius, Honorico filio horum regnum Boiariae, quod maiores, atavus, proavus, avus et avunculus tenuissent, iure haereditario a Chunrado repetunt. quod cum negatum foret, bellum imperatori et regi indicunt domosque abeunt. huic conventui interfuisse Babonem illum multitudine prolis inclytum patriae meae dynastam, de quo paulo supra dixi, cum filiis, qui iam Germaniae regiones impleverant, beneficia imperii possidebant, reperio. Theodomarus, filius eius, Leobergensium (arx aduc est inferioris Boiariae, quam Isara percurrit) et Lungionum (pagus est Charinorum) praefectus in Vindelicia propter Rhodanum amnem Elisopagum atris druidibus tum condit; posthac inde duo millia passuum translatum divi Viti adpellant.

Eadem tempestate Ugri repulsam passi Vianam, Boiariae orientalis oppidum, capiunt. Chunradus arma in Ugriam movet, usque ad Arrhabonem flumen penetrat, cuncta terrarum caede, praeda, incendiis complet; ab ulterioribus Ugris fluminibus et paludibus prohibitus,

Anklänge an Wipo, wie Steindorff vermuthet, als Entlehnungen aus einer Quelle Wipo's, den verlorenen schwäbischen Reichsannalen, aufzufassen 7 — relegat *vgl. Herim. Aug. zu 1027* 12 — excessit *vgl. l. c. zu 1028, 1029; Wipo c. 23, 24?* 21 *Ungarische Quelle? oder verlorene schwäbische Reichsannalen?* 23 *vgl. S. 36, Z. 12 fgd.* 25 *Dietmarus de Lungowe in der Urk. des Klosters St. Veit, M. B. V, 235* 25 *Leonberg, Lungau, Elsenbach, St. Veit* 30 — revertit *vgl. Ann. Altah. mai. u. Herim. Aug. zu 1030.*

penuria annonae coactus, in Boiariae fines revertit. ibi ultro citroque missis oratoribus, de pace agi coeptum. Honoricus rex Boiorum ad Stephanum et Gisalam in Pannoniam proficiscitur. iam enim divus Honoricus, filius illorum (Ugri Emericum corrupte vocant) qui haeres regni Boiariae ob matrem inde oriundam adserebatur, obierat. rex Boius et Ugrus amiciciam, quae antea cum divo Honorico secundo convenerat, renovant, religione iureiurandi sanciunt.

Inter haec Misico Bolius pulso fratre Otone regem se adpellat et Hyldericus quoque Boiemus occiso fratre suo Iacomaro nova molitur. hi ambo iugum imperii nostri rigida cervice excutere et sui iuris esse conantur. Oto a fratre Bolania pulsus ad Chunradum fugit ab eoque armis restituitur. Misico externi opis egens in Boiemiam ad Hyldericum regulum aufugit; quem cum Hyldericus Chunrado augusto prodere ab eoque gratiam inire vellet, imperator rescripsit, solere Germanos virtute cum hostibus, non fraude certare nihilque acrius quam perfidiam ulcisci, sceleribus, non nomini hostium irasci; oportere armatum esse, quem oderint. Misico hisce rebus, perfidia nimirum Hyldericí et iusticia augusti compertis supplex ad hunc venit ab eoque divisa Bolania partem ducatumque recepit. dumque talia fiunt, rex Boius ab Ugris reversus cum exercitu Boiemiam intrat, Hyldericum gubernaculis deturbat in exiliumque Reginoburgium deportat, Boiemis Vratizolaum imponit reversusque Reginoburgium proceribus Boiemiae divoque Gunthero adnitentibus Hyldericó gratiam facit, ei ducatum restituit isque in verba caesaris iurat.

Inter haec Rudolphus Burgundionum rex moritur testamentoque imperatorem, maritum neptis suae ex sorore, haeredem instituit. at Oto, itidem ex sorore nepos, Belgicae, Campaniae atque Caroliae praeses, Burgundiam invadit, castellis plaerisque firma praesidia imponit et ab imperatore adfine suo efflagitat, postulat, ut eius nomine et auspicio liceat sibi regnum Burgundiae tenere. augustus Burgundiam armatus petit, Murtenam diruit, cis Rhodanum omnia subigit, Genuam intrat, Lugdunum in fidem accipit. ibi archiepiscopus Lugdunensis caeterique proceres in eius verba iurant regnumque Burgundiae finitur, quod a morte imperatoris Caroli tercii coepit mansitque hactenus annos centum quadraginta quatuor. imperator subacta Burgundia in Campaniam Belgicae primae arma movet. universum eum tractum

9 Hydericus *A* 36 *Am Rande in A*: Vadicassos Ptolemaeus vocat.

2 — sanciunt *vgl. Ann. Altah. mai. zu 1033; Wipo c. 26?* 8 — iurat *vgl. Ann. Altah. mai. zu 1031, 1032, 1034; Otton. Fris. chron., M. G. Scr. XX, 241, 242* 25 — pollicetur *vgl. Herim. Aug. zu 1032—1034; Wipo c. 30—32?*

ferro, igne vastat. Oto his malis coactus supplex venit imperataque se facturum de caetero sacramento pollicetur. augustus pacatis Burgundionum Gallicisque rebus Viridoburgium, Franciae primariam urbem, accedit mortuoque Meginardo urbis episcopo Brunonem patruelem suum, filium Chunradi ducis Charinorum et Mathyldae, substituit. atque cum eodem anno Fridericus Mosellanorum dux absque liberis ex hac vita migrasset, eundem ducatum Luthareamque superiorem Gotheloni, inferioris Luthareae praesidi, in tutelam fidemque conmittit. post Reginoburgium ad conventus agendos petit; ibi fratrem suum Gephardum, vita functo Gephardo secundo urbis episcopo, in demortui locum adlegit in albumque pontificum Reginoburgensium adscribit. hisce confectis Babobergomum se confert, Adaloberonem ducatu Charinorum movet, eidem limiti Chunradum patruelem suum praeficit. Vratizolao mortuo patre suo Hylderico Boiemiam conmendat.

Circa eundem temporis tractum, nempe anno Christi servatoris nostri 1038, Herovicus Sabonae Noricorum episcopus, Brixiam, quae inde decem millia passuum distat, migrat; id oppidum moenibus cingit. posthac est Brixinensis episcopus, qui antea fuit Sabonensis. eadem tempestate Honoricus rex Boiorum caesarque designatus Chunyldam, filiam Chanutonis Angliorum et Cimbrorum regis, uxorem ducit; nuptiae regio apparatu Neomagi fiunt. in Italia vulgus ignobile conspirat saevitque adversus principes; ea seditione episcopus Astensis interiit. ad hunc tumultum conprimendum imperator in Italiam movet, Veronam, Brixiam, Cremonam, Placentiam, Mediolanum percurrit, inde Ticinum, postea Ravennam se confert. interea Mediolanenses authoribus Placentino, Cremonensi, Vercellensi, Mediolanensi episcopis rebellant. imperator Mediolanum petit, urbem obsidet, capit, diripit, vicos, castella imperata detrectantes solo aequat, exurit, vi ad deditionem cogit. Benedictus nonus pontifex maximus Cremonam ad imperatorem proficiscitur; superiores episcopos augusto obtemperare recusantes velut impios et sceleratos pacis christianae interturbatores devovet, perfidis et imperatori fidem frangentibus male praecatur. illi postremo omnium capti in exiliumque acti sunt. imperator Parmae natales Christi celebrat, totam Italiam, superum inferumque mare, Apuliam, Calabriam, Campaniam, omnis tractus perlustrat.

3 *Am Rande in A*: Bercydiam, Berecynthiam, Berocynthia.

4 — adscribit *vgl. Herim. Aug. zu 1034—1036* 6 atque — conmittit *Sigeb. zu 1034* 12 — praeficit *Ann. Altah. mai. zu 1035* 20 — fiunt *vgl. Herim. Aug. zu 1036* 22 — perlustrat *vgl. Otton. Fris. chr. 243; Her. Aug. zu 1037 u. 1038.*

BSB

Interim Oto Belgicus inmemor sacramenti Luthareos incursat, Tullum Leucorum urbem vastat, Barum castellum obsidet. Gothelo dux obsessis auxilio venit, Otonem superat, occidit, caput ei amputat atque illud cum signo tanquam certum trophaeum victoriae in Italiam augusto mittit. qui compositis rebus italicis per oram sinus Hadriatici mense Iulio in Germaniam redit. pestis fervorque aestatis intolerabilis plaerosque nostratium, inter quos et Chunyldam reginam Boiariae, extinguit, septimo decimo calendas Augusti, quo tempore et Stephanus Ungariae rex obiit. cum liberis careret, Petrum, nepotem ex sorore, adoptat successoremque declarat. nepos Stephani ex fratre cum refragaretur, oculos amisit. migrarunt tum quoque ex hac vita diva Chunegunda augusta, uxor imperatoris Honorici secundi, cum marito inmortalitati consecrata, Adalobero et Chunradus, duces Charionum; Angilobertus quoque episcopus Fruxinensis, Herimanus dux Suevorum, privignus augusti, et Schebus dux Ugrorum vitam finiunt.

Imperator reversus ex Italia, Soloduri conventum agit; ibi Burgundiae proceres Honorico filio suo sacramentum dicere iubet. deinde inferiorem Germaniam petit. dum Traiecti apud Frisios quinquagenalia concelebrat, pridie nonas Iunii repentina inopinataque morte decedit, anno servatoris nostri millesimo undequadragesimo. corpus Nemetum Augustam transfertur ibique tumulo contegitur.

Mortuo augusto novum principem (ita homines sunt) gens efferata, Ugri atque Boiemi flocci faciunt, imperata detrectant, parere recusant. Petrus Ugrorum rex, cui peculiariter divus Stephanus moriens Gisalam reginam commendarat, huic praedia, dotem vi aufert; ne cuipiam se inconsulto quicquam tribuat, eandem iurare cogit, insuper in urbem quandam relegat, ubi diligenti custodia observari iubet, omnem copiam adeundi, prodeundi adimit. proceres, pontifices, quorum fidem per internuncios Gisala implorabat, quique calamitatem reginae miserabantur et eam tutaturos divo Stephano iurarant, regem acriter increpant. nihilominus Petrus in proposito perstat, illos opprimere, quovis modo adfligere, tollere denique pergit, rapit, defraudat, omnia venalia habet, mystas veritatem praedicantes spoliat, tribu movet, sacrificulos suae

3 *Am Rande in A:* Gotzelo, dux Mosellanus; Götz, Gotzelo, Gotfridus unum.

1 — occidit *vgl. Sigebert zu 1036, 1037* 3 — mittit *Ann. Altah. mai. zu 1038* 5 — obiit *Herim. Aug. zu 1038* 9 — finiunt *vgl. l. c. u. Ann. Altah. mai. zu 1039. Ueber den Namen Schebus vgl. Steindorff, Heinrich III., II, 448, Anm. 4* 16 — contegitur *vgl. Herim. Aug. zu 1038, 1039* 24 — fiebant *vgl. Ann. Altah. mai. zu 1041.*

farinae substituit; virgines, uxores alienas stuprat, viciat. non deerat talia perpetranti perniciosa aulicorum adulatio, perpetuum principum malum, quorum opes saepius assentatio quam hostis evertit. atque huiuscemodi omnia maxime consilio Budae fumi venditoris sceleratissimi fiebant. Vratizolaus quoque Boiemiae regulus suasu Petri, fretus eius auxiliaribus copiis, ab imposito resilit iugo, caesaris amiciciae renunciat, tributa pensitare pernegat, Bolios amicos caesaris infestat, regem Bolaniae se adpellat.

Rex Boius, caesar designatus, in Boiaria calendis Ianuarii Reginoburgii copias contrahit, in Boiemiam confinem Boiis regionem et genitale quondam solum, aduc ab ipsis nomen retinens, expeditionem meditatur. Vratizolaus ubi hoc rescivit, ut a tergo discrimen belli averteret, dolo legatos, obsidem filium Spitignaeum Reginoburgium ad caesarem mittit, se in Boiariam evestigio venturum, mandata obedienter facturum pollicetur. credulus his caesar diem illi dicit, Reginoburgii hiemat. primo vere Augustam Rhetorum petit, legatis Italorum ius dicit responsaque reddit. Angilaemis deinde paschalibus conventum agit, episcopis Italiae, quos supra in exilium actos commemoravi, gratiam facit, quod errati eos poeniteret, ab exilio revocat templisque restituit. peracto hoc concilio Reginoburgium tendit. cumque Vratizolaus, uti condixèrat, praesto non esset, ad conspectumque caesaris, cui nihil secum negocii foret, accedere contemneret, praemittit partem exercitus, delectissimum quemque ad occupanda itinera occulta saltus Hercynei, per quem ad Boiemiam penetrandum erat. nam viam publicam hostis insidebat nostrisque omnem aditum intercludebat. Hercynia undique in modum cordis cytharaeve Boiemos cingit; quamvis eos pro nativo muro a Boiis separet, quotannis tamen fere invicem, ut quaeque gens evaluit, aduc praedas agitare solent. nostri per devios tramites anfractusque callium sylvestrium, aviis itineribus Orcynium nemus penetrare contendunt, per confragosa, undique obstrusa itinera feruntur. tandem ad munimentum quoddam, quod firmo praesidio tenebatur, perveniunt. quod dum defatigati de via difficili oppug-

1 non deerat tamen *A* 29 Orcinium *B*

5 — usque ad saxa, *S. 46, 3 vgl. Herim. Aug. zu 1039—1041, Ann. Altah. zu 1040, 1041. Ausser diesen aber müssen, wie bereits Steindorff bemerkt, dessen Aventinstudien a. a. O. 441 flgd. hier zu vergleichen sind, auch noch andere, jetzt anscheinend verlorene ältere Geschichtswerke hier u. im flgd. zu A's. Quellen gehört haben* 10 *Zeit und Ort gefolgert aus der Urk. K. Heinrichs, M. B. XXIX, a, 56* 20 *Wohl gefolgert aus der zu Regensburg am 30. Juli 1040 von K. Heinrich ausgestellten Urkunde, Ried, Cod. dipl. Rat. I, 152.*

BSB

nant, repente undique Boiemi ex insidiis erumpunt, inruunt, nostros caedunt, in fugam vertunt. perpauci caesarianorum fuga evasere. Veronero et Reginardus signiferi cum plaerisque occisi sunt decimo calendas Septembris. capti precatore divo Gunthero vita donati, incolomes diligenti custodia servantur; quos caesar reddito Boiemo filio, quem, ut dixi, obsidem habebat, redemit. qui tanto vulnere accepto, Salingostadii proceres cogit, consilium habet, quonam pacto inimicos ulciscatur, cladem acceptam expiet. legati Boiemorum, qui eo quoque de pace foedereque acturi venerant, iussi sunt excedere concilio, redire domos et regulo suo bellum indicere.

Theodomarus secundus archimysta Saliburgensis tum moritur, Baldovinus a caesare pontifex Boiorum summus capitur. at Vratizolaus intellecta mente caesaris, quod in se hostili animo esset, accito auxilio a Petro rege Ungariae, aditus omneis, vias cunctas, itinera nota Hercyniae fossa, vallo praecludit, truncis arborum transversis obstruit, fruticibus obserit, exercitus custodes ponit. rex Boius cum robore imperii Boiemos petit. ubi Hercyniam, qua iter tutum apertumque est in Boiemiam, adtigit, aditum sibi interclusum, viam ab exercitu Boiemorum circumsessam offendit; castra nihilosecius ibi proxime hostes facit. supplicatione decreta, caeleste invocat auxilium, ut quae coeperit, succedant, divinum numen propitiatur. complures dies eodem in loco stativa habet frustraque irrumpere tentat atque consultat, quid agendum sit. non modo dolor, sed etiam pudor angebat. peritos tandem locorum et viae in Boiemiam ferentis, qui non audita, sed oculis conperta haberent et sylvae latebras omneis pernoscerent, omneis eius calleis percurrissent, accersiri atque convocari iubet. eorum et aliorum, quos idoneos ducebat, consilium habet. his authoribus maiore parte exercitus ad custodiam castrorum relicta praecipit, ut castrorum specie manente, plures de industria ignes fierent, milites quotidie acrius solito irruptionem totis viribus meditarentur, hosteis inlato terrore retinerent, quo magis Boiemi crederent ipsum caesarem in castris esse. deinde mandat suis, cum trepidantium Boiemorum exaudierint tumultum, a fronte urgeant ad ipsumque eant nec ingredi dubitent, quippe hostes ad semet conversos. caeterum ipse cum expeditissimo strenuissimo quoque Hercyniam circuit, silenti agmine clam hostibus pergit ad demonstratum iter callium arduaque semita, ubi nullos esse animadvertit custodes, sed longius a statione hostium remota et qua minime Boiemus rebatur, emensis occultis tramitibus, irrepsit, Hercyniam

25 omnes *B* 32 deinde caesar *A*

penetravit, ad planiciem et campos Boiemiae, incolomi milite, nemine resistente evasit hostiumque statione conspecta, strenue armati a tergo se ostendunt nihil metuentibus. quorum pauci, qui congredi ausi erant, caesi sunt, alii caedunt, ad suos recurrunt, integros quoque, antea-quam discrimen experirentur, in fugam avertunt. fremitu deinde in castra nostrorum inlato, ipsi a fronte ingruunt iterque diversum ingressi, alium terrorem Boiemis inferunt. totis trepidatur hostium castris, Boiemi undique caesarianorum armis fulgentibus ancipiti malo oppressi, undique circumventi, caesi, fugati, victoriam nostris concedunt. neque tamen populus teutonicus laetam aut incruentam victoriam adeptus est; ignaviam necessitas acuerat et desperatio spei causa fuerat.

Caesariani superatis hostibus coniungunt copias; universam Boiemiam per duos et quadraginta continenter dies ferro, igne depopulantur, agros urunt, vicos incendunt, cuncta luctu, caede, incendiis complent. ingenti vi armatorum et frumenti captivorumque numero potiuntur; quippe hostes per occultos tramites, ne quid abscondere possent, anteveneraut. regulus Boiemiae Pragae se continebat. inter haec Litovalda, filius Alberti Austriaci limitis praefecti, cum Boiorum orientalium multitudine urbem in confinio Boiariae Boiemiaeque patri suo dolo praereptam obsidet, vi expugnat, filium praesidis capit, in vincula coniicit, captivum secum abducit, maximum pecudum hominumque numerum abigit. caeteri Boii, accolae Hercyniae sylvae successu horum erecti et ipsi per Orcynium nemus in Boiemiam irrumpunt, ingenti captivorum, pecorun, iumentorum abacta, onusti et ditati praeda incolomes domos revertuntur.

Boiemi tot cladibus perdomiti, anxii miserantesque fortunas suas, sibi liberisque et genti Boiemorum providere constituunt. ubi omnibus praeliis sese victos, agrum vastatum, multos mortaleis captos, occisos, regni opes conminutas esse vident, Severum Pragensem episcopum aliosque proceres, suscepta legatione ad caesarem proficisci mandant supplices, qui bellum iramque depraecarentur, ad clementiam provocarent, misericordiam caesaris implorarent ac sine ulla pactione se regnumque in illius fidem traderent, liberos nobilissimi cuiusque, quos caesar imperaret, obsides ultro offerrent iurarentque se imperata facturos, perpetuo in potestate caesarum fore et ducem suum, nisi pareret, captivum adducturos.

Interea Vratizolaus, ubi, quae agebantur, ex nunciis accepit, diffidens rebus suis, tum demum veram deditionem, quam ante simularat, conatur; consilia et insidias suorum antevenit, legatos cum suppliciis ad

Honoricum mittit, qui tantum ipsi liberisque vitam peterent, alia omnia dederent. ultro, quod alioqui necesse erat, Spitognaeum, Otonem, Vratizolaum, Chunradum, filios suos, obsides dat; precibus, dono, pollicitationibus purpuratos, quemcumque oportunum ducebat, ambit, orat, ut caesarem sibi placarent; se imperata facturum, Reginoburgium venturum, omnes captivos de Bolania redditurum, argenti pondo octo millia pondere Germano, hoc est unciarum millia centum viginti octo pensitare pollicetur; quae unquam vi, fraude vel alio quovis modo cuiquam ademerit, restituturum promittit. quodsi hisce pactis non staret, ius obsides occidendi caesari foret. continuo Orcynium saltum aperiri securibus, dolabris arborum ramos amputari, vallum excindere, frutices eradicari, aggeres divelli, fossas compleri, itinera truncis purgari iubet, quo quam latissime patente via absque omnibus insidiis molestiisque victor exercitus triumphantis in morem domum revertatur.

Conditiones huiuscemodi ultro oblatae a nostris accipiuntur, qui onusti praeda non sine laeticia domos redeunt. Honoricus Reginoburgium divertit; ibi Albertus et Litovalda, orientalis Boiariae praefecti, revertenti caesari obviam honoris causa procedunt; filium praesidis Boiemi captivum exhibent, res gestas conmemorant, mutua defunguntur gratulatione principes. caesar gratias agit, se eorum facti semper memorem fore pollicetur, collaudatos et praemiis oneratos dimittit. inter caetera Litovaldae equum regis Boiemiae, ephippium, phaleras aureas, argenteas preciosae artis condonavit. vicesimo deinde die, ut constitutum erat, Vratizolaus cum plaerisque optimatibus et amplissimis muneribus Reginoburgium venit. caesaris in senatu curuli sella cultu regio sedentis pedibus lachrymabundus accidit, adoperto capite, calceis pedibus detractis corpus humi prosternit suppliciter veniam praeteritorum orat, Boiemiam cum signo reddit, regium nomen, Bolaniam, quam occuparat, abiurat. surgunt purpurati, pontifices, dynastae, Honoricum per Christum deum optimum maximum, per clementiam eius obtestantur, per superos omneis obsecrant, ut misero et scelus confitenti ignoscat. annuit caesar; Vratizolaus iussus surgere sacramentum solenne dicit, quae pridem verbis promiserat, reprobat; semissem tributi, quod pactus fuerat, caesar illi remisit.

Eodem anno ventus vehemens sylvas, aedificia subvertit, penuria frugum, annona chara fuit. Isacus et Athesis, Noricorum amnes, subito inundarunt, maximam pauperiem accolis dederunt, subito domos,

15 ablatae *B*

2 *Quelle für die Namen? Ann. Alt. zu 1041 sagen:* quinque dedit obsides, filium scilicet suum et pueros quatuor principum.

iumenta oppresserunt et obruerunt. voragines ingentes concursu torrentium cavatae itinera ruperunt, eluvies vineas nudavit demolitaque est usque ad saxa.

Dum talia fiunt in Boiemia atque Boiaria, in Ungaria saepius Petrus admonitus a proceribus resipiscere recusat, ad sanitatem redire contemnit. Ugri igitur authoribus Phiscone, Stoizolao et Pezilone, gentis optimatibus, coniurant, regem adeunt, Budam, intimum Petri, tantorum flagitiorum consultorem, ad necem deposcunt. atque dum is ad regis fidem confugit, regis opem implorat, vi abstractus in frusta minutatim conciditur, duobus filiis eius oculi eruuntur. Petrus tum tumultu istoc, tum conscientia scelerum perterritus, ratus se ubique terrarum tutiorem quam apud suos fore, ad Boios confines Ugris quamquam sibi infestos, quod Boiemis suppetias tulisset, cum paucis aufugit benigneque ab Alberto orientalis limitis duce acceptus Reginoburgium ad caesarem deducitur. verum primum sicuti reipublicae hostis non solum aditu prohibitus, sed in vincula quoque coniectus est. adnitente tamen Alberto, cui soror illius nupta erat, et plaerisque aulicis faventibus miserantibusque regiam calamitatem in conspectum Honorici admittitur moxque principis pedibus flens procumbit, fortunam deplorat suam; veniam delicti, simul vitam praecatur. caesar memor rerum humanarum inopi gratiam facit, eundem bono animo esse iubet, auxilium pollicetur.

Ugri, ubi aufugisse Petrum viderunt, Ovonem quendam (hunc alii Abantem, alii Obonem vocant) regem salutant, Vissebürgii, quam Albam regiam Latini nuncupant, uti mos gentis est, solenni ritu renunciant omniaque acta Petri rescindunt. caeterum Honoricus inter haec, perdomita Boiemia, Burgundiam petit, ius reddit; inde Argentoratum ad hiberna concedit; eo frequentes proceres imperii coeunt. Ovo quoque, cum audisset Petrum ad caesarem profugisse ab eoque receptum esse, legatos illo ad explorandam erga se voluntatem regis teutonici proficisci iubet illique admissi satis proterve superba legatione defunguntur. ‚domine', inquiunt, ‚Ovo rex noster, tecum ne bellum an pacem habiturus sit, sciscitatur. ambae conditiones in te sitae sunt, utramvis acceperis, a te certior fieri postulat'. admodum paucis caesar hisce respondet: ‚id ipsum, quod percontamini, penes vos et in arbitrio vestro est. non soleo arma nisi lacessitus capere, quoad per hostes

31 proterva *B*

4 — recepti, *S. 48, 21 vgl. Ann. Altah. zu 1041, 1042; Herim. Aug. zu denselben Jahren.*

BSB

inimicosque licet, quietem atque ocium amplector, pietatem colo; si neque me neque meos iniuria adfeceritis, prior crabrones non irritabo neque aleam iactabo. quodsi nos priores laeseritis, quid armis Christo propicio possimus, haud dubie sentietis'. huiuscemodi itaque dictis placuit legatos ad Ugros proficisci cum Ovonis oratoribus.

Qui ubi in Pannoniam cum mandatis pervenere, rex Ugrus virus, quod animo occulebat, tandem effundere decrevit. Boiariam, quam Austriam, quod ad orientem vergat, vocamus, invadere statuit. ne autem rumor ante facinus emanaret, consilium suum proderetur, velocitate, qua celeritatem famae antecederet, ratus opus esse, omnes copias, equites universos clamculum contrahit doloque omnes mercatores, hospites, externos et legatos accersit, contra ius gentium in vincula coniicit diligentissimaque custodia observari iubet. deinde legatis nostris pacificantibus de improviso, dum Boii de pace agi credunt, Boiariae regnum, quatenus orientem spectat et Ugris continuatur, triplici agmine adgreditur. pars Charinos petit, ipse australem Danubii ripam, alteram dux eius sibi deposcit. ambo ludis Februariis, quibus plus aequo Baccho, Cereri, immo etiam Veneri contra fas et placita religionis nostrae indulgemus, nempe altero, ut sacrificuli nuncupant, sexagesimae die, nocte silenti absque omni tumultu et strepitu atque maleficio, per latibula, per sylvas, a nemine penitus animadversi, peritis locorum ductoribus ad condictum locum Traesomam amnem prorepunt. quo cum crepusculo ante lucis ortum pervenissent, Ovo nostros somno vinoque sepultos, sub tecto in cubilibus stertenteis nec quicquam mali suspicanteis, inopinatos, imparatos subito invadit, resistentes caedit, aedificia incendit, pecora, homines abigit. multi mortaleis capti, qui correptis armis se defendere parabant, a multitudine hostium oppressi sunt; a primo diluculo usque ad occasum solis cuncta longe lateque incendiis, caedibus complentur. rex Ugrus circa Tullinam urbem Boiorum in armis pernoctat, postridie incolomi exercitu, cum ingenti praeda et captivorum numero in Ungariam revertitur. nec unquam alias tanta de Boiaria praedam Ungaria coepit.

At in aquilonari ripa adversa fortuna Ugris fuit. quamvis enim, ut rex iusserat, ipse quoque dux cum suis ad hostia Traesomae nemine omnino animadvertente evasisset ac, sicuti rex nondum orto sole nostros imparatos, nil tale sperantes adortus fuisset cunctaque depopulatus ingenti vi captivorum, iumentorum, pecudum potitus esset, tamen Albertus et Litovalda duces limitis, subito correptis armis,

25 suspicantes *B* 32 tanta *sic A u. B*

BSB

raptim conlecto equite, superis vocantibus, Ugros, qui se diviserant, praedae intentos, palantes ac ovantes carptim invadunt, caedunt, proterunt; captivi, viri, foeminae, pueri, puellae, ubi nostrum agmen agnovere, et ipsi resistunt, lanceis, cultris, sudibus, sagittis, lapidibus, luto, furcis, telis, missilibus, digitis, quicquid ira subministrabat, Ugros adpetunt, incessunt nec in hostem grassari desinunt, donec ea pars ad internecionem deleta, omnis excussa praeda, omnes captivi liberati sunt. dumque victores gratias deo optimo maximo agunt habentque, alia manus hostium, quae in insidiis hactenus delituerat, demum prodit. quos ubi nostri, licet fessi, post tergum vident, superos, caeleste auxilium vocant, fortiter irruenteis Ugros excipiunt; duces nostri in confertissimos hostes incurrunt, aciem perrumpunt, ordines turbant, Ugros propellunt, in fugam coniiciunt; fugienteis ad Marum amnem persequuntur, in flumen praecipites agunt et submergunt; perpaucos hostium fuga servavit. dux Ugrus equo flumen tranat regique suo exhibitus ob rem male gestam ducatu movetur oculisque privatur.

Qui Charinos invaserant, a Godefrido eius limitis praefecto; a Veliphonis ducis et Lycatiorum Boiariae dynastae copiis, iuxta Petanionem urbem Noricorum caesi, prostrati sunt perpaucis fuga elapsis; praeda, captivi omnes recepti.

Cap. 7. Hisce diebus, nimirum in quinquagesima, caesar Basiliae summum Boiariae principatum in tutelam Honorico nepoti ex fratre Honorico divae Chunegundae augustae, ex Lutharea Mosellana oriundo, conmittit. paschalibus in Colonia Agrippinensi conventus agit; frequenti pontificum, sacerdotum, tetrarcharum, satrapum senatu, bellum Ovoni, expeditionem ungaricam indicit. posthaec quinquagenalibus Viridoburgium se confert. Brunonem urbis episcopum, cognatum suum, cum viris et foeminis ad Vilelmium, Narbonensis provinciae praefectum, legat, eius filiam Hagnam uxorem sibi expetit.

Interim contractis copiis in Boiariam adversus Ugros transsitum facit, 5. idus Augusti apud Aldaechios inferiores fuit. consilio Vratizolai reguli Boiemorum (quod australe latus paludibus, sylvis, amnibus septum erat; incolas omneis Ovo vicis incensis trans Arrhabonem transtulerat) aquilonarem Ungariam (nam eam Danubius interfluit) ter-

28 Brunnonem *B* 34 omnes *B*

20 *Die Ortsangabe nach einer ungarischen Quelle; vgl. Steindorff, Heinrich III., II, 449* 22 — revertitur *vgl. Ann. Altah. zu 1042* 29 *Zu Narbonensis vgl. Steindorff a. a. O. 443* 30 Agnes *Herim. Aug. zu 1043*

restri navalique exercitu adgreditur, Hunnoburgium obsidet. cives desperata salute, iniecta aedificiis flamma, noctu aufugiunt. caesar moenibus dirutis ac solo aequatis Vratizolaoburgio, quod romana lingua Pisonium vocatur, castra admovet, urbem oppugnat; oppidani deditionem faciunt. idem caeteri omnes eius tractus incolae usque ad Granum flumen missa legatione factitant. novem oppida. se caesari permisere. Ovo bis ad Granum amnem cum nostris congressus, bis superatus, trans flumen est repulsus, maxima clade adfectus; unus nostratium dumtaxat periit. caesar Petrum, quem adduxerat, provinciae armis partae imponere voluit. provinciales pertinacissime refragantur; mori se malle quam huncce rectorem pati confidentissime adseverant. filio igitur fratris divi Stephani, qui initio belli ad Boiemos aufugerat, ea regio, consensu incolarum committitur; praesidio Boiorum Boiemorumque valido, nempe duobus millibus hominum munitur.

Caesar dimisso exercitu in Boiariam occidentalem revertitur. Gosolariae deinde in Saxonia concilium regni convocat ibique hiemat. pontificatum Aechostadensem Gephardo tradit. praesto ibi fuere Vratizolaus Boiemus et Roxolanorum Boliorumque legati cum amplissimis donis, absentiam principum suorum excusantes. Gisala tum augusta, mater caesaris, obiit et in Nemetum Augustam translata, iuxta imperatorem Chunradum coniugem suum sepelitur. caesar paschalibus in Leodiensi agro regem occidentalis Franciae (quam eius tempestatis scriptores nostri Caroliam vocant) adpellat.

Inde quinquagenales ferias in Saxonia Badobrunae concelebrat. huc Ovo, nuncio malae pugnae, ut supra dixi, perterritus, legatos mittit, veniam orat, foedus et amiciciam postulat; auri montes, se captivos omnes redditurum, pro his, quos restituere non posset, praecium persoluturum pollicetur. caesar se Reginoburgii consilio Boiorum, qui iniuria adfecti sint, responsa legatis editurum ait. ubi Reginoburgium perventum est, Ugri rursus ea, quae prius, promittunt. verum cum caesarem iureiurando fidem dare, pacta confirmare postulant, infecto negocio, intra praescriptum tempus excedere Boiaria, domum redire iubentur. caesar cum exercitu vestigia nunciorum insequitur. cum fines hostium nemine prohibente intrasset, delectus agit, exercitum lustrat dumque meridionalem Ungariam invadere, munimentum (quod ripae Rabinissae ad arcendos nostros Ovo imposuerat) confectis iam machinis postridie expugnare parat, Ovo missis nunciis pacem

9 nostratuum *A u. B* 14 que *fehlt B*

16 — patruo *vgl. Ann. Altah. u. Herim. Aug. zu 1043.*

supplex petit, partem regni ab hostiis et fontibus Mari fluminis ad fines Charionum, et quicquid intra amnes Litham Phischamque continetur, quae pars quondam divo Stephano amiciciae causa tradita erat, caesari reddit; insuper se quadringenta auri talenta teutonica, totidem serica pallia mulctae nomine tributurum et tanto auri pondere damnum a se datum conpensaturum, captivos omneis, Gisalae reginae quaecunque Petrus ademerit, restituturum pollicetur. Pezilonem ducem cum septem aliis optimatibus, in quos animadvertendi more maiorum, si pactis non staret et postridie calendas Decembris verba promissa factis non conprobaret, ius foret, obsidem tradit. unum postremo orat, ut timori suo concedatur, ne in conspectum caesaris venire cogatur. caesar consilio habito conditiones accipit, Honoricum ducem Boiorum et Vratizolaum Boiemiae rectorem ad Ovonem concedere iubet, coram quibus praeeunte sacrificulo, Ovo sacramentum dicit, pacta iureiurandi religione sancit.

Hisce confectis caesar, regione recepta eaque in fidem Alberto eiusque filio Litovaldae conmissa, in Sueviam se confert. Constantiae conventum ecclesiasticum agit, pacem more Germanorum perpetuo sancit edicto. inde Vesontionem urbem Burgundiae Sequanorumque petit, obviam sponsae procedit; eam Mogonciacum deducit; ibi de ea superos consuli reginamque adpellari iubet. deinde nuptias Angilaemis imperatorio apparatu facit. interfuere frequentes pontifices, episcopi, duces, tetrarchae, dynastae, çives Italiae, Germaniae, Galliae. et ne hoc (ut se habent res humanae) perpetuum ac solidum foret gaudium, Litovalda Austriacus adolescens, fulmen belli terrorque Ugrorum, fato concedit; sepelitur Treveris a Poppone archiepiscopo patruo.

Caesar confectis nuptiis Augustam Treverum in hiberna concedit. primo vere, nempe paschalibus Neomagum se confert. Gothelo utriusque praeses Luthareae ex vita excesserat. filii eius Gothelo et Godofridus de regno certabant. dum aduc viveret, inferiorem Luthaream consensu caesaris Godofrido tradiderat; ipse Mosellanum ducatum, quoad vixit, retinuit, quem caesar alteri eius filio in tutelam committere destinarat. at Godofridus refragabatur, principatum fratri invidebat, utrumque ambibat. utrimque diu disceptatum est nec res iniquitate hominum ad ocium et quietem deduci tum a caesare potuit.

Interea loci Ovo tanto periculo metuque liberatus, partem quidem regni, quam conmemoravi et, ut dixi, iam Honorico reddiderat, verum

6 omnes *B* 21 appellari *A*

27 — capite luit *S. 55, Z. 31 vgl. bes. Ann. Altah. zu 1044; Herim. Aug. zum selben Jahre.*

BSB

caetera omnia mentitus est, captivos plaerosque, at non omneis reddidit, pactam pecuniam die dicto non solvit. hieme tota (adhortantibus duobus fratribus Reginoburgio in Boiaria ortis) omnibus viribus expeditionem parat, rursus Boiariae fines, ut priore anno fecerat, incurrare fraudulenter meditatur. erant duo germani fratres, Berinulphus ac Machothunus, obscuris crepundiis apud Boios occidentales Reginoburgii, ut iam narravi, orti; verum per nefas fasque ditati ingenteis cumularant opes in aulamque, freti authoritate Nitogerionis episcopi Fruxinensis, fratris sui, irrepserant. et ut natura mortalium avida potentiae et splendoris praeceps est ad explendam animi cupidinem, supra quam cuiquam imperito credibile sit, ambire praefecturas (quod tum eis per nobiles nondum licebat) frustra coeperunt. proinde ab Ugris id ipsum se adsequuturos sperantes, clam Ovonem literis hortantur, ut simulata pactorum solutione Honoricum cum paucis advenientem fiducia pacis circumveniat, nihil mali suspicantem obtruncet, regnum Boiorum invadat; se Reginoburgium tradituros; sin ille non veniat, nihilominus Boiariae arma inferat; suum studium, suam operam offerunt. Ovo literis acceptis ipsos collaudat, praemiis onerat; alteri ducatum, alteri praefecturam Boiorum promittit, incoeptis perseverare hortaturque. illis rursus impensius, quam exigebatur, operam promittentibus, eorum consilia exequi studet. verum domestica seditione adflictus, ab incoepto supersedere coactus est. plaerosque commissi in Petrum facinoris invidia, postquam decesserat, in miserationem versa, poenitebat; quosdam fraudis Ovonis, quae in sua capita redundatura foret, taedebat; pars Ovonem rem suam alieno periculo curare, pacem interturbare, fidem frangere permoleste ferebat. Ovo quoque homo ferox et agrestis nobilissimos quosque contemnebat, humillimi cuiusque consilio, qui refragari non solebat, utebatur; agricolas aulicos scribit, obstrepenteis indemnatos levi causa obtruncabat. fit igitur optimatum in Ovonem coniuratio; ipsum vinctum aut necatum caesari tradere constituunt. verum conspiratione detecta, indicium a conscio ad Ovonem delatum est. Lorico princeps coniurationis erat; filium eius inmissis percussoribus Ovo obtruncat; illum et caeteros authores

5 *Das flyd. weist auf eine uns unbekannte, wohl verlorene Quelle. Als solche hat man den Freisinger Othochus vermuthet, der aber, wie oben (S. 1, Anm. zu Z. 16) bemerkt wurde, wohl kein anderer ist als Otloh von St. Emmeram; und soweit des letzteren Werke bekannt sind, enthalten sie nichts Aehnliches* 9 ut — cupidinem *vgl. oben Bd. II., 331, Z. 1* 26 *Das flyd. nach einer verlorenen ungar. Quelle* 32 *Der Name Lorico wird in unseren Quellen, den deutschen wie ungarischen, nicht genannt. Vgl. auch Steindorff, Heinrich III., II, 449.*

capere nititur. porro Lorico sociique fugam capessunt, ad caesarem evadunt, orbis terrarum domini opem implorant, Ovonis crudelitatem, perfidiam, scelera proponunt. Petri amiciciam ambiunt, cum eo in gratiam rediguntur; caesarem deinde cohortantur, ut Petrum restituat, ab Ovone perfido poenas expetat.

Caesar ab hisce persuasus, ut Ovonem arte sua tentaret, huiuscemodi re dissimulata in Boiariam cum paucis pergit, dumtaxat Boiis atque Boiemis concomitatus, quasi limitem Boiariae austriacum lustraturus pactamque pecuniam absque bello exacturus potiusque iure quam armis disceptaturus, Boios orientales petit. Ovo, ut vafer erat, Zudinichonem ducem suum cum Nanone a secretis et plaerisque aliis primoribus, qui vires et animum caesaris explorarent, cum auri maximo pondere ad Honoricum legat; inopiam et paupertatem excusat, tantam pecuniae summam superiore anno non tam cito cogi potuisse proponit; Loriconem et transfugas iure gentium repetit; eosdem mendaciorum loquacissimos, praedones atque latrones, authores turbarum, discordiae, belli, tumultus esse aperit primosque, qui Petrum expulerint, Ugros adversus caesarem concitarint, fuisse narrat. postulat denique in conloquium se admitti. caesar acceptis muneribus Ovonem dolo suo adgreditur, legatos benigne adpellat, verbis pacem nunciat, caeterum re bellum asperrimum parat.

Ovo rursus impensius supplices legatos speculandi gratia ad caesarem mittit, pacem orat, se suam liberorumque vitam, omnia caesari dediturum; velle se cum eo de his rebus, quae inter eos coeptae neque perfectae essent, agere simulat; uti conloquio diem constitueret, petit. sed tercio Honorico iam antea experimentis cognitum erat, Ovonem infidum, genus Ugrorum ingenio mobili, novarum rerum avidum, seditiosum, discordiosumque esse. itaque, quae postulabantur, neque abnuere neque polliceri coepit et inter eas moras promissa, retentis secum legatis Ungaricis expectat. dumque Boiemi atque Boii convenissent, hisce se subsequi iussis, quasi venandi causa Hunnoburgium se confert, ibi septem dies conmoratur. nemo omnium adparet neque Ovo, ut pollicitus erat, praesto fuit; tantum abfuit, ut promissa conpleret. caesar Pezilinum, quem, sicuti supra retuli, obsidem acceperat, Nanonemque scribam Ovonis hactenus secum retentum

25 perfecte *A u. B*

9 pactamque — exacturus *vgl. die Erörterung Steindorffs a. a. O. II, 444, der diese Wendung u. a. zu dem Schlusse verwerthet, dass A. ein vollständigerer Text der Ann. Altah. mai. vorlag als uns* 24 velle — constitueret *vgl. Caes. b. Gall. I, 47* 34 *Vgl. S. 50, Z. 7.*

BSB

nec tum abire permissum, ad Ovonem cum mandatis ire, triduo reverti, mandata referre iubet. illi ubi ad Ovonem devenere, paucitatem nostrorum referunt; facile perpaucis interfectis caesarem intercipi posse docent. idem literis Berinulphus et Machothunus aulae sorices aperiunt. Ovo ergo quam maximas omnis generis copias comparat, obviam ceu officii gratia caesari pergit. ipsum cum tam paucis adventantem circumvenire dolo simulata pace decrevit.

Caesar quoque inter haec, cui nota fraus Ovonis iam pridem fuerat, cum Boiorum et Boiemorum intenta atque infesta acie in meridionalem Ungariam procedit. iamque exercitus dumtaxat unius diei itinere distabant. Ovo ubi videt Honoricum contra, ac ratus erat, magna vi haud imparatum ad se contendere, praelium, nisi ipse pareat, minime detrectare, fretus multitudine atque paucitatem nostrorum contemnens, missis nunciis statuit die tercio, loco constituto cum caesare aperto Marte confligere. caesar instructos ordines ad locum pugnae destinatum deducit, sed neminem hostium usquam offendit. accersitis consultisque locorum gnaris, ulteriora Pannoniae invadere statuit. Oedoburgio (Sempronium literati vocant) iter facit cumque ad Rabanissam flumen pervenisset, ab interiore Ungaria locis palustribus, per quos amnis defluit, arcetur. caeterum Ugris profugis deducentibus tota nocte recta ripa meridiem versus ascendit, donec vadum pontemque invenit. moxque praesidio, quod ibi Ovo locarat, pulso paludes simul ac flumen impune transsit; nemine resistente ad Arrhabonem aliud flumen iuxta oppidum eiusdem cognominis, quod Scaurinum Romani vocarunt, pervenit. iamque qui in principiis erant, amnem superant, altera ripa potiebantur. ecce tibi subito latissimam planiciem (ubi quondam deserta Boiorum fuere) armatis, quasi sylva succrevisset, oppletam consertamque cernunt. nihilo segnius caeteri amnem superant, sociis se coniungunt, absque cunctatione aciem instruunt.

Caesar posteaquam videt acerrimorum hostium multitudine se clausum, a tergo flumen obstare neque fugae ullam spem esse, confisus causa et arte militari, suos spem in deum optimum maximum dumtaxat conlocare, Christumque adprecatus, signo dato cohortes paulatim incedere iubet. idem facit hostium exercitus; iam eo ventum erat, unde a ferentariis praelium committi posset, et non longius hostes aberant, quam quo telum adiici posset, cum repente, sive illud divinum munus sive casus fuit, obductae caelo nubes condidere solem. mox

3 *nach* caesarem *wiederholen A u. B* facile 36 forentariis *A*

ventus excitato pulvere ora, oculos hostium opplet. deinceps turbo, quo nihil vehementius, cum ingenti fragore erumpit, proximos quosque Ugrorum prosternens, contactos amburens, pariter et consternens; largum quoque posthac imbrem procellae excudunt; ingens adversus aestum pulveremque praecipue fugienteis persequentibus auxilium. nam ea loca plana, omnino sicca, adusta, proinde pulverulenta sunt; quibus etiam nostro aevo illac iter est, adversus vim pulveris specillis ocullariis thecisque vitreis uti solent. caesar caelesti beneficio (ita nostri, quos intactos ea tempestas praeteribat, interpraetabantur) animatus, Ugros divina ira attonitos, metu perculsos invadit, caedit, sternit, terga vertere cogit. Ovo postquam suos partim fusos, partim fugam capessere seque cum paucis relictum videt, et ipse fortunae caedit. nostri fugienteis more pecudum inultos trucidant, triginta millia passuum insequuntur; sacrificuli, episcopi capti, hasta regia aurata reperta. Nano scriba interceptus est, in cuius crumenula a zona serica pendente epistola Berinulphi et Machthuni inventa et a plaerisque lecta caesari tandem offertur. quam cum ipse legisset, Berinulphum et Machthunum fidei, quam violarant, meritas poenas solvere crucifigique imperat. deinde castra facit receptuique canit.

Boii atque Boiemi, ubi satiati caede sunt, ad castra revertuntur eodemque in loco caesar laneis dumtaxat indutus, item caeteri milites equitesque corpora in solum proiiciunt, signum caeleste adorant, Christo domino deoque nostro grates agunt, honorem habent. et quoniam tam laeta atque incruenta victoria contigit (quippe centum dumtaxat ac octo desideravit) oblivionem omnium rerum, more christiano decernit. quicquid hactenus adversus se a quocumque peccatum sit, abolendum censet; omnibus inimicis, qui poenas meruere, ignoscit. ingens haec victoria fuit, anno salutis 1044 quarto nonas Iulii isque dies in fastos relatus, aduc festus est, quem vulgus superstitiosum inter atros conputat. sed confecto praelio, tum vero cerneres homines, equos, sagittas, arcus, hastas, enses, vesteis, iacula, tela, caetera instrumenta militiae humi passim strata iacere.

Caesar ob foetorem cadaverum triduo diverso itinere exercitum victorem circumduxit Albamque regiam, Ungariae caput sedemque regni (quamobrem Teutones Stulovisseburgium vocant) cum victricibus signis intrat. certatim episcopi, proceres, cives populusque Ugrorum ad

16 Mathuni *A*

29 *Doch wohl eher als Tag des hl. Ulrich als wegen der Erinnerung an den Ungarnsieg.*

caesarem coeunt, ob tam insignem victoriam gratulantur caesaremque in templum deiparae virginis deducunt, in regio solio conlocant, regem consalutant, in verba eius iurant. caesar Ugros Boiorum iure donat convocatoque consilio Petrum cum popularibus in gratiam redigit, proceres illi sacramentum dicere, eundem praecario regnare iubet, Boiorum Boiemorumque copias eidem praesidii causa permittit. hisce peractis in occidentalem Boiariam revertitur Reginoburgiique supplicatione decreta, per omnia urbis templa (quae complura sunt) sacrificia deo facit. sacerdotes, monachi, virgines, populus frequentes salutatum superos ivere.

At Ovo, cum abiisse caesarem certior factus est, vires reparat, eos, qui fuga sibi consuluerant et aduc palantes vagabantur, colligit. contra Petrus cum Boiemis atque Boiis Ovonem persecuturus, prius ad eum cum mandatis amicos legat, veniam dat gratiamque facit; obtestatur per Christum eiusque religionem, ut resipiscat, secum in concordiam, in gratiam redeat; se ducatum, quem superioribus annis tenuerit, concedere, modo regis nomen inane abdicet, omnia largiturum, quae petiverit, praeter diadema et sceptrum regni insignia, promittit. Ovo sive avidus imperii, sive quod se Petro committere non audebat, aleam belli denuo se tentaturum respondit apertoque Marte dimicaturum; numen caeli haud dubie pugnae eventu, quinam verus rex sit, declaraturum. porro socii Ovonis rursus cum Boiemis atque Boiis victoribus, cum quibus ante male pugnassent, confligere recusant fortunaque superioris praelii deterriti, superos ultra lacessere detrectant. ab Ovone igitur, qui aequissimas conditiones abnuebat, ad Petrum deficiunt. ille a suis desertus, in vicum quendam fugam capessit. verum villa de caelo tacta vix evasit fugamque trans Tibiscum tendit. dum in quoddam templum confugit, incolae, qui ab eo captivi illuc translati fuerant, eundem capiunt, in vincula coniiciunt, vinctum cathenis ad Petrum deducunt. ipse dicto die communi sententia Ugrorum et Boiorum condemnatus supplicium capite luit.

Dum haec in Pannoniis Noricoque geruntur, in Burgundia Lidavicus praeses, Reginoldum, Hagnae reginae avunculum, Honorico parere detrectantem, castellum Burgundionum (quod Piligardae montem vocant et nunc ditioni ducis Viridobergensis subditum existit) obsidentem, praelio cum paucis superat, plaerisque hostium occisis caeteros in fugam vertit obsidionemque solvit. caesar Burgundiae fines adit,

16 quam *A u. B*

32 — sancire praecipit *vgl. Herim. Aug. u. Ann. Altah. zu 1044, 1045.*

Soloduri in gratiam cum Reginoldo et Geroldo primoribus Burgundionum redit. ubi haec Godofridus accepit, rursus praecibus, nunciis, muneribus caesarem fatigat; utrumque ducatum ambire non cessat; si modo principatibus ambobus potiatur, quidvis oneris imponatur, oboedienter se laturum promittit. ‚quae quidem adversum nos‘, caesar respondet, ‚hactenus Godofridus commisit, ut in Pannonia decrevimus, scivimus, facile condonamus; cum vero contra ius fasque iniqua adpetere pergat, adversus vinculum fraternae charitatis, citra omnem rationem pietatis ac sanguinis germano haereditatem praeripere studeat, ego, cui summum honorem et maximum negocium supremus caeli imperator imposuit, inauditum hactenus flagitium, ne dicam parricidium, procul a Germania imperioque nostro avertam. etenim viva lex et iusticiae sum vindex atque adsertor. dabo equidem operam pro virili, omnes nervos intendam, ne huiuscemodi scelus impune abeat.‘

Godofridus bis iam repulsam passus, cum rege Caroliorum, quos occidentales Francos dicunt, foedus facit. cives deinde, triennio adversus quemvis se ducem secuturos, iurare adigit clamque res novas molitur.

Posteaquam id caesari nunciatum est, conventum principum cogit, magna frequentia eius ordinis Godofridum accersit, qui, quod, quae moliebatur clam aduc esse opinaretur, apparet interrogatusque de foedere et coniuratione, primo fingebat, alia dissimulabat. post ubi dissimulantem testes introducti consciique coarguunt, senatus procerum decrevit, uti abdicatus inferiore Lutharea Godofridus filium obsidem daret in liberaque custodia haberetur. itaque dum utrique principatui inhiat, ab utroque excidit. attamen non longo post tempore, cum pedibus caesaris accideret, veniam praecaretur, ipse quidem dimissus est, verum filius eius pro obside retentus, paucis post diebus ex hac vita migrat. Godofridus itaque iam liberis orbus et egentissimus, cui neque sua chara, quippe quae nulla erant, a caesare deficit, arma summit, de integro bellum renovat; Luthaream, unde amotus fuerat, vi recuperare conatur. praesides inferioris Germaniae, praefectos, cives, agricolas, sacerdotes, fidos Honorico, pariter lacessere, opprimere, vastare non desinit. caesar in Augusta Nemetum hiemat, expeditionem adversus Godofridum indicit. Ianuario ex hibernis progreditur, inferiorem Germaniam et Brabantiam et finitima loca cum exercitu intrat, Beggalaemum castellum, munimenta Godofridi expugnat, solo

37 *Beggelinheim bei Herim. Aug. zu 1044, meist auf Böckelheim im Nahethale gedeutet.*

aequat, ipsum regione exigit. coactus penuria annonae, relicto ibi validissimo praesidio, ad superiorem revertitur Germaniam. dira tum fames in orientaleis Francos debacchata est; haud ignobiles vici, incolis partim hac peste absumptis, partim diffugientibus execrata loca, ad solitudinem redacti sunt.

Caesar caput quadragesimae, septem deinceps dies Fruxini in Boiaria conmoratus est. legati Petri regis Pannoniarum Daciaeque ibi praesto fuerunt. Ugri, gens avida bellorum, armis adsueta, rapinis et direptionibus finitimorum locupletata, invita iugum pietatis christianae sub Stephano rege uxorio acceperat; excutiendi rursus illud non animus, sed occasio et dux deerat. Petrus potentia caesaris atque maiestate nominis eius opus esse ratus, quo facilius ferocem populum novarumque rerum percupidum in fide atque obsequio contineret, caesarem in Ungariam crebris nunciis evocat, rem arduam incidisse docet, quae, nisi ipse adsit, nequaquam queat componi; periculum non mediocre inesse. nisi maturet. tercius Babobergomi diem solis, quam ab auspicio Palmarum cognominant, inde Gosolariae paschalia concelebrat dieque festo Otoni, imperatoris Otonis tercii ex sorore nepoti, Sueviae ducatum, Ebboni a sacris Neoburgensem pontificatum tradit, filio Baldovini praefecturam conterminam, pro qua Godofridus certabat, in fidem atque tutelam committit.

Post haec in Boiariam pergit, Reginoburgii naveis intrat, Bathaviam vectus ibi supplicationum ferias triumphumque Christi ritu solenni perpetrat. post secunda Danubii aqua Boiariam orientalem petit. est oppidum Austriae, Greinon vocant, iuxta; supra id praeruptae rupes surgunt, saxeae moles cubant ac prominent, per quas Danubius vasto impetu, ingenti fremitu, qui procul auditur, spumabundus fertur; crebri fluctus hinc proram, hinc latera pulsant; modo cunarum nunc huc, nunc illuc navigia succutiunt vectoresque humido imbre aspergunt. Teutones hunc locum infamem perniciosumque navigantibus a strepitu aquarum Strudelon nuncupant; tum Poenostonos a patiendo dicebatur; nam si in illas navis impegerit cauteis, illiditur. ubi hanc perniciem evaseris, aliud continuo malum periculosius cohaerens illi te excipit: in rapidissimos vertices, quibus intorta navis obliqua et gubernaculi impatiens agitur, incidis. vorticosum barathrum aquam contorquet,

3 debachata *B* 17 Gesolariae *B* 20 *Am Rande in A:* Beldingus archiepiscopus Saliburgensis 35 vorticorsum *A u. B*

31 *Der Strudel und die hienach benannte Ortschaft Struden unterhalb Grein* 31 *Poienstein Ann. Altah.*

BSB

hiatu maximo haurit atque absorbet, nisi remis pro viribus incumbatur, naveis adtrahit atque subvertit, sed pertinacibus remigibus everberatum veluti navigia classicis eripientibus caedit. ergo nautae ingenti certamine concitant remos, quantaque vis humana esse potest, fluctus, qui in se vehuntur, everberant, undas findunt, gurgitibus navem eripiunt. circum circa habitant remiges horum locorum ab ineunte aetate periti; hos navigantes conducunt, his gubernatoribus haec pericula incolomes evadunt.

Caesarem tum illac navigantem Bruno Viridoburgensis episcopus cognatus eius alia nave comitabatur dumque saxo cuidam eminentiori adlabitur, atra Aethiopis imago, satis nimis aperte, ferale (ut exitus probavit) signum, ibidem consistit, Brunonem adpellat; heus heus, episcope, malus sum, inquit, genius, meus es et quovis gentium proficiscare, meus eris, nihil quidem impraesentiarum agere adversus te habeo; brevi tamen iterum me videbis. cunctis abominantibus pestilens spiritus ab episcopo signo inmortali adpetitus adiuratusque carminibus sacris sub oculis omnium evanuit. atque hoc saxum aduc monstrari solet, cui imposita turris lapidea absque tignis et tecto cognomen ita sortita aduc retinet.

Unde haud procul (decem opinor millia passuum) caesar et comites eius in vico Perseboio (ubi et nos sepe divertimus) appellunt. ibidem caesarem Richolita vidua (cuius maritus Adalobero Eburobergomi, primae Boiariae castelli, nunc templi, dynasta, superiore quadragesima decesserat) magnifice hospicio, simul et convivio excipit oratque, ut Perseboios et praedia, quae hisce locis maritus praecario possederit, Veliphoni tercio, nepoti suo ex fratre, tradat. caesar coenaculum conscendit; dum coram Brunone episcopo et Alemano praeside Eburobergensi atque Richolita, extendens dextram postulatis annuit, repente contignatio conlabitur. Honoricus in alveum solii balnearii absque pauperie cecidit; Bruno, Alemanus, Richolita margine tabellisque lignei labri graviter allisi, paucis post diebus hoc casu extinguuntur.

Post haec caesar in Ungariam navigat Albamque regiam petit, ubi honorificentissime quinquagenalibus excipitur. ipso die festo Petrus advocata concione regnum Ungariae cum hasta aurata reddit, fasces regni ad pedes caesaris deponit, cum maximo auri pondere, quod militibus suis caesar distribuit. regio inde luxu convivium initur,

19 *Teufelsthurm bei Grein* 21 *Persenbeug* *Wohl auf seinen Reisen nach Wien und zurück* 21 — extinguuntur *vgl. auch Chron. Ebersperg. antiq., M. G. Scr. XX, 14.*


BSB

coena dubia adponitur; caesar armatus armatisque septus ob perfidiam inimicorum epulatur. septem ibi dies absumit. abiturus cunctos accersiri iubet, quos idoneos ducebat, eorum consilium habet. ita more maiorum ex consilii decreto regnum rursus in fidem Petro tradit; Ugros sacramenta redintegrare imperat, eos non alium regem praeter Petrum et filium eius recepturos, caeterum post horum fata in potestate caesarum fore, persancte deierare, ritu solenni sancire praecipit.

Quandoquidem autem de Eburobergomo tempus admonuit, ut res postulat, rem paulo altius, quo magis inlustris fiat, repetam. in confinio Vindeliciae primae secundaeque inter Isaram et Oenum Senones sunt, a vico et praecipue fluvio eiusdem cognominis ita dicti; hic infra Moseburgium cum Isara confunditur. atque hic Vindelicorum pagus apud veteres clarissimis paruit dynastis, quos ex nobilissimo Carolomani, Boiorum Italiaeque regis, sanguine procreatos fuisse reperio. ii in inferiore Boiaria ad Lavarum amnem Paphonusium vicum et millia passuum decem infra patriam meam Abusinam, Longioquados et his proximam sylvam Sivobochos dictam et Sivopagum, in superiore Gisaloveltas et Vallatum, in orientali Boiaria Perseboios, Ibisum et plaeraque alia praedia et castella, quae recensere nihil est operae praecium, possedere.

Sigardus (quem imperator Arionulphus caesar augustus dilectum suum propinquum adpellat) periit in bello ungarico sub Litavico rege Boiorum, filio Arionulphi augusti, anno aerae nostrae 907. Eburobergomum castellum condidit; cum uxore Gothina Fruxini humatus est. succedit filius horum Ratholdus; ab Arionulpho regulo Boiorum Charionum limiti praefectus est; migravit ex hac vita altero atque tricesimo post fata parentis anno; ipse et uxor eius Angilomuda sepulti sunt Saliburgii in templo divi Amandi.

1 apponitur *A* 9 *Am Rande in A:*



8 — repetam *vgl. Sall. Cat. 5, 9; Jug. 5, 3* 13 *Der flgd. Abschnitt über die Grafen von Ebersberg ist meist nach dem Chron. Eberspergense antiquius (M. G. Scr. XX, 10 flgd.), Chron. Ebersperg. posterius (Oefele, Script. II, 4 flgd.) und nach Urkunden gearbeitet* 22 *Urkunden K. Arnulfs vom 8. Juli 896 und 15. Mai 898; M. B. XXVIII, a, 111, 116* 23 *Sowohl die ältere als die jüngere Ebersberger Chronik haben 906.*

Excipit soboles Eburonardus et Adalobero primi; bello Ungarico ab orbe servato anno 955 interfuere; soror eorum Billepyrga. templum divo Sebastiano in arce Eburobergomi construxerunt anno salutis 970. ipsi in paucis post diebus vita functi sunt. Oto Magnus plaeraque hisce donavit. Eburonardus absque liberis, nempe caelebs decessit. Adalobero ex Litogarda Adaloberonem, Hyldesalicum Chyopagis et Hyldericum tulit, quem divus Hyldericus Augustae episcopus aqua lustrica expiavit ipsique suum nomen fecit. ambo parentes Hylderici Fruxini conditi esse perhibentur. Hyldericus uxorem duxit Richardam, sororem Marichardi Charini, cui Hadomudam sororem suam vicissim nuptum dedit. illique procrearunt Eburonardum et Adaloberonem secundos; Augustinianis flaminibus conlegium Eburobergomi instituere. Richarda obiit anno Christi 1013, maritus 1019; sepulti Eburobergomi. Eburonardus connubio sibi iunxit Adolaedim in Saxonia ortam. hi Gisoveltas contubernium sacratarum foeminarum dicavere anno a Christo nato 1037. Gariopyrgam virginum maximam coeperunt; condonavere huic templo Longioquados, Vallatum, Sivopagum. Adaloberonis coniux fuit Richolita, ex superiore Boiaria oriunda, soror Veliphonis tercii ducis Charionum, filia secundi. quod liberis hi quoque carerent, Eburobergomum in aedem divi Benedicti conmutarunt tradidereque monachis inter alia Paphonusium, in Austria Perseboios, Ibisum; haec quod longius sita forent, duci Austriaco longo post tempore, circiter aerae nostrae annum 1180 tribuuntur. propinquiora praedia Chunradus praesul recepit. imperator Honoricus tercius caesar et rex Boiorum author fit datque diploma Reginoburgii calendis Ianuarii anno Christi 1040. huius quoque Adaloberonis opera Burorum templum locupletissimum, ab Ugris exustum, ad radices Alpium in superiore Vindelicia conditum, cuius curator extitit, atris druidibus sacrisque Benedictinis, reiectis augustalibus flaminibus, redditum est. atque idem Honoricus rex Boiorum Helenogerionem praesulem Tigurinum et duodecim monachos Tigurinos eo transtulit. obiere isti coniuges eodem anno, nempe 1045, is sexto calendas Apriles, ipsa pridie idus Iunii in hisceque defecit familia horum tetrarcharum nobilissima. haec ex fastis et diplomatibus Eburobergensium Burorumque accepta ex fide refero; ibidem huiuscemodi publica instrumenta caesarum, pontificum servantur.

5 celebs *B* 11 et *fehlt B* 18 *Am Rande in A:* Lycatiis Ambronibusque.
26 *M. B. XXIX, a, 56 Vgl. Chron. Benedictoburan., M. G. Scr. IX, 220—223, 234* 33 *Necrol. Ebersperg., Oefele Scr. II, 15, 16.*

Caesar ex Ungaria reversus (ut ad narrationem redeam) secum Gisalam reginam uxorem divi Stephani abducit, Bathaviae, ubi in templo sacratarum foeminarum eius mausoleum ostenditur, ab Ugris venerabundis aditur, conlocavit. mortuo tum Berinogerione, qui et Penno, episcopo, Angilobertum, uxoris suae sacrificum, Bathavensibus pontificem designat. inde Francophoron se confert, ubi gravissima aegritudine decubuit, adeo ut desperata eius salute Honoricus summus Boiorum regulus, Oto Suevorum dux, episcoporum plaerique, Honorico filio Hezilini, huius Otonis patrueli, imperium destinarint; sed consilium illorum frustra fuit.

Caesar sanitatem viresque recuperat, Gosolariam in hiberna concedit. expeditionem indicit navalem, in Phladiroticos adversus Theodericum limitis praefectum traiecit victorque reversus quinquagenalia ad Aquas Graneas facit. ibi frequenti principum senatu Godofrido in terram corpus abiicienti non solum ignoscit, sed principatum Luthareorumque tutelam, quam vivo patre obtinuerat, reddit. ducatum Mosellanum Gotheloni fratri eius ob ignaviam ademptum Friderico germano Honorici ducis Boiorum committit. conventu peracto Mersoburgium ultimo Iunio, octavo calendas Iulii petit. ibi apparent cum tributo donisque caesare dignis Vratizolaus Boiemiae, Pomeriorum Zemuzilo, Cathomarus Boliorum regulus. inde calendas Iulii ad Moesiam urbem pergit. conventu ibi peracto, Septembri Augustam Rhetiae adit.

Per idem tempus nunciis crebris, item literis fit certior, treis errones et (ut Clemens secundus appellat) haereticos Benedictum nonum, Sylvestrum tercium, Gregorium sextum pontificatui maximo incubare diversisque locis habitare. Benedictus, quod imperitus literarum esset, Sylvestrum collegam, qui rem divinam procuraret, adsciscit, ipse praedia, vectigalia, negocia prophana administrat, censum ecclesiasticum exigit, sacram pecuniam promit atque condit. Gratianus, qui et Gregorius sextus, auro dato Benedicto, divisis cum eo redditibus, utrumque munus obit. caesar in Boiaria copias cogit, Tigurinis Egibertum

25 adpellat *A*

1 — conlocavit *wahrscheinlich aus Gisela's Grabdenkmal in der Klosterkirche Niedernburg (Passau) gefolgert. Unter dem neueren Denkmal, das dem 15. Jahrh. angehört, liegt der alte Grabstein. Beschreibungen und Inschriften beider s. bei Erhard, Gesch. von Passau, II, 137; ebendort 115 über ungarische Wallfahrten zu Gisela's Grab* 4 — frustra fuit *vgl. Ann. Altah. zu 1045* 11 — asserit *vgl. Herim. Aug. u. Ann. Altah. zu 1046* 12 *in Phladirtingam Her. Aug.* 25 *In seiner Bulle für Bamberg? Ussermann, Ep. Bamb. cod. prob. 34* 32 — abducit *Chron. Tegernseens., Pez, Thes. III, c. 511, wo es aber heisst: Herrandus a rege Hainrico depositus obiit.*

Heriveltam invitis magistrum imponit, Herrandum virum eruditum, quem antea praesulem ingratis monachis praefecerat, secum abducit. ut avariciam letalemque ambitum ac reipublicae christianae pernicio-sissimas pestes ab orbe romano abigat, in Italiam cum exercitu maiore quam priores principes proficiscitur. Veronae substitit aliquot dies, ultimo Octobri, sexto calendas Novembris Ticinum ad conventus agendos contendit. peracto concilio hinc castra Romam versus movet. Decembri Sutrium pervenit, ubi consilio habito Benedictum, Sylvestrum, Gregorium exaugurat, Suitogerionem Babobergensium secundum episcopum, genere Saxonem, bonis artibus et scientia sacrarum literarum praeditum, pontificem maximum legit, Clementem secundum adpellat, Gregorium sextum in Germaniam relegat. post haec caesar, principes et episcopi romani simul Romam pergunt.

Dum talia in Italia fiunt, flagrans in Ungaria armorum flamma exarsit, multos mortaleis extinxit. Ugri bellis et incursationibus in alias regiones impetum facere adsueti atque inde ditati, quod eis per pietatem christianam et sub regibus christianis non licebat, a Petro rege simul et Christo deficiunt, cum caesarem longius, quam ut auxilium ferre posset, abesse accepissent. in extremis igitur Ungariae finibus coeunt, Andream quendam hac lege atque omine, ut novum crucifixi cultum explodat, veterem et avitam religionem restituat, regem salutant. Andreas avidus imperii, qui aliter regno potiri non quibat, tunc quidem annuit. fit senatusconsultum, Christus exibilatur. dii gentis veteres recipiuntur. proceres populusque Ungaricus huiusce coniurationis conscii: procul procul, ingeminant, a viris fortibus, garruli, imbelles, ignavi, meticulosi, effoeminati sacrificuli, cum semiviro grege, cum decimis et mendicis in malam crucem abeant ad Teutonasque suos redeant. templa deinde incenduntur, sacerdotes, monachi, episcopi praeter tres, inter quos divus Gerardus, advenae, hospites, externi, indigenae, qui fidem regi servare, Christum abiurare recusabant, crudelissime passim contrucidantur. unus quoque principum Zaunico nomine perire maluit quam fidem violare. Petrus, qui hisce diebus in confinio Boiariae atque Ungariae cum Noricis venabatur, de improviso circumventus, fortiter triduo dimicans, omnibus suis amissis tandem intercipitur; ad Albam regiam traductus, oculos, genitalia ferro amisit ex vulnereque et plaga obiit.

11 appellat *A*

10 genere Saxonem *nach Herim. Aug. zu 1047* 29 *quos dürfte auf episcopi, nicht auf tres zu beziehen sein; nach seinen Vitae wenigstens (A. S. Boll. Sept. VI, 723 und Enälicher, Rer. Hungar. mon. 229) ist Gerhard eben in dieser Verfolgung umgekommen.*

Andreas tum a tribus episcopis, quos huic cladi superfuisse commemoravimus, rex renunciatur potitusque nemine refragante Ungaria, edicto christianismum instaurat, colere plures deos capitale fore sancit. deinde legatos ad caesarem in Italiam proficisci iubet, qui ipsum muneribus, purpuratos donis placarent docerentque Petrum domestica seditione interemptum; percussores omnes poenas dedisse, se a popularibus regem salutatum. quodsi caesar author fieret, se tributum quotannis pensitaturum redditurumque omnis conspirationis authores pollicetur; se nihil impensius cupere quam cum amicicia et gratia caesaris regnare. caesar, licet aegerrime ferret necem Petri vindictaeque avidus esset, tamen pro tempore dissimulata ira, quod tum aliis occupatus foret, legatos secum Romam visum aedem divi Petri ire imperat; ibi responsa editurum et quod bonum aequumque sit, facturum asserit.

Cum ergo Romam pervenisset, anno ab orbe ab inferis vindicato millesimo quadragesimo septimo, octavo calendas Ianuarii, cum uxore Hagna a Clemente secundo pontifice maximo consecratur, imperator caesar augustus adpellatur riteque rebus divinis perpetratis pontifex maximus, augustus, augusta imperatorio pontificioque cultu, flaminibus, episcopis, sacrificulis, senatu populoque romano, equestri ordine, militibus deducentibus et concomitantibus ad Lateranense praetorium procedunt. nemo non donatus abivit, nemo a sermone principis tristis discessit. imperator, sacerdotes, flamines, senatum populumque romanum, nullum posthac pontificem maximum capturos, nisi quem caesares more maiorum legerint, iurare adigit. posteaquam aliquot dies festa pace Romae commoratus est, partem exercitus cum augusta domum remittit, quae filiam Ravennae peperit. ipse cum reliquis copiis ulteriorem Italiam, Campaniam, Calabriam, Apuliam finitimasque regiones perlustrat, castella male obsequium praestantia expugnat, ad deditionem cogit, ius dicit, responsa reddit. Nordomanis, qui iis locis diversabantur, dat duces. Beneventanos, quod socrum suam a Gargano monte redeuntem aliter quam augustae matrem tractarant, nempe cives tumultum concitarant, male mulctat. rebus itaque italicis compositis atque firmatis in Germaniam rursus reverti statuit. Mantuae paschalibus rebus divinis operam dedit; morbo ibi gravissimo laboravit.

Posteaquam convaluit, Augustam ultimo Iunio venit, Ebboni urbis episcopo vita defuncto Honoricum substituit. cumque expeditionem ungaricam meditatur, Godofridus dux Lutharcorum Baldovinum Flan-

15 — Clemens secundus pont. max. *vgl. Herim. Aug. u. Ann. Altah. zu 1047*
24 nullum — adigit *vgl. Sigeb. zu 1046.*

drum, Theodericum Flarodingii limitis praefectum in suas partes trahit, ipsis adiutoribus rursus rebellionem facit, imperatori dicto audiens non est, conterminas sibi episcoporum provincias depopulatur, Neomagi palatinas aedes incendit, urbem Chaborum Virdunum dolo capit, diripit, exurit.

Eadem tempestate Andreas Ugrorum rector crebro legatos supplex mittit. primo de nece Petri se purgat, deinde se invitum coactumque ab Ugris regnum suscepisse; eos, qui adversus Petrum coniurarint, partim a se trucidatos, partim in custodia, quos redditurus sit imperatori, servari docet. postremo annuum tributum pollicetur, se in clientelam caesari dicat, si eius beneficio, authoritate et pace rerum ungaricarum potiatur. caesar Ugris respondet, curae hanc rem sibi fore hasque ob causas dilata expeditione pannonica, classe et exercitu ingenti comparato, tradito Mosellanorum ducatu Alberto, pedestribus atque navalibus copiis adversus Godofridum sociosque eius ad inferiorem contendit Germaniam. primo Theodericum agreditur, in Frisiam per Rhenum navigat, Rhenoburgium et Flarodingiorum urbem capit. verum perpetuis paludibus et sylvis prohibitus, nulla re memorabili gesta, immo non mediocri clade accepta revertitur. nam adversarii praedatoriis scaphis, latrocinantium piratarumque more caesarianos insequentes, extremos primis caedentibus adfligebant. in hac expeditione Honoricus sextus legatus Boiorum obit, dum uxorem ducere, nuptias facere parat.

Sub idem tempus ex vita migrarunt Oto dux Suevorum, Poppo archimysta Treverensis, Clemens secundus pontifex maximus 7 idus Octobris. imperator nataleis Christi in Saxonia Pulochii concelebrat, nunciis romanis, qui eo venere, postulantibus Popponem Sabonae Noricorum episcopum, virum sapientem ac studiosum, pontificem maximum declarat ex consilii decreto, Damasum secundum nuncupat, ab episcopis quibusdam Romam eundem deduci iubet. Hartovico cancellario suo pontificatum Babobergensem tradit, Ebboni Fuldense coenobium. post Viridoburgium, inde Sueviam, deinde Boiariam petit. quadragesima et paschalibus Reginoburgii commoratur. Otoni Suinophori praefecto Sueviae ducatum in fidem Vratizolao Boiemorum regulo,

16 *Am Rande in A:* credo Hollandiam ita vocari; nam et Traiectum Frisiae tribuunt, quod est Hollandiae; amplius quaerendum est.

5 urbem Chaborum *vgl. Sigeb. zu 1048* 17 *Vgl. Lamberti Ann. zu 1047, M. G. Scr. V, 154* 26 *Todestag wohl nach den Necrologen von St. Emmeram und Salzburg, M. B. XIV, 396. Zum flgd.* — Friderico *vgl. Her. Aug. u. Ann. Altah. zu 1048* 26 *Pholide [Pöhlde] Ann. Altah. u. Lamb. Ann. zu 1048.*

BSB

plaerisque aliis principibus praesentibus conmendat. dein Sueviae fines percurrit, triumphum Christi apud Turicos refert, veneratur. quinquagenalibus Soloduri conventum Burgundiae agit. post haec per Franciam antiquam in Saxoniam pergit. in autumno redit et in Mediomatricum agro cum Honorico occidentalis Franciae rege convenit, more maiorum amiciciam gentiliciam renovat, iureiurandi religione sancit.

Inter haec Godofridus Albertum ducem Mosellanum se insequentem et deinde dimissis copiis cum paucis agentem, nil hostile suspicantem dolo subito circumvenit, fortiter dimicantem occidit. ducatum eius augustus Eburonardo Elisatio tradit, alterum Friderico. inde ad hibernacula in Boiariam concedit, natalibus Fruxini; Gotovaldam magistrum epistolarum Aquileiensem nuncupat patriarcham. Brunonem episcopum Tullensem, divini humanique iuris consultissimum, veteri et tetrica christianorum disciplina animum temperatum virtutibus habentem, utriusque linguae peritum, in Elisatia claris natalibus oppido Dabeburgio, patre Hugone Haganosaemo, matre Haelica, qui Ophonaemum condidere, ortum, pontificem maximum designat isque continuo deducentibus iussu imperatoris Hugone episcopo, nuncio romano, Eburonardo archiepiscopo Treverum, Adaloberone Mediomatricum, Theoderico Virdunensi pontifice Romam migrat, ubi universis faventibus maximo honore excipitur Leoque nonus pridie nonas Februarii auspicatiore nomine adpellatur moxque ecclesiasticum agit conventum, legem ambitus, quam symoniam vocant, denuo redintegrat. Godofridum, Baldovinum, Theodericum, hostes reipublicae iudicatos et proscriptos, quod augusto fidem non servarent, devovet.

Cap. 8. Imperator Reginoburgium calendis Februarii petit, ducatum Boiorum Chunoni sive Chunrado in fidem atque tutelam committit. interea Theodericus superior a caesarianis interimitur. caesar adversus socios eius Godofridum et Baldovinum arma movet, ad Aquas Graneas castra facit. huc Leo pontifex maximus peracto Rhemis Galliarum occidentalium conventu ecclesiastico venit. Godofridus territus concordia principum severitateque Aquas Graneas cum suppliciis petit, peccatum fatetur, veniam orat et precatore pontifice maximo vitam impetrat, caeterum Treveros in exilium relegatur, arcta custodia ab urbis archimysta adservari iubetur. post haec

3 Sododuri *B*

10 — devovet *vgl. Herim. Aug. u. Ann. Altah. zu 1049* 13 divini — habentem *vgl. Liv. I, 18* 16 Haganosaemo *vgl. Annal. Saxo zu 1048*: ex castello, quod dicitur Egenesheim 26 — mittit *vgl. Her. Aug. u. Ann. Alt. l. c.*

BSB

augustus Baldovinum Flandrum petit in ditionemque vi cogit. pacata itaque Germania inferiore Mogonciacum cum primario sacerdote ad conventus iuridicos et pontificios agendos se confert. hisce peractis Leo per Boiariam hieme Romam migrat, regiones Italiae ultra Romam sub iugum augusti fulmine suo mittit.

Caesar Bulochii in Saxonia hibernat. Traiecti paschalibus studiis divinis operatur. perdomitis undique hostibus atque inimicis reipublicae ungaricam meditans expeditionem, Noreiobergae, oppido gentilicio, concilium universae Boiariae cogit. episcopi Honoricus Babobergensis, Gephardus Aechostadensis, Chunradus Augustanus, Gephardus Reginoburgensis, Angilobertus Bathavinus, Baldovinus Iuvavensis, Aldovinus Sabonensis, Nitogerion Fruxinensis advolant. item Chunradus summus Boiorum regulus, duces et tetrarchae Boiariae, Velipho Charionum, Lycatium et Athesinorum praeses, Albertus austriaci limitis praefectus, Oto Schirorum dynasta, praefectus praetorio Boiariae, Fridericus Damasiae princeps et plaerique alii Boiorum proceres praesto sunt; totius Boiariae nationes apparent: Narisci, Chamabi, Boethi, Alemani, Sudini, Ilissii, Bachuni, accolae Hercyniae sylvae Boiemisque continui; capita aliarum nominasse sufficiat: Vindelicos, Noricos, Austriacos, Stirios, Charionas, Iuvavenses, Burgusios, Tyrolios. cum hisce omnibus de bello Ugris indicundo imperator consultat. decernunt rei militaris periti, ut Boii urbem Hunnoburgium superioribus annis ab augusto dirutam, in confinio Ungariae atque Boiariae communiter instaurent, aedes, moenia reficiant, fossa, vallo muniant, coloniam Boiorum eo deducant ibique, dum haec fiunt et operi Boiorum plaebes instat, caeteri castra faciant, armatorum excubias (qui illos intentos urbi condendae interim defendant) conlocent.

Gephardus igitur patruus augusti, pontifex Reginoburgensium, Cambodunensi Rhetorum monasterio a nepote donatus, cum copiis pontificum, mystarum et praesulum atque monachorum Boiariae Ungariam petit, locum superiorem occupat, Ugros id prohibere conanteis in fugam vertit, maxima clade adficit, fines eorum ingreditur, inde praedas agit. veniunt in tempore Chunradus primarius Boiorum princeps et Albertus Austriacus cum Boiariae dynastis; castra metantur, ea carrucis (ut mos est Germanorum) in orbem cingunt. caeteri aedes, templa reficiunt, pars moenia extruit, pars fossam ducit, reliqui aggerem iaciunt; hi palos figunt, alii vallum struunt. Ugri permoleste ferunt,

11 Adovinus *B*

6 — autumno *vgl. l. c. zu 1050* 9 *Die flgd. Namen wohl nur gefolgert aus der Angabe der Ann. Altah.: principes Boiariae totius* 18 — sufficiat *Tac. Germ. 43.*

urbem novam velut claustrum ac obicem suis cervicibus imponi. copiis igitur omnibus undique coactis provolant, aliquot in subsidiis consident, alii castra undique noctu decimo calendas Octobris adoriuntur, imbrem sagittarum veneno illitarum effundunt; uni tabernaculo ducentas amplius sagittas adhaesisse literis proditur; nemo tamen nostratium, quod mirari subit, vulneratus est. nam dimenso opere fortiter resistebant castraque defendebant. duces et proceres alacres militem cohortabantur et optimorum imperatorum et fortissimorum militum officia strenue simul exequebantur; omnia providebant, pugnabant, hostem feriebant, contis, hastis, securibus amazoniis, telis, missilibus submovebant. summa vi septem dies castra oppugnata, summa ope defensa sunt. tandem Boii conglobati impetu, quam maximo possunt, in Ugros oppugnationi intentos dispersosque erumpunt, caedunt, sternunt, mactant, in fugam coniiciunt, fugienteis ad exercitum in insidiis latitantem persequuntur et hi divinitus territi terga dant.

Boii potiti victoria grates deo optimo maximo supplicatione decreta agunt, ad castra incolomes revertuntur, opus coeptum perficiunt, portas claudunt, colonos deducunt, aedes, agros dividunt, validissimo civitati praesidio imposito domos quisque suam abeunt. quod ubi Ugri accepere, undique ex omni Ungaria, Pannoniis et Dacia viribus coactis, urbem obsidione die solis cingunt. quatuor deinceps continenter dies vallum oppugnant. oppidani fortiter resistunt. tandem Ugri undique flammas, fervefacta iacula, ignitas tragulas, candenteis glandes, faculas ardentes, taedas, fomenta sulphure ac bitumine illita in casas (quae scandulis more Boiorum, pars aduc stramentis tectae erant) in vallumque passim iactare, admovere palis, sudibus coeperunt. illa celeriter ignem concipiunt. Ugri tum maximo clamore, quasi parta iam et explorata victoria, nostris extinguendo igni deditis, pars vallum destruere, aggerem excindere, fossam adaequare, pars portas effringere, scalas moenibus admovere, alii inrumpere parant, quidam circuire, missilibus incessere incipiunt. tum repente ventus coortus conatus hostium frustratur, ab omni caeli cardine ignem extinguit turturque obsessos circumvolitat, quod tanquam bonum faustumque omen atque praesidium oppidani accipiunt. invicem se cohortantur, quo caeleste signum vocet, in hostem pergere statuunt, impetu ac agmine facto erumpunt, hostes imparatos, more triumphantium magis quam dimicantium sese agitantes adgrediuntur, caedunt, in fugam vertunt, inultos more pecudum mac-

5 nostratuum *B*

3 *Nocte Thebeorum [22. Sept.] Ann. Altah.* 5 *Ann. Altah.* 8 et optimorum — feriebant *Sall. Cat. 60, 4* 27 quasi — victoria *Caes. b. G. V, 43.*

tant tantaque caede Boii in Ugros debacchati sunt, ut sex naveis hostilibus cadaveribus oppletas fuisse in acta relatum sit. Ugri caelitus territi posthac Boios incessere supersederunt.

Dum haec in confinio Boiariae atque Ungariae geruntur, imperator in Saxonia Gosolariae copias cogebat. rumor erat Cathomarum Boliorum regulum Silesiam, ab augusto Boiemo praesidi datam, armis adfectare. Cathomarus ubi istaec accepit, ad imperatorem venit, rumorem de se temere natum coarguit. caesar excusatum eum habuit domumque redire iussit. per idem tempus Baldovinus iunior Flandrensis Luthareos vastat Honumque capit. augusta filium peperit autumno.

Imperator in Saxonia eodem in loco hiemat natalesque Christi servatoris nostri concelebrat. Augustam Rhetiae ad conventus agendos, quibus et Leo urbis Romae episcopus interfuit, calendis Februariis in quadragesima Nemetum Augustam, paschalibus vero ad Coloniam Agrippinensem proficiscitur, filium sacro fonte lustrat, Honoricum nuncupat, successorem et haeredem imperii declarat; in eius verba plaerosque, qui aderant, principes, episcopos iurare praecipit. conventu peracto Boiariam petit coactoque exercitu Ungariam invadere imperioque subigere tentat. diem, quo deipara virgo relictis terris ad caelos migravit, festum Bathaviae agit. ibi Godofrido ab exilio revocato praedia quaedam stipendiaria archimystam Agrippinensem reddere praecipit et illum Baldovino Flandro opponit. caeterum Gephardum patruum suum, episcopum Reginoburgensem, Vratizolaum Boiemiae, Veliphonem Charionum rectorem, cum Boiis atque Boiemis Daciam, aquilonares Ugrorum regiones vastare iubet. ubi illi fines hostium adtigere agrosque urunt, aedificia, vicos incendunt, eiusmodi tempestates sunt consecutae, ut expeditio necessario intermitteretur et continuatione imbrium, torrentium fluminumque diluvie, plaerisque equorum et mortalium absumptis, sub papilionibus milites contineri non possent itaque cunctis praeda, igne, ferro adtritis domum revertuntur.

Porro imperator cum valida Francorum, Gallorum, Boliorum, Longobardorum, Venedorum, Suevorum, Saxonum manu Pannoniam, australem Ungariae partem, terrestri itinere absque carrucis, annona equis clitellariis advecta, invadit, sed paludibus fluminumque eluvie

15 Augustum *B*

2 *l. c.* 5 *Kazemer Ann. Altah.; Gazmerus Her. Aug.* 10 *Vgl. Sigebert. zu 1051:* invaso Hagionensium comitatu *und zu 1053:* Hoium oppidum incendit 12 — aperiunt, *S. 69, Z. 25, vgl. Her. Aug. u. Ann. Altah. zu 1051* 27 eiusmodi — possent *Caes. b. G. III, 29.*

BSB

iter sibi interclusum offendit longisque anfractibus alluviones amnium, qui iugi pluvia aucti excreverant alveosque egrediebantur, circuit, per Charionum fines Ungariam intrat. hostes in continentes sylvas ac paludes se suaque omnia contulerant. pugnandi aperto Marte potestatem nequaquam caesari faciunt. pabulum, aquarum fontes corruperant. interdum se a tergo, a fronte, modo a leva, dextra ostendunt, postremos in agmine tentant ac statim regrediuntur, rursus aliis, post aliis minitantur neque praelium faciunt neque ocium patiuntur, tantum caesarianos fatigant. romanus imperator ubi se dolis fatigari videt neque ab hoste potestatem confligendi fieri, quoad conmeatus stipendiaque militibus suppetunt, universa, quocunque pergit, frumentis succisis, aedificiis incensis depopulatur, solis templis manus abstinet, alia cuncta in vastam solitudinem redigit. ubi annona exercitui deficere, miles fame urgeri coepit, reditum parat. Ugri caesarianis fame oppressis per ripas fluminum, per vadosas paludes copias opponunt, reditum intercludere, famelicos aut ad deditionem cogere aut vi opprimere tentant. caesariani interriti paludes, flumina contis explorant; invicem adiuvando, quovis modo queunt, nando, equis, vado absque cunctatione superant, Ugros resistentes trucidant, caeteros in fugam dant. ubi ad Rabinissae fluminis pontem, qui castello firmissimoque praesidio conmunitus erat, perventum est, hostes traiectu amnis nostros arcent. quidam Burgundionum, Saxonum et Boliorum flumen non sine periculo tranant munimentumque firmissimum in altera ripa ponti adpositum primo vi expugnant, caesis Ugris in fugamque coniectis exercitui viam ferro aperiunt.

Imperator ex Pannonia reversus, dimisso exercitu in hiberna in Saxoniam concedit; ultimi Decembris festos dies, rem divinam, ut christianum decet principem, Gosolariae rite perpetrat. quosdam religiosulos carnis usum execranteis, ne latius malum serperet, in crucem agi praecipit. Honoricum archimystam Ravennae esse iubet. Nitogerionem episcopum Fruxinensem ob necem fratrum ignominiosam nimis protervum Ravennam relegat, ubi subito interiit. deinde paschalibus Nemetum Augustam petit. hisce diebus Bonifacius Italiae potentissimus princeps sagittis a duobus militibus perimitur Mantuaeque sepelitur.

28 quosdam — praecipit *in B eingeklammert.*

3 hostes — contulerant *l. c. 28* 11 frumentis — incensis *l. c. IV, 38* 26 — dixerunt, *S. 71, Z. 19, vgl. Her. Aug. u. Ann. Altah. zu 1052, 1053* 29 *Nach Herim. Aug. zu 1052 waren die Verurtheilten Manichäer, die Verwerfung der Fleischspeisen nur eine ihrer Ketzereien* 31 *Vgl. oben S. 54, Z. 18.*

Augustus Burgundionum conventum supplicationibus Soloduri, quinquagenalibus apud Turicos agit. inde rursus Ungariam invadit, Pisonium, quod Teutones vulgo diminute Praesoburgium, integre Vratizolaoburgium nuncupant, quod Danubius praeterfluit, aliquot diebus navalibus, terrestribus copiis frustra obsidet. saepius frustra oppidanis se fortiter defendentibus oppugnat, machinas omnis generis struit, nihil intactum, nihil intentatum, quo urbe potiatur, reliquit. auxilium obsessis praecipuum erant, qui procul hostium conspectu aquam subibant occultoque lapsu ad naveis usque penetrabant easque terebrabant. hae ita perforatae aquas recipiebant atque submergebantur. tandem Leo pontifex eo pergit, ultro citroque missis legatis Andreas pacem postulat. caesar annuit; uterque primarium Christi sacerdotem arbitrum capit.

Eodem quoque tempore contagio armorum quasi pestilentia Boiariam invasit, perniciosae discordiae ignis exarsit, qui Gephardum, patruum augusti, episcopum Reginoburgensem, et Chunradum primarium Boiariae legatum involvit, conmisit. Chunradus eiusque amici, maxime avariciae simul et iniusticiae dediti, venalia omnia habebant; contra divinas humanasque leges ab his, quos iure suo gratis tutari quibusque gratis iusticiam administrare debuerant, munera captabant, viduas, pupillos, cives, agricolas, pauperes, inopes aulici mures compilabant. Chunradus illorum querelas nec audiebat nec negocia cognoscebat, cuncta ad praetores relegabat. qui largiebantur, principem possidebant, caeteris aditus praecludebatur, ne aspicere quidem nisi procul licebat. episcopus Chunradum modeste officii sui admonet. docet principis munus esse magis dandis quam accipiendis beneficiis amicicias quaerere imperiumque administrare, patriam, parenteis armis tegere, vitae pericula propellere, sapientia reipublicae consulere, augere, conservare iusticiam, libertatem civium, inopes ab iniuria potentum vindicare, pauperibus auxilium portare, hos a servitute in libertatem adserere. haec boni praesidis esse virtutes Gephardus conmemorat; aliter superbam dominationem esse adseverat. at Chunradus et amici sui aegerrime facta moresque suos ab episcopo notari ferunt. Paracostonos, urbem episcopi (vicus aduc et arx est Narisorum, proxime Videnas urbem Boiariae antiquae) dolo capiunt, diri-

3 Pisonum *B* 28 vitae *sic A u. B; Sall. Cat. 6, 5:* virtute.

8 — submergebantur *wohl nach einer ungarischen Quelle. Thwrocz (ed. Schwandtner I, 109) erzählt dasselbe Taucherstück von einem Ungarn, Namens Zothmud* 14 contagio — invasit *Sall. Cat. 10, 6* 26 — portare *Sall. Cat. 6, 5—7* 34 *Parkstein bei Weiden in der Oberpfalz.*

BSB

piunt, incendunt, quod tum facere absque iussu imperatoris capitale crimen erat.

Quamobrem augustus et pontifex romanus ex Ungaria Reginoburgium mense Octobri veniunt, episcopum atque ducem Boiorum ab armis discedere iubent illisque diem, ubi iure disceptent potius quam armis, dicunt. maximus deinde pontifex praesentibus imperatore, oratoribus Honorici regis Franciae occidentalis, litem, quae de sacris divi Dionysii inter Parisios et Boios nempe per annos centum atque sexaginta fuerat, velut arbiter honorarius dirimit, divum Dionysium e Parisiorum suburbano oppido furto sublatum Reginoburgii in Boiaria in templo divi Haemerani conditum servari pronunciat. interfuere Baldingus archimysta Iuvavensis, Gotovalda patriarcha Aquileiensis, Dominicus Venetus, Hunipertus divae Ruffinae, Otogerion Perusinus, Severus Pragensis, Gephardus Aechostadensis, qui Leoni in pontificatu maximo successit, Gephardus Reginoburgensium episcopus, patruus augusti. postea Leo divum Arionardum, divum Voliphogangem, eiusdem urbis pontifices, superum albo adscribit. quibus etiam diebus augusta filium genuit, cui Chunrado avi paterni cognomen parentes dixerunt:

Posthac imperator et primarius sacerdos in Vangionum urbem hiematum concedunt. inde paschalia Mersoburgii concelebrant, conventus agunt. quo et Gephardus et Chunradus Boii in ius vocati se conferunt. ibi frequenti senatu pontificum, principum Chunradus multa avare superbeque fecisse convictus fuit. ducatu Boiariae etiam ob superiora facinora movetur privatamque vitam degere iubetur. sed domum reversus, res novas clam molitur. quoscunque potest, pollicitis et auro sibi conciliat; complures brevi conscios, plaerosque etiam procerum, quibus pecunia, luxus, voluptas, bellum aliaque omnia chariora quam pax atque fides erant, in societatem atque amiciciam adsciscit universos sacramentaque sibi, ut fideliores forent, dicere persuadet. interim quietem ociumque simulat, tempus opportunum suis consiliis praestolatur, quod tandem fortuna administravit hoc pacto.

Romanus imperator celebre totius imperii concilium Triburiae cogit. Honoricus filius eius frequenti procerum senatu caesar salutatur. huc Andreas Ungariae rex legatos mittit. Leo summus orbis

19 dixere *A*

4 ab armis — armis *Sall. Iug. 21, 4 (Caes. b. civ. III, 107, 2)* 7 *Ekkehardi chron. un. zu 1052, M. G. Scr. VI, 196* 11 *Die Namen der anwesenden Bischöfe nach Auctarium Ekkehardi Altah. oder nach Notae St. Emmerami, M. G. Scr. XVII, 364, 572* 20 — confiscataque sunt, *S. 73, Z. 37, vgl. Her. Aug. u. Ann. Altah. zu 1053* 28 quibus — erant *vgl. Sall. Cat. 25, 3, Iug. 16, 4.*

BSB

romani sacerdos, adnitente Gephardo Reginoburgensi episcopo, patruo augusti, has pacis condiciones dixit, in quibus compraehensum, ut Andreas, quemadmodum saepius ultro pollicitus erat, auri summam, partem Ungariae caesari redderet et suo periculo atque impendio auxiliaribus copiis imperatorem belli adiuvaret. atque has conditiones, haec promissa iam verbis inita se servaturos Ugri sacramento fidem fecerunt quam primumque sedulo absque omni dolo malo se re comprobaturos. ita legati absoluti atque dimissi sunt.

Dum autem haec in Germania geruntur, Nordomani, qui a divo Honorico in Calabria et Apulia conlocati fuerant, ubertate soli, discordia Italorum, simul et ignavia illecti, ex Constantia et Nordomania Galliae complures receptos ad se socios adsciscunt; subinde copias suas ex genitali solo accitis gentilibus succenturiant. ubi satis virium comparasse sibi visi sunt, finitimos invadunt, imperium harum regionum adfectant, nec occidentali nec orientali imperatori fidi, utriusque se clientes titulotenus fatentur. et ut Leo nonus pontifex maximus ad Constantinum Monomachum imperatorem Constantinopolitanum refert, crudelius ethnicis, quo terrorem sui Italis longe lateque incutiant, saeviunt, veteres colonos sedibus pellunt, christianos passim trucidant, hactenus inauditis cruciatibus enecant; non aetati, non sexui parcunt; templa non solum spoliant, diripiunt, sed etiam incendunt soloque aequant, urbes capiunt, virgines viciant, alienas coniuges stuprant, divina humanaque permiscent.

Tercius ergo Nonum in Italiam ad tutandos fines romani imperii dimittit isque peritissimum quemque rei bellicae ex Germania, Godofridum quoque ducem cum fratre Friderico secum abducit. ubi Romam venit, legatos ad Nordomanos ire iubet; eos per Christum deum nostrum obtestatur, orat, obsecrat, ut ab huiuscemodi crudelitate, inmani tyrannide resipiscant; si non homines, at deum optimum maximum ultorem scelerum metuant, vi rapta partaque restituant, ab regionibus, quas iniuste, contra omne fas iusque occuparint, discedant. vindictam divinam, iram caelestem non parentibus inculcat, interminatur, fulmine suo territat. sed haec frustra Nordomanis, qui omne ius in viribus atque armis ponebant, cantitabat, imo magis hoc ipsorum saevitia incendebatur. hanc ob causam primarius sacerdos suasu Argyroi ducis imperatoris Graecorum miseratus Apuliam, statuit vim vi repellere et vulnus inmedicabile ferro ad vivum resecare. Romae igitur consilio habito Nordomanos contra pietatem Christi factitare

10 discordia — illecti *vgl. Sigeb. zu 1032, 1038* 17 *Jaffé, Reg. pont. Nr. 3288* 25 peritissimum — abducit *vgl. Lamberti Ann. zu 1051* 35 Argyrous *auch in dem erwähnten Schreiben des Papstes.*

BSB

videri pronunciat, cum ingenti deinde Italorum Teutonumque vi in Campaniam castra movet. Nordomani obviam procedunt armati, nihilo secius tamen legatos supplices mittunt, pacem petunt, imperata se facturos pollicentur. dumque de conditionibus pacis refertur, repentino impetu de improviso extremum agmen invadunt. primo a Germanis fortiter repulsi sunt, sed cum multitudine abundarent et defatigatis subinde integri succederent, Itali fugam capessunt, quarto decimo calendas Iulii. universi Teutones circumventi, ad internecionem delentur a Nordomanis, non tamen inulti, adeo ut hostis tam cruentam, tam luctuosam victoriam adeptus sit, ut plus tristiciam quam gaudium, quod vicerit, agitarit. sicuti idem Leo in eadem epistola narrat, qui amissis suis Beneventum pervenit. hostes mutato animo pontifici obsequium oboedienter praestant, quae fore utibilia credunt, subministrant redireque Romam permittunt. ubi ipse morbo, quem aegritudine animi contraxit, decedit sexto decimo calendas Maii, dignitatis anno quinto super menses duos, dies novem. ego istaec ex eius epistola, quam ad Graecorum regem dedit, transcripsi; extat in bibliothecis nostris.

Inter haec in Boiariae regno Chunradus dignitate motus, ansam vesaniae suae nactus, ad superiorem conventum venire detrectavit. interim quibus rebus potuit, opes factionis suae confirmavit. ubi, quae bello necessaria fore existimarat, paravit, cum valida manu per fines Charinorum ad Ugros transfugit; complures conscios coniurationis in Boiaria reliquit, quibus mandavit, ut bono animo sint ac ita cuncta comparent, ut sibi prope diem cum magno exercitu accedenti auxilio esse possint. plaebes quoque rerum novarum avida incoepta Chunradi studio more suo probabat. Andreas benigne Chunradum excepit; eius suasu ab incoeptis tractus, omnia, quae inter se et imperatorem arbitro pontifice maximo convenerant, exequi detrectavit, auxiliares copias Chunrado dedit. is Charinorum fines, plaeraque loca vastat, Hengistoburgium urbem capit, occupat firmoque praesidio munit, inde in Ungariam revertitur. imperator hibernatum in Boiariam proficiscitur, Chunradum hostem iudicat, caeterae multitudini diem statuit, ante quem sine fraude liceret resipiscere et ab armis discedere ac hostem reipublicae deserere. omneis, quos Chunradus in Boiaria reliquerat et sibi fore auxilio sperarat, resipuere ad sanitatemque, execrantes factum Chunradi, redierunt. bona Chunradi publicata confiscataque sunt.

13 utibilia *sic A u. B* 34 omnes *A*

9 non tamen — victoriam *Sall. Cat. 58, 21* 10 ut — agitarit *l. c. 48, 1* 11 *Jaffé l. c.* 17 *l. c.* 20 — confirmavit *Sall. Cat. 32, 2* 23 — possint *l. c.* 25 — probabat *l. c. 37, 1* 32 — discedere *l. c. 36, 2.*

Cap. 9. Post haec augustus Utini in ripa Oeni, Noricorum oppido, nataleis Christi feriatur, regnum Boiariae filio suo Honorico, templum Babobergense Adaloberoni consobrino suo (cuius pater Adalobero dux Charionum apud Gisoveltas sepultus est) tradit. hisce confectis Reginoburgium ad conventus agendos proficiscitur, per Sueviam inde percurrit; ieiunium abstinentia quadraginta dierum christianis solenne apud Turicos observat, Mogonciaci paschalibus sacrificat, ubi Theodovalda, filius Otonis, Campaniae belgicae praeses, in clientelam se caesari dicat.

Sequenti anno, qui Hengistoburgii a Chunrado relicti fuerant, crebra oppugnatione a Boiis Charionibus prope adflicti, urbem ipsi diripiunt, clam in Ungariam aufugiunt. sub idem tempus caesar paschalia in Saxonia Mersoburgii, quinquagenalia Quintiiioburgii celebrat, ubi Boiemum ac Bolanicum ducem, veteres invicem inimicos, in gratiam redigit reconciliatosque domum dimittit. post haec ad Aquas Graneas se confert, Honoricum filium suum regem Boiorum caesaremque declaratum, quintum agentem annum, diademate ornat. arma postea adversus Baldovinum Flandrum movet, omnia ferro, igne proterit. Ascaldem flumen transsit, Landobertum copiarum Baldovini ducem praelio superat atque cum multis occidit. Baldovinus vix fuga evasit. caesar fugientes persequitur, plaerosque Flandrorum proceres Tornaci (urbs est Galliae belgicae secundae) obsidet et urbe expugnata capit.

Interea Ugri Charionum rursus regionem hostili animo incursant, abacta ingenti pecorum, hominum, iumentorum vi, laeti in Ungariam revertuntur. saepius ultro citroque duce Chunrado perfuga onusti praeda conmeant, Boiariam orientalem crebris incursibus adterunt, plaerosque vicos diripiunt, conplures mortaleis captivos cum pecoribus, equis, bobus abigunt, donec Boii contractis undique copiis convolant ac iter Ugris cum praeda domum properantibus intercludunt. fit praelium atrox; ancipiti fortuna diu pugnatum; utrimque multi caesi, utrimque conplures sauciati sunt; victoria tandem Ugris, cruenta tamen atque luctuosa cessit. quam ob causam, praeda quidem potiti, amissis multis, domum abeunt nec de caetero in Boiariam hostili animo transsitum fecerunt aut denique praedas ultra de Boiis agere in animum induxere. Godofridus ocii impatientissimus inquietior Carolo Geldubensi, nostrae tempestatis principe, denuo nova molitur. in Italiam migrat, Beatricem, matrem Mathyldae, coniugem quondam Bonifacii, uxorem ducit. sed dum rebellionem parat, ab Italis iussu imperatoris

1 — cogunt *vgl. Herim. Aug., Ann. Altah. u. Sigeb. zu 1054* 37 matrem Mathyldae *vgl. Ekkeh. zu 1055.*

exigitur. reversus in Germaniam ad Valdovinum Flandrensem se contulit. qui coniunctis copiis Fridericum ducem Luthareae inferioris Hantoryphi obsident. Lutharei advolant, Flandros repellunt, obsidionem solvere vi cogunt.

Dum haec fiunt, imperator in Saxonia Gosolariae hiemat; primo vere Reginoburgium in Boiariam ad conventum solennem agendum migrat. ibi Gephardum in Boiaria castello Hirsobergomo ortum, episcopum Aechostadensem, pontificem maximum legit, Victorem secundum nuncupat et continuo in Italiam praemittit. Spitognaeo quoque Boiemiae ducatum in fidem tutelamque conmendat. nam hisce diebus pater illius Vratizolaus obierat; reliquerat conplures filios, quorum maximus natu Spitognaeus erat. caesar his compositis rebus in superiorem tendit Boiariam, tercio idus Martii Eburobergomum divertit. inde Italiae cisappeninae et Ethruriae fines intrat, Mantuae paschalia celebrat. Egardum Brixiae designat episcopum; percussores Bonifacii opprimit; Beatricem neptem suam, quod se inconsulto ad secundas transsierit nuptias, hosti Italiam prodiderit, diligenti custodia adservari iubet. Richerus praesul Cassinensis Leonensem quoque tum monachorum aedem procurabat; hanc imperatori reddit, qui eam precatore Richero, Vincissolao Aldaechii inferioris consecraneo, admodum erudito ac sapienti Florentiae tradidit. post haec lustrata Ethruria, pacata Italia cum pontifice maximo in Germaniam iter capessit, Veronensibus mortuo Walthero Theodovaldam dat episcopum.

Dum itaque per annum in Italia moratur, fortuna saevire caepit atrocissimumque scelus in Boiaria occulte succrevit. amicissimi, sanguine proximi, nempe Gephardus patruus, episcopus Reginoburgensis, quod templum divi Haemerani in libertatem excusso iugo pontificio vindicatum, sibi praereptum esset, Velipho Charinorum dux, caeteri Boiariae proceres, episcopi puerum quinquennem, regem ignarum omnium, qui monitore ac praeceptore egeat et alium sibi regem quaerat, sibi impositum esse permoleste patiebantur. in gratiam ergo cum Chunrado perfuga redeunt, eum regem Boiorum clamdestino conventu salutant, adversus augustum conspirant, ipsum, si in Boiariam rediret, insidiis tollere, Chunradum ex Ungaria accersere, Boiariae regno praeficere decernunt. nisi deus optimus maximus prohibuisset, indignum

23 Theovaldam *B*

3 intra Andoverpum *Sigeberti chron. zu 1055* 5 — iubet *S. 76, Z. 32, vgl. Ann. Altah. zu 1055* 7 *Nach der Randbemerkung zu Gundechari lib. pontif. Eichstet. (M. G. Scr. VII, 245, n. c.):* comes de Tollnstein et Hirsperg natus? 16 Beatricem — iubet *vgl. Lambert zu 1055* 24 per annum *l. c.*

BSB

tum facinus atque flagitiosissimum perpetratum foret. nam quid ego hominum, qui vera pietate sapientiae subnixi non sunt, perfidiam atque maliciam conmemorem, quae, nisi iis, qui videre, nemini credibilia sunt. plaerique etiam nostro aevo imperatorem contemnere virtutem nuncupant, quasi latrocinia agitare, quaecunque libeant licere, nemini parere, iniuria adficere, magis timeri quam amari, caesaris edicta et rescripta respuere, impune peiora quam, quae Turcae paterentur, committere, id demum esset vera nobilitas atque libertate perfrui. memorare possem, ni ea res longius ab incepto traheret, quantum discordia intestina et huiuscemodi flagiciis, quae nemo (ita caeci sumus) animadvertat, maiestas populi germani vastata atque foede sugillata sit. sed dabit deus his quoque finem, cuius maiestas tum haud dubie imperatorem, qui secundum deum in terris (ut ait Tertullianus) maximus est, servavit.

Nam Chunradus repentina peste correptus, cruciatu atroci subito animam exul et profugus in Ungaria exhalavit. Velipho quoque eodem morbo laborare coepit cumque finem vitae sibi adesse videret, indicium per nuncium fidum ad imperatorem in Italiam detulit, suppliciter veniam precatus omnes conscios nominatim aperuit, coniurationis scenam detexit, Utingam, gentilicium praedium, caetera, quae in Boiaria apud Lycatios et Athesinos et Ambrones et in Suevia possidebat, Abuziacum, Fauces, Schongionas, Landobergomum, Phoetinos, Raveburgium, Aldodoryphos, Vinogardam caesari testamento legat hisque satisfacit cumque animam ageret, publice scelus in augustum cogitatum confitetur moxque fato concedit. augustus ubi haec ei nunciata sunt, ex Italia in Boiariam contendit. neptem Beatricem secum abducit, Hattonem episcopum Tridentinis mortuo Hylderico designat, Reginoburgium caput Boiariae petit, conventus ibidem agit. Gephardum patruum, episcopum urbis eiusdem, frequenti senatu paricidii et laesae maiestatis accersit. crimen primo dissimulantem negantemque, deinde manifestis indiciis convictum in vincula coniicit, diligenti custodia adservari iubet. inde hibernatum in Saxoniam concedit, paschalia Badobrunnae agit.

Post haec in Galliam belgicam proficiscitur. in confinio utriusque Franciae cum Honorico Celtarum occidentalium rege coit, eundem, dum Germaniam maioribus suis praereptam, pacta violata conqueritur,

22 Schangionas *B* 29 lesae *A*

1 — sunt *Sall. Cat. 13, 1* 5 quasi — esset *vgl. l. c. 12, 5* 8 memorare — traheret *l. c. 7, 7* 12 dabit — finem *Verg. A. I, 199* 13 *Apol. 30* 32 — episcopo facit, *S. 78, Z. 6, vgl. Ann. Altah. zu 1056 u. Lamberti Ann. zu 1056, M. G. Scr. V, 157, 158.*

BSB

ad singulare certamen provocat. at is intempesta nocte insalutato caesare fuga sibi consuluit. augustus deinceps ad Vangionum urbem digreditur; ibi cum Victore pontifice maximo plaeraque, quae rem-publicam christianam stabilirent, scivit atque sanxit. Gephardo patruo et Chunrado nepoti, quod contra se conspirarant, ignovit. circa idem tempus Saxones male adversus Venedos, quos Litizos vocant, pugnavere; pars ferro, pars aquis periit. Vilelmius quoque dux copiarum et Theodoricus tribunus cecidere. Albertus Austriacus etiam obiit, Arionistum filium reliquit isque annus, nimirum aerae nostrae millesimus quinquagesimus sextus, clarus est multorum principum funere. quo et imperator Honoricus tercius caesar augustus, rex Boiorum, tercio nonas Octobris, declarato filio Honorico certo imperii haerede successore testamentoque Hagnae uxori tutela pueri conmissa, claudente oculos eius Victore pontifice maximo vita excessit. corpus Augustam Nemetum translatum est; eo die, nempe quinto calendas Novembris, quo natus ille fuit, funeratur. omnes superiores reges, imperatores, caesares iusticia atque industria superavit et longo intervallo post se reliquit. vixit annos dumtaxat quadraginta. coelum tantum principem mortalibus invidit.

Sub eo Boiariam, quam ipse undeviginti annis absque legato per se regio auspicio administravit, procurasse hos duos, quos iam referam, reperio. Honoricus sextus Boiorum regulus, nepos ex fratre divae Chunegundae augustae, Boiorum principatu a superiore Honorico augusto donatus Basiliae, rerum boiaricarum annos quinque potitus est; caelebs fuit, absque liberis obiit a nato Christo anno millesimo quadragesimo septimo. Chunradus, qui et Chuno, ab eodem imperatore Boiariae praefectus, hanc treis annos, menses duos administravit; multa avare atque superbe fecisse convictus, capite deminuitur tribuque ducum movetur, anno salutis altero et quinquagesimo super millesimum. ipse in Ungariam aufugit, pacis conditiones, quae inter Andream Ugrorum regem et imperatorem, arbitro pontifice maximo dictae fuerant, interturbavit, regnum Boiariae adfectavit, tercio exilii anno caelitus percussus, subito periit. nec quicquam amplius de his duobus regulis Boiorum ego quidem reperio.

Imperator Honoricus quartus, pater familias, caesar augustus, rex Boiorum, natus est tercio idus Novembris anno ab orbe servato millesimo super quinquagesimum. sextum agens annum eumque iam prope egressus, parentem amisit. ubi iusta parenti facta sunt, a Victore

35 Honoricus quartus P. F. *[oder soll diess heissen:* pius, felix?] caesar augustus *A u. B*

7 pars — periit *Ekkeh. zu 1056.*

BSB

pontifice maximo caeterisque principibus tercio, posteaquam inunctus fuerat, anno ad Aquas Graneas ingenti procerum numero atque adparatu deducitur in solioque regio more Francorum conlocatur. inde ad Agrippinensem Coloniam divertit, ibi Baldovino Flandro, Godofrido Luthareo, qui iugum hactenus recusarant, gratiam adnitente romano episcopo facit. summa rerum tutelaque caesaris penes augustam mulierem cordatam ex testamento mansit. ipsa non muliebriter, summa industria, non minore prudentia atque iusticia, festa omnium quiete atque ocio aviti paternique imperii habenas quinque annos temperavit.

Cap. 10. Eodem anno Chunradus, filius augustae, cui Boiariae regnum destinatum fuerat, quadrimus obiit et caesar cum matre augusta in Boiariam Reginoburgium in hiberna et ad conventus regni agendos se confert. Victorem pontificem maximum et Godofridum cum uxore Beatrice in Italiam migrare iubet; his italicas res commendat. Chunradum cognatum suum finibus Charionum praeficit. cuius frater Honoricus praefectus praetorio Luthareorum relicta republica, uxore et liberis in agro Mediomatricum Goriziae monachum profiteri coepit; paulo tamen post ad priorem vitam rediit, atra bili percitus, uxorem interfecit. Boiariae regnum augustae, quae se gravidam esse, filium parituram ominabatur, a filio traditur et, quoad id retinere velit, potestas eidem datur. ipsa illud quatuor annos administravit.

Sub idem tempus Saxones, gens efferata (nempe aduc cruda carne vescuntur) finitimorum spoliis quaestuosa, vivere rapto more veterum Germanorum insueta, a Francia Saxoniaque oriundis imperatoribus in unam legionem conscripti, obsequentes latrones cognominati, Danis, Cimbris, Venedis, hostibus tum reipublicae et nostrae religionis, oppositi fuerunt, quo in illos impune furta, latrocinia exercerent; ubi illi armis perdomiti, sub iugum pietatis missi sunt. Saxonum equestris ordo atque nobilitas pacem servare, pietatem iusticiamque colere, finem cum armis vagandi mandataque facere coacti sunt, coerciti sapientissimorum pacisque amantissimorum principum superiorum potentia. posteaquam ergo caesarem impuberem, aetatem obnoxiam iniuriae, rebus impositum vident, rati eundem, ubi adoleverit, haud dubie avi parentisque vestigia consectaturum, res novas in tempore moliri statuunt nactique

17 Mediotricum *A*

4 Godofrido *vgl. Sigeb. zu 1050* 6 — temperavit *vgl. Ekkeh. zu 1056* 8 prudenter ac strenue *Otton. Fris. chron. 245* 9 *vgl. Lamberti Ann. zu 1056* 10 — obiit *vgl. Lamberti Ann. zu 1056* 11 — commendat, *S. 79, Z. 37, vgl. l. c. zu 1057 und Ann. Altah. zu 1057* 18 atra — interfecit *Lambert zu 1061* 25 obsequentes — cognominati *vgl. oben Bd. II, 213, Z. 6.*

ducem Otonem quendam, impare natum matrimonio (qui a puero apud Boiemos exularat auditaque morte imperatoris fratrisque sui Vilelmii, saxonici limitis praefecti, hisce diebus in Saxoniam redierat) atavos aemulari, imperata detrectare, nemini omnium parere, omne ius in viribus ponere, viduas, pupillos (iuxta proverbium vulgatissimum) deglubere, laniare, inopes opprimere, in servitutem redigere, civibus invidere, horum opibus insidiari, oppida diripere, mercatores et alios quosvis ultro, citro conmeantes, ubi modo spes lucri sit, depraedari, spoliare, latrocinia passim, ut haec sub rege puero quasi usucaperent, tandem quasi sua iusta usucapione atque consuetudine defenderent, agitare coeperunt. istaec et nostro aevo in plaerisque regionibus Germaniae a nobilitate impune conmitti solent; ipsi libertatem avitam et ius equestre vocant.

Caesar in Boiaria concilio soluto in Saxoniam ad tumultus conprimendos proficiscitur. proceres Saxonum Mersoburgium accersit ipsique catervatim armati hostilique animo adventare nunciantur. idcirco Bruno et Eccobertus, patrueles caesaris, fratres germani, rebus militaribus praefecti, cum casu in Saxonum cohortem incidissent, statim Oto Saxonum ductor signo dato illos invadit nec illi pugnam detrectant. utrimque maxima vi diu decertatur, ancipiti fortuna modo huc modo illuc inclinante. primo impetu Bruno et Oto admissis habenis, calcaribus equos subdunt, infestis armis concurrunt, invicem equis deturbant. uterque periit. Eccobertus quamquam saucius, tamen dolore amissi fratris concitatus, in confertissimos irrumpit, Veronardi praefecti filium, alterum huiusce tumultus authorem, interficit, caeteros in fugam vertit. Saxones amissis antesignanis, armis abiectis deditionem faciunt ultraque armis regem lacessere omittunt.

Inter haec Victor ubi Romam pervenit, moritur. Fridericus, frater Godofridi Ethruriae praesidis, communi omnium Romanorum suffragio pontifex maximus consalutatur Stephanusque nonus nuncupatur. iisdem diebus Adalobero Babobergensis episcopus, cuius pater apud Gisoveltas in Boiaria prima sepultus est, moritur. Quartus compositis rebus saxonicis, pace confecta, paschalia in Vangionum urbe ritu christiano concelebrat. Stephanum primarium sacerdotem, uti populus romanus sciverat, suo iure comprobat. pontificatum Aechostadensem, quem Victor tenuerat, Gunzoni domestico sacerdoti, Babobergensem Gunthero magistro scrinii in fidem commendat rursusque in Saxoniam Gosolariam hibernatum concedit. sacra paschalia Merso-

4 omnes ius *A u. B*

37 — defunctus est, *S. 81, Z. 6, vgl. Lamberti Ann. u. Ann. Altah. zu 1058, 1059.*

burgii, quinquagenalia Augustae in confinio Rhetorum atque Vindelicorum facit.

Sub idem tempus Stephanus pontifex maximus obiit. Joannes quidam admodum dives, corruptis quibusdam Romanis pecunia, absque authoritate caesaris principumque imperii pontificatum maximum occupat, Benedictum decimum se adpellat. Godofridus dux limitis Ethrusci eundem vi Roma pellit, legatos romanos in Germaniam ad caesarem proficisci ab eoque petere ex consilii decreto, more maiorum, episcopum iubet. illi ubi Augustam devenere, Gerardum Florentinum episcopum, virum bonum studiosumque pastorem, postulant isque continuo pontifex maximus legitur, Nicolaus tercius vocatur. qui anno salutis christianae millesimo undesexagesimo, mense Aprili, indictione 12, quod ambitus letalis Romae invaluerat, quemadmodum in iure pontificio refertur, lege sanxit, ut defuncto primario mundi pastore primo flamines, deinde caeteri sacerdotes, senatus populusque romanus coeant in communeque de capiundo animorum parente consultent; salvo tamen (inquit) debito honore et reverentia dilecti filii nostri Henrici, qui in praesentiarum rex habetur et futurus imperator, deo concedente, speratur.

Eadem tempestate Andreae Ugrorum regis legati Augustam dona adtulerunt, pacem et, ut ea adfinitate confirmaretur, petentes. caesar acceptis donis, pace et adfinitate confecta (nempe sororem suam Sophiam Solomoni Andreae filio despondit) cum matre augusta et Ugris ad fines Ungariae transsitum facit. ibi foedus religione iureiurandi sanciri iubet, sponsam Ugris tradit. alteram sororem Iuditham Bolano duci nuptum conlocat. hisce peractis in Franciam migrat mortuisque Chunrado Charionum duce et Otone Suevorum regulo Charionas Litholpho cognato suo, frustra eundem ducatum Beritholdo Zaringio adfectante, Rudolpho Rhinoveltae Suevos conmendat. huic sororem aduc impuberem despondet, quae mox Rumoldo episcopo Constantiensi educanda traditur. Otonis superioris Suinophoro oriundi uxor fuit Petrissa, Nariscorum sanguine procreata, filia Otonis Amerothalae. Beritholdus autem repulsam passus, nihilominus principatum Charionum cum posteritate titulotenus quidem usurpavit, quem sibi ab augusto, parente caesaris, promissum iactabat, tempus opportunum, quo rebellionem faceret, praestolabatur. per idem tempus Ebbo, qui et Echardus, Fuldensis praesul, moritur; substituitur a caesare Segifridus.

26 Lithulpho *A*.

3 — pellit. *Neben Lambert zu 1058 benützte A. Bertholdi Ann. zu 1058 (M. G. Scr. V, 270) oder eine verwandte Quelle* 14 *M. G. Leg. II, app. p. 177* 25 mortuisque — praestolabatur *vgl. Ekkeh. zu 1057* 30 *Otto von Schweinfurt.*

eodem anno Reginoburgium duodecimo calendas Maii exustum est. caesar in hibernacula Argentoratum concedit. Meginardus Heroveltarum antistes, Burgardus Halberostadensis episcopus ob decimas decertant, invicem ad tribunal Christi, supremi praetoris, provocant. ambo die dicto subita morte absumpti sunt. Litovalda quoque archimysta Mogontinus vita defunctus est.

Honoricus in Boiariam transsit, Decembris celebres ferias Fruxini perpetrat. saturnalia Ianuarii festos dies Utini, oppido Boiariae in ripa Oeni peragit. Segifridum, magistrum Fuldensis monasterii, Mogontinis, Halberostadio Burgardum, Heroveltis Vitradum praeficit. paschalia in Saxonia concelebrat, inde Augustam pergit. iisdem diebus Chunradus Nemetum episcopus, Baldingus Saliburgensis archimysta Boiorum decedit; huic caesar Gephardum scribam suum, illi Enardum sufficit. Nicolaus quoque romanus pontifex circa idem tempus naturae concessit. Romani diadema aliaque munera amplissima Honorico mittunt convocatoque Basiliam coetu procerum, episcoporum caput illius diademate circumdant, eundem tribuniciae potestatis, consulem, patricium faustis adclamationibus salutant. Cathochus Parmensis episcopus senatusconsulto pontifex maximus capitur, Honorius secundus nominatur.

Dum haec fiunt, Nordomani quibusdam Romanis auro sibi conciliatis Anthelmum, Lucae urbis Tuscorum episcopum, ante consecrationem Honorii pontificatui maximo imponunt, vi Romam ducunt moxque inaugurant, Alexandrum secundum nuncupant. Honorius igitur exclusus Roma, quam iam alius occuparat, ingenti pecunia Augustam in Germaniam redit. purpuratos pecunia sibi placare, aulicos cunctos auro ambire non cessat, donec caesar ei (ut tum mos erat) mitram, pedum sive lituum traderet. quidam etiam Romani furto sublata aurea cruce, caeteris pontificalibus insignibus surreptis, quae episcopo romano praeferri solebant, ea ad illum praeferunt, quibus ipse usus pontificem quoque se primarium duxit.

Eadem tempestate in Ungaria proceres concitata plaebe avitam religionem instaurare, a nova Christi deficere, lapidibus pontifices obruere, sacrificulos in crucem agere, decimas militibus distribuere statuunt. idcirco adversus Andream, qui id pollicitus hacque lege rex creatus fuerat et promissa tamen complere recusabat, conspirant, Belam

1 *Unsere Quellen aus Regensburg, Weltenburg und St. Emmeram (M. G. Scr. XVII, 571, 572, 584), welche von wiederholten Bränden der Stadt im 11. Jahrh. berichten, wissen nichts von einem solchen i. J. 1058 oder 1059* 2 — diem obit *S. 82, Z. 35, vgl. Ann. Altah. und Lambert zu 1060 u. 1061* 14 — nominatur *vgl. Bernoldi chron. zu 1061, M. G. Scr. V, 427, 428.*

BSB

fratrem eius, sub quo sibi illud licere sperabant, regem constituunt. Andreas Solomonem filium, nurum atque uxorem in confinem Boiariam mittit. caeterum opem caesaris implorat, periculum inminens sibi et cunctis christianis aperit. caesar Vilelmium Turogorum ducem, Ebbonem episcopum Citissae, Spitognaeum Boiemiae regulum Arionistumque Boiariae (ita adpellant eius tempestatis scriptores) marchionem, Bothonem atque Aribonem fratres, Boiorum fortissimos proceres (quorum virtus factaque veteribus heroibus conparantur), Nariscorum, Burgusiorum, Schalae, Noricorum dynastas cum exercitu Boiorum in Ungariam proficisci iubet. Vilelmius et pontifex non expectatis Boiemis in Ungariam contendunt, Andreae se coniungunt, cum Bela certamen conserunt. ingentem vim hostium primo prosternunt; verum ubi se superari multitudine, Ugros, qui apud Andream erant, regem deserere, fugam capessere ad hostesque deficere cernunt, retro sensim referre pedem et cum Andrea in Boiariam caedere statuunt. ubi ad claustra, quae Portas regni incolae vocant, perveniunt, iter sibi fluminibus, paludibus, rescissis pontibus et copiis oppositis interclusum offendunt. a tergo quoque Bela cum maximo exercitu ingruebat, qui caedenteis, quam maximis poterat, itineribus insecutus fuerat. atrox mox praelium conmittitur; utrimque multi cadunt. Andreas fortiter pugnans equoque excussus, dimicantium pedibus, carrucis et equorum calcibus obtritus conculcatusque interiit. nostri iniquitate loci, hostium multitudine circumventi fugam capessunt, ab hostibus inulti caeduntur. Ebbo episcopus cum multis captus est. Vilelmius, Botho atque Aribo, eius germanus, quendam tumulum occupant, tota die impetum hostium tantamque multitudinem fortiter se defendendo sustinent, propulsant. nox praelium diremit. Bela ex odio in admirationem versus illis, si se dedant, incolomes fore, dat fidem. illi accepta publica fide, fame quoque defatigati, se dedunt Belaque et filius eius Goezo admirati virtutem, adfinitate eos sibi coniungunt Belaque filiam suam Vilelmio despondet; captivos omneis absque precio libere abire permittit, susceptа legatione ad caesarem proficisci, veniam et foedus a caesare Ugris impetrari mandat.

Hoc tempore Gephardus tercius Reginoburgensium episcopus diem obit. caesar, qui tum Mogonciaci hibernabat, Otonem Babobergensem mystam substituit et peractis theophaniorum hibernis feriis cum augusta Reginoburgium in Boiariam profectionem facit. eodem regina Ungariae cum filio Solomone nuruque exul venit, fortunam miseratur suam, opem

6 Bothonem — conparantur *vgl. Ekkeh. zu 1104* 9 *Grafen von Burghausen und Schala* 35 — addicit *vgl. Ann. Altah. zu 1061.*

BSB

caesaris implorat. is reginam in orientalem Boiariam remigrare, sumptus ex fisco tribui iubet. ipse secum Solomonem Sophiamque sororem in Franciam abducit consultatque proceres imperii, quonam pacto exules, qui ad fidem Teutonum confugerint, restituat. Bela quoque oratores cum suppliciis mittit, nequicquam conatus ope eorum, quos captivos tenuerat, amiciciam impetrare.

Romae tum civilis seditio grassabatur. quidam Honorio, alii Alexandro studebant. Romani cum mandatis legatos ad caesarem mittunt, qui eum Augustae duodevicesimo calendas Septembris conveniunt. atque flamen, qui Alexandrum inaugurarat, ita, data copia fandi, verba facit: ‚suppetias ferte orbis reginae, principes pientissimi, opitulamini pro iusticia vestra primariae Christi servatoris nostri ecclesiae! cuncta terrarum per prudentiam vestram pace festa fruuntur, soli nos, qui caput mundi, sacrosancti imperii domicilium incolimus et urbis aeternae cives sumus, domestico adterimur tumultu. Alexander interturbat omnia, is contra morem maiorum absque consensu vestro sacerdotium sibi usurpat, a Nordomanis pontificatum emit, vi et armis tenet; lupus atque latro, non pastor, tyrannus, non pontifex est. en ego, qui ipsum a Nordomanis, deum testor, coactus consecravi, praesto sum. quocirca, consultissimi patres, huic pesti, ne latius serpat, occurrite; morbum gravissimum, qui a capite longe late diffunditur, ad vivum resecate!‘ haec ubi senatus, principes, pontifices audivere, caesar habito concilio utrisque pontificibus diem dicit; ad cognoscendam dirimendamque litem Bucconem episcopum Halberostadensem Romam legat. hic ubi Romam venit, parteis audivit, auspicio caesaris Alexandro pontificatum addicit.

Cap. 11. Sub idem tempus augusta ducatum Boiariae, quem hactenus quatuor annis administrarat, Otoni ex Saxonia clarissimis natalibus oriundo, viro tum civili prudentia militarique disciplina inclyto, in fidem conmendat. tantisper augusta muliebri tutela recte sapienterque summae rerum praefuit, Honorici episcopi Augustani potissimum usa consilio et opera. caeteri invidere (ita homines sunt, praecipue purpurati), clamculum mordere, convenire, augustam pontificemque criminari, eos incestus simulare, alia huiuscemodi vociferari coeperunt. ‚quae, malum‘, inquibant, ‚dementia tot fortissimis atque sapientissimis regulis, principibus, dynastis, tetrarchis, praesidibus, praefectis, tot sanctissimis patribus, tot eruditissimis episcopis, nationi orbis reginae, victori gentium populo, foemina dominatur, haud dubie

27 — connivent, *S. 85, Z. 19, vgl. Ann. Lamberti u. Ann. Altah. zu 1061, 1062* 32 invidere — mordere *Ter. Eun. III, 1, 21.*

infaustum dirumque reipublicae omen. aqua ventoque (sicuti vulgo dici solet) magis fluxa est mulieris fides; modo ait, modo negat, nunc odit, rursus amat; in unius potestatem ob stupri consuetudinem ius atque ditio cessit. unus omnia regni commoda, tributa, vectigalia, census potitur, caeteri omnes boni, nobiles vulgus sine gratia, sine authoritate sumus; iusticia, denique cuncta venalia sunt. omnis gratia, potentia, honor apud unum aut, ubi ille vult, existit; ingens ludibrium atque dedecus bellicosae Germaniae. caesar, qui iam pubescit, procul a viris, in senatulum mulierum relegatus, inter pensa colusque servilibus ministeriis effoeminatur. tempus nunc est, ut columen reipublicae publica cura adolescat, senatu principum, publicis functionibus, armis et militaribus exerciciis insuescat, ipse denique imperii munia obeat.'

Haec et huiuscemodi ubi crebro iactata sunt, tandem Anno archimysta Agrippinensis, Eccobertus patruelis caesaris, Oto Boiorum regulus, conmunicato consilio, Honoricum muliebri potestate dolo, ne seditio concitaretur (quippe populo augustae indoles, mite ac quietum perplacebat imperium) emancipare statuunt. navim preciosae artis magna opulentia adornant, tapetis, aulaeis insternunt, auro, argento, pictura, caelatura, caeteris, quibus animum caesaris oblectari opinabantur, instruunt. caesar cum matre Gosolaria, ubi hiemaverat, egreditur, Nemetum Augustam petit, ibi paschalia concelebrat. Anno archimysta, caeteri principes frequentes coeunt; navim ad insulam Rheni, quam Divi Sudoberti vocant, applicant. caesarem, cum hilarior post coenam foret, ad spectandum navigium ita exornatum invitant. caesar aduc puerorum more simplex, nihil minus quam insidias suspicatus, navim ingreditur. confestim subornati ab Annone latera principis stipant, ex composito nautae solvunt, repente remiges remis incumbunt, navim in altum provehunt. caesar se ad necem praesentem duci ratus, se e navigio in flumen proiicit iamque in oculis omnium submergebatur. e vestigio Eccobertus patruelis eius in flumen de navi prosilit, dextra caesarem prehendit adnavigatque navigio. apparebat anceps periculum tam praenatantis quam sequentis. qui vehebantur, adnavigant, ambos eripiunt in navemque excipiunt. caeterum optimates Honoricum circumsistunt, causam edocent, eum blandimentis placant Agrippinamque deducunt. populus, qui in ripa procurrebat, adclamare, minari, saevire, indignissimum facinus vociferari coeperunt, ius violatum, maiestatem caesaream laesam esse, ferro crimen vindi-

25 puerum *A u. B*

3 in — cessit *Sall. Cat. 20, 7* 5 caeteri — sumus *l. c.* 6 omnis — existit *l. c.*

candum clamitant. quamobrem Anno ad leniendam invidiam, quae hoc facinore coorta erat, convocato concilio, facti sui rationem reddit caesarique satisfacit vulgique tumultu pacato, ne id ob suum compendium fecisse videretur, statuit, ut pontifices maximi Germaniae sex curiis iuxta numerum archimystarum Germaniae rem consociarent, singuli publica munia obirent imperiumque per omnes in orbem iret finireturque uno mense.

Popularia haec atque praeclara primum videbantur, non tamen ea concordia mansit. sub huiuscemodi tutela magis avaricia, ambitio invaluit, magis leges spretae, iura contempta sunt. quippe caesare a matre abstracto paucorum potentia crevit; qui nacti habenas rerum, adolescentulum a curis reipublicae in angulos ablegant; nemini adire, nemini salutare caesarem, ne huic quidem salutare quempiam nisi ex praescripto principum licuit. tenerae aetati parcendum esse, venationi, gaudiis corporis indulgendum docent. ipsi interim omnia venalia habent, cuncta utilitate metiuntur. honorem, magistratus, opes in se et, quo volunt, transferunt. caesarem, ut ab eo cuncta extorqueant, suo more vivere, ea, quae fert aetas, factitare passim permittunt; quin etiam officia a voluptatibus instituunt, ad omnia connivent et, ut ab uno caetera discas crimine, discordiae quoque malis rempublicam adterunt. Bezelinus Hyldesaemensis episcopus et Vitradus Fuldensis praesul Gosolariae natalibus Christi pugnis subselliisque in templo inter se concertarunt. uterque dextra pontificem Mogontinum adsidere connitebatur. rursus quinquagenalibus eadem concertatio inter eos fuit. Eccobertus partium pontificis templum armatis militibus occupavit, adversarios exigere sacris aedibus conatus. Fuldenses sociis suppetias ferunt; res strictis gladiis peracta est; utrimque multi occisi, fanum, ara sanguine humano polluta sunt. augusta autem tam gravi adfecta contumelia, tamen necessitatem in rationem vertit, ut rumorem de se temere coortum coargueret, maluit tacere patienterque ignominiam tolerare quam iniuriam more gentium expostulare, in contubernium sacratarum foeminarum se abdidit. dotalia praesidia retinet, caetera omnia relinquit, beneficio in pauperes insignis. molestia deinde turbellarum aulicarum, renitentibus aliquamdiu amicis, Romam migravit, ibi vitam finivit, sepulta in templo divae Petronellae.

Dum haec in Germania fiunt, in Italia Cathochus, quoniam pon-

7 que *fehlt B*

2 convocato — reddit *vgl. Sigeb. zu 1062* 6 imperiumque — iret *Liv. III, 36* 21 — polluta sunt *vgl. Lambert zu 1063* 28 — Petronellae *vgl. Bertholdi Ann. zu 1077, M. G. Scr. V, 303, 304; Ekkeh. zu 1056 (1062; 1069)* 36 — se confert *S. 87, Z. 10, vgl. Ann. Altah. zu 1062.*

tificatum iure obtinere non potuit, vi eundem extorquere conatur. rebus eius Romani quidam studebant. idcirco conparatis haud contemnendis Longobardorum copiis, urbem versus contendit. inter Sutrium Romamque castra facit; ibi aliquot dies stativa habet. sperabat metu sui sponte ad se Romanos convolaturos atque Alexandrum deserturos. nam partium eius Romani turrim Crescentii, item aliam ad pontem Milvium occuparant firmoque praesidio tenebant. verum Alexandrini explorato Honorii adventu vim quoque vi seque armis defendere statuerant, arma, pila, tormenta, arcus, sagittas, machinas, quae ad resistendum necessaria forent, conpararant. Parmensis ubi hoc per speculatores comperit, castra movet, infesto intentoque exercitu Romam contendit. Alexandro faventes armati obviam procedunt, plaebes, quae suo more rerum novarum avida est, pars indignantes, quod quispiam armatus Romam accedere auderet, mixti militibus equitibusque erumpunt. sed primo congressu Alexandrini Romanique ab Honorianis et Longobardis in fugam vertuntur, caeduntur, trucidantur. maxima pars ad Tiberim aufugit, navim inrumpit. ubi cum se constipassent, Honorianus miles pilo turbam petit, quae telum vitabunda, in diversum latus caedens, navem invertit, aquis obruitur. hisce peractis nomen, factio, favor Honorii gliscit, Alexandri pars diminuitur.

Cumque iam Honorius Romam intrare in animo haberet, Godofridus Luthareus, qui auspicio caesaris rebus italicis praesidebat, advenit in tempore, partes ab armis discedere imperat. paret populus, parent milites, desertis Honorico et Alexandro domos dilabuntur. Godofridus deinde utrumque ad se vocat. ‚en', inquit, ‚pastores, qui oves (quarum lana teguntur, lac consummunt) conmittunt, pacem, quam Christus dominus deusque noster reliquit, violant, pietatem polluunt. non divum Petrum, non Paulum, non caeteros Christi legatos neque Christum servatorem nostrum, cuius se vicarios mendaciter profitentur, imitantur. Nerones, Pharisei, Antichristi immaniores crudelissimis sunt tyrannis. amant principatum, opes, splendorem, potentiam, divitias (quas Christus spinas, comites eius stercora dicunt) ambiunt, pro hisce armis, sanguine decertant, gregis periculo istaec concupiscunt, agnos a Christo creditos nec amant nec pascunt, sed occidunt, laniant, interimunt. ite in Germaniam ad caesarem et ibi potius iure quam bello, uter pontifex sit, disceptate! quem caesar principesque et episcopi pontificatu maximo donare dignati fuerint, is absque vi cum pace omnium primario potiatur sacerdotio.'

6 iuxta pontem Olvii *hat Aventins Text der Ann. Altah., wozu er an den Rand schrieb:* Milvii credo 12 plaebes — est *Sall. Cat. 37, 1* 32 *Mark. 4, 18; 19; Luk. 8, 14.*

BSB

Placuit utrique conditio; quippe uterque suae causae confidebat, Alexander, quod inauguratus a caesarisque legato probatus pontificiam possidebat aedem, Honorius, quod ipse prior lituum mitramque a caesare accepisset comitiisque curiatis ad huncce honorem (ita enim iam est, olim onus fuit) cooptatus foret. posteaquam autem ad caesarem perventum est, quod expeditio ungarica urgeret et haec res absque ecclesiastico conventu componi nequiret, iussus est is interim, qui consecratus erat et Lateranense templum insideret, nomen et titulum pontificalem usurpare, donec consilio edicto per suffragia more maiorum lis dirimeretur. Alexander ergo Romam, Honorius Parmam se confert.

At caesar in Boiaria hiemat, natalem Christi Fruxini celebrat; Vincissolaum Aldaechio inferiori praeficit; paschalia Gosolariae agit. inter haec in Italia Alexander Romae post paschalia more veterum coetum praesulum, monachorum, mystarum, episcoporum cogit, Honorium ambitus, homicidii condemnat, deinde devovet. contra Honorius quoque Parmae suae factionis sacerdotes convocat, Alexandro, utpote qui absque consensu caesaris vi pontificatum occuparit, a Nordomanis emerit, sacris interdicit.

Eadem tempestate caesar in Germania Mogonciacum concilium edicit, ubi frequenti procerum, pontificum maximorum, minorum senatu Solomonem in regnum restituendum, Ugris bellum inferendum decretum. Quartus igitur terciumdecimum agens annum, quam maximo potest apparatu, hanc expeditionem, quod prima foret, adornat. copias undique cogit, delectus frequentes habet. nemo omnium erat, qui non iuveni principi gratificari et cum eo stipendia facere studeret. plerique ultro, ut eorum virtus enitesceret, convolabant. denique fama huius apparatus territus Bela (quippe saepius Teutonum vires senserant Ugri) crebro legatos cum suppliciis mittit, pacem exposcit, filium obsidem offert. causatur Solomonem nepotem suum sponte sua nemine persequente regnum reliquisse absque custode; se invitum, ne hostis vacuam possessionem et terras relictas occuparet, ab Ugris a rege suo desertis rebus impositum esse. licere Solomoni proximo suo in regnum suum absque armis cum pace redire; se ducatu, quem sub fratre genitore Solomonis administrarit, contentum fore.

Principes nostri, quibus iam pridem experimentis astus Ugrorum cognitus erat, et ipsi Ugros suis artibus tentant. secum legatos, quos subinde speculatum Bela mittebat, retinent, diligenti custodia, ne elabantur, observant. verbis pacem offerunt, re asperrimum bellum

11 — se confert, *S. 88, Z. 33, vgl. Ann. Altah. zu 1063* 35 quibus — tentant *Sall. Jug. 48, 1* 38 verbis — bellum *l. c.*

BSB

ostentant, ingenti cum exercitu, infestis signis, Histro terraque pedestribus equestribusque copiis in Ungariam propere contendunt. nec segniciei aut socordiae Bela deditus erat, aliud simulabat, aliud agebat; foedus petebat, frequentes de pace legatos mittebat, nihilo secius tamen regnum, praeter quod crebris fluminibus et paludibus, qua Boios Noricosque adtingit, munitum est, praesidiis firmat, portas Pannoniae, (ita incolae vocant, quas Graeci pilas, Romani fauces, nostri claustra adpellant) reficit, militari manu communit.

Quo cum caesar pervenisset, omnem aditum sibi praeclusum offendit. stativa igitur ibi aliquot dies habet. consilio Ugrorum, qui cum Solomone aufugerant, partem exercitus, gnaris locorum deducentibus per harundinetum quoddam in Pannoniam praemittit mandatque, se certiorem faciant, totusne exercitus illac traduci queat. illi quidem incolomes in Ungariam penetrant, verum ob itineris difficultatem et quod omnes loci hostibus obsessi erant, nemini, licet magnis praemiis propositis, persuaderi potuit, ut ad caesarem nuncium literasve perferret. compositis igitur ordinibus bidui itinere ad Mysoburgium pergunt, eam urbem prius expugnare, deinde viam caesari aperire statuunt. sed custodes ubi a tergo hostem conspicati sunt et irrepsisse in regionem viderunt, retro pedem retulere caesarque pulsis praesidiis, nemine prohibente, ad eandem urbem eodem momento de improviso pervenit. oritur confestim tumultus, nostri rursus copias iungunt, urbem oppugnant, primo impetu capiunt, diripiunt. apertis post haec ubique faucibus claustrisque refractis caesar cum Solomone intima Ungariae percurrit. Bela inter haec exhalat animam. filii eius Geizo et Ladissolaus fugam capessunt, ex Ungaria in Sarmatiam profugiunt. caeteri certatim se caesari dedunt, in verba Solomonis iurant, quem caesar Albam regiam deducit regemque more gentis salutari iubet.

Restituto itaque in regno Solomone pacataque Ungaria in Boiariam revertitur. inde Augustam profectionem facit, mortuo Honorico episcopo Embrichonem Liningensem substituit. postea hiematum ad Vangionas se confert. concilium Mantuam in quinquagenales ferias indicit; eo Honoricum et Alexandrum concedere iubet decretoque patrum stare praecipit. proxima igitur deinceps aestate Anno archimysta Agrippinensis, Vincissolaus Aldaechii inferioris in Boiaria praesul, annalium boiaricorum scriptor, cum plaerisque episcopis et prin-

3 seccordiae *B*

17 *Miesiginburch Ann. Altah., jetzt Wieselburg* 26 *Vgl. die Erörterung Steindorffs a. a. O. II, 444* 33 — migrant, *S. 90, Z. 13, vgl. Ann. Altah. zu 1064.*

BSB

cipibus Franciae, iussu caesaris Mantuam se conferunt. Romani, Itali, Longobardi frequentes coeunt. Honorius cum magno hominum numero ad Aquas Nigras substitit, cum mandatis ad Annonem mittit, qui dicerent, magistrum a discipulis doceri non oportere; Honorium nequaquam adventurum, nisi vicem Christi praesidendo defungi permittatur. Anno consilio habito paucissimis respondet: magistrorum sacrosanctae concionis ecclesiaeque sententiae parendum, divino oraculo obtemperandum esse. proinde Parmensis hisce sibi relatis venire Mantuam recusavit. caeterum per speculatores fidos singula acta diurna explorat. Alexander quidem praesto fuit.

Postero die quinquagenalium episcopi, principes, praesules frequentes in templo conveniunt, opem dei exposcunt, sacrificium rituale faciunt. his rite perpetratis Alexander multa de pace ac concordia christiana disseruit. ubi finem dicendi fecit, Anno surgit. ‚caesar et imperii proceres', inquit, ‚fama et literis a plaerisque certiores facti sunt, te pontificatum emisse atque conscientia huius criminis stimulatum cum Nordomanis, hostibus reipublicae, amiciciam fecisse, adversus caesarem conspirasse, ut eo etiam invito, fretus armis inimicorum nostrorum, sacerdotium retineas. nos, ut veritatem inquiramus et hancce rem cognoscamus, hic coivimus.' suscipit Alexander: ‚si delatores veri sunt, cur hic, in hoc celeberrimo christiani orbis conventu, sicuti ego non apparent et crimina, quae mihi falso obiiciunt, testibus, uti fas est, conprobant? quod cum facere non queant, ego, ut me purgem suspicione, vos falsa opinione expediam, deum testor, per spiritum sanctum, cuius ferias agimus, iuro me invitum atque reluctantem ab his, penes quos copiam cooptandi pontificis maiorum more esse credimus, absque omni penitus ambitus scelere captum esse. quis innocens erit, si criminari satis est? de Nordomanorum amicicia nihil modo respondeo; quando inlustris dominus caesar, filius meus, Romam veniet, re ipsa comperiet nihil aliud magis a moribus meis alienum esse'. haec ubi dixit, cuncti, qui aderant et quorum intererat, Honorium, quod venire gravaretur, abdicant et Alexandrum, quem crimina legitime diluisse insontemque esse existimabant, pastorem recipiendum decernunt atque ritu solemni renunciant. deinde deum optimum maximum Christum servatorem nostrum celebri carmine consalutant.

Postridie rursus cum in templo patres consedissent et Anno archimysta (quam ob causam, non traditur) abesset, hi, qui Cathochi

5 adventaturum *A*

27 quis — ost *Amm. XVIII, 1.*

rebus studebant, facto globo, excitato tumultu, strictis gladiis in aedem irrumpunt, Alexandrum haereticum, pestiferum erronem vociferantur, eidem mortem intentant. caeteri omnes diffugiunt, Alexandrum solum relinquunt. Vincissolaus praesul Aldaechii, Boiariae monachorum antistes, qui probe mores Longobardorum norat (cum minacissimi enim verbis sint, ne digitulo quidem adversarium adtingunt) Alexandrum sibi quoque fuga consulere parantem retinet, eidem animum reddit atque considere persuadet. Longobardos acriter increpat, maiestate vultuque tristi territat. eodem quoque momento Beatrix, uxor Godofridi ducis, cum multis ad templum procedit; vix limen adtigerat, Honoriani omnes aufugiunt. caeteri redeunt, Parmensem episcopum curia pontificum movent atque devovent. peracto itaque conventu Alexander Romam, caeteri domos migrant.

Percrebruit eadem tempestate in Germania constans opinio, imminere excidii fatum orbi terrarum et adfore tempus, quo mare, quo tellus correptaque regia coeli ardeat et mundi moles operosa laboret. Boiorum primores istoc saeculo undeviginti aedes sacras mystis, monachis, virginibus in Norico, in Vindelicia condiderunt et ingens vis mortalium, duodecim ferme millia, ex regionibus nostris in Palestinam, Hierosolyma votis nuncupatis profecti sunt. ipse caesar plaeraque praedia, conplures opes Boiariae templis (sicuti diplomata data ostendunt) distribuit.

Rantheroviae proxime Brundunum urbem (ubi tum palatinae aedes fiscusque regius erat et parens eius, imperator Honoricus tercius parochiam praescriptis terminis, dum Honoricum sextum Boiariae praeficit, instituerat) flamines Augustinianos cooptavit. Vessobrunnam, hactenus a popularibus sacerdotibus, posteaquam ab Ugris exusta erat, occupatam, pulsis his, sacris divi Benedicti restituit. eiusdem ope atque consensu Helenardus Fruxinensis pontifex Fruxini divi Andreae aedem dedicavit, cui Burense templum caesar tradidit; hoc post mortem tamen Helenardi rursus immunitate donat. Alemanus episcopus Bathaviae auxilio Hagnae augustae et Honorici Neoburgensis extra moenia urbis Aurelianis mystis conlegium, in Austria Gotovicum Benedictinis extruxit. Adalobero Viridoburgensis pontifex ex Boiaria

13 — profecti sunt *vgl. Ann. Altah. zu 1065* 15 — laboret *vgl. Ovid. Met. I, 296* 24 *Vgl. die zwei Urk. Heinrichs III. für Ranshofen, M. B. III, 311, 312* 30 *Meichelbeck, Hist. Fris. 1, a, 254 Heinrich IV. hat Benediktbeuern vielmehr der Freisinger Domkirche unterworfen; M. B. XXIX, a, 169* 33 *St. Nicolaus bei Passau; vgl. die Stiftungs- u. Bestätigungsurkunden, M. B. XXVIII, b, 213; IV, 287 flgd. Graf Heinrich v. Formbach u. Neuburg (am Inn) war der erste Vogt (M. B. XXVIII, b, 216)* 33 *Göttweih.*

BSB

oriundus (cuius maiores in Vindelicia Neoburgium et Variopagum, in Norico Valentiam et Pictaviam possedere) inter Oenum et Anassum Lambacum castellum in templum conmutavit.

Idem factitarunt eius gentiles Himelodruda et ex fratre Hylderico nepotes Eccobertus et Honoricus; Variopagum regiam suam iuxta Oenum proxime Scharodunum Boiorum urbem divo Benedicto consecrarunt. Hemma uxor Vilelmii duobus filiis omissis in Anassi valle Agunti contubernium atratis druidibus construxit; in sylva Gurica, in Norico inferiore, qua ad Pannoniam pertinet, septuaginta sanctis virginibus templum dedicavit, sicuti imperator Honoricus quartus caesar augustus in diplomate adfirmat; ibidem Gephardus archimysta Saliburgensis, Suevus, Chaltholdi et Azalae filius, aedem pontificiam construxit, Guntherum eidem fano praefecit.

Apud Nariscos Berinogerion Sulsopagus, Fridericus, uxor Bertha, Castellani, cum filiis Otone, Herimano Habesobergensibus et Litogarda. uxore Theodovaldae Vocciobur gensis et Chamaborum praefecti, posteri Arionisti et Otonis dynastarum Ambergothalae (vicus est, rivus et pagus Nariscorum, proxime Ambergam, nobilissimum septentrionalis Boiariae oppidum) castellum, regiam suam in templum conmutant, ceremoniis divi Benedicti dicant. in inferiore Boiaria iuxta Danubium Asovinus et Fridericus Bogii superius Aldaechium ab Ugris excisum instaurant. propter Vilsi fluenta Veronardus, filii eius Rupertus et Calochus Alderopagum Aurelianis mystis dicant. in ora Oeni fluminis Angilopertus, uxor eius Tuta, Charionum tetrarcha, Subios, quinque inde millia passuum Richobergomum, Veronardus et uxor Theodopyrga, soror Gephardi Iuvavensis episcopi, filius Gephardus Plaiensis, Chuno Medullorum Phronthusiique satrapes, Garisum et Augiam, uxor eius Irmogarda in agro Saliburgensi Beritholdogades, ubi sepulta est, filia Adoleda cum marito Berinogerione, filiis Berino-

2 Oenum atque *A* 13 praeficit *B* 16 Theovaldae *A*

3 *Neuburg am Inn, Formbach (oder Vornbach) am Inn, Wels, Pitten, Lambach; über dessen Stiftung vgl. U. B. des Landes ob der Enns II, 89* 5 *Kloster Formbach; vgl. M. B. IV, 11* 7 *Admunt im Ennsthale* 11 *Urk. für Gurk von 1066; Stumpf Nr. 2693* 13 *Vitae Gebehardi archiep. Salisburg., M. G. Scr. XI, 26 u. l. c. 35. Die letztere Vita hat A. auch sonst bei seinen Angaben über die Klosterstiftungen im Osten benutzt* 20 *Kloster Kastl; über die Stiftung vgl. M. B. XXIV, 314 und Chronik von Kastl bei Moritz, Grafen von Sulzbach, II, 104* 21 *Oberaltaich, gestiftet v. d. Grafen v. Bogen. Vgl. M. B. XII, 17?* 23 *Aldersbach* 25 *Suben. Eine Inschrift auf die Stifterin Tuta s. bei Hundt, Metrop. Salisburg. III, 370* 25 *Reichersberg. Vgl. Vita Gebehardi l. c. 40* 27 *Herren von Medling oder Megling u. Frontenhausen; Klöster Gars u. Au am Inn, Berchtesgaden.*

gerione et Chunrado Sulsopagi (oppidum id Nariscorum est) dynastis, ad confluenteis Trani et Alissi Pomoburgium, ubi humati perhibentur, conlegia flaminibus Augustinianis instituunt. atris vero druidibus dicavere hi principes, amici caesaris, Atilam, Arionulphus Damasiorum praefectus, Rhodon, Chunradus, cuius filius Chunradus, atque Irmogarda nurus, avus paterque Poppo. in eisdem templis hi proceres conditi sunt.

In superiore quoque Vindelicia eadem tempestate coenobia, quae subtexam, condita reperio. Oto Schirensis, uxor Haziga, filii Oto et Veronardus Echardusque Vischopachunum in faucibus Peninarum Alpium sacris divi Benedicti initiarunt. Eburonardus et frater eius Albertus Iringoburgensis, multum apud caesarem polleus, cum uxore Bertha, filio Otone in ripa Libusae Burobergense Aurelianis templum, in agro Tridentino divo Michaeli aedem condiderunt.

Haud inde procul, nempe ad decimum lapidem, Oto et Beringerion bardi, Theodoramus sacerdos cellam auspicati sunt, quam pauco post tempore Oto Veliphorathusius, eius filii Oto et Honoricus, Rhenopertus Ritensis cum fratribus Ruperto, Alberto, Livardo, Hyldesalicus, quem Tigurinis antistitem imperator Honoricus quartus imposuit, frater Rudolphi praefecti Vinariae, collocupletarunt, mystis divi Aurelii Augustini dedicarunt. Theodoramum magistrum conlegii cooptarunt, unde ab eo Theodorami Cella nuncupatur. Segibotho, superioris Hyldesalici frater, Vinariam consecraneis Aurelianis dedidit. eisdem mystis Oto Valaiae praefectus cum uxore Adolaeda Beroritum ad Vermeum lacum primae Boiariae, Gryssam in Tyrolensi pago condidit. Velipho quartus, qui postea Boiariae ducatu potitus est, filius Chunegundae, sororis Veliphonis tercii et Aetii, quem alii Azonem vocant, Astensis tetrarchae, nepos ex filia Veliphonis secundi, ab imperatore Honorico quarto caesare augusto, rege Boiorum, gentilicia bona, quae avunculus absque liberis decedens, imperatori Honorico tercio caesari augusto regi Boiorum legavit, impetravit: in Vindelicia apud Lycatios, Ambrones Landobergomum, Altonis monasterium, Raedobochos, Stonogades, in Rhetia Abuziacum, Schongios, Raveburgium, Aldoryphos

18 *In A neben* filius *am Rande* frater 26 quam *st.* quem *A u. B* 31 Landobergonum *B*

2 *Baumburg am Zusammenfluss der Traun u. Alz* 5 *Klöster Attl und Rott* 13 *Klöster Fischbachau bei Miesbach, Beuerberg an der Loisach, St. Michael bei Trient* 14 *v. Eurasburg (südl. v. Wolfratshausen)* 17 *Reimbertus de Rute in der Aufzeichnung über die Entstehung des Klosters Dietramszell bei Hund, Metrop. Salisburg. II, 253, der Quelle der obigen Angaben* 18 *Vgl. Chron. Tegernseens. cap. 8; Pez. Thes. III, c, 516* 19 *Des Grafen Rudolf von Weihern* 24 *Klöster Weihern, Bernried, Grics.*

BSB

recepit. Raedobochos in conlegium flaminum Aurelianensium conmutavit. Nordopertus episcopus Curiae popularibus mystis Haeopagum, fratres eius Orthulphus et Bilodruda, filii Rapotonis et Hemmae, Hochovaritum sacratis condidere virginibus. Vratizolaus Boiemiae regulus Vissegradam dedicavit; id templum Alexander pontifex maximus caput Boiemiae statuit; eius decreti aera, data in manus Petri praepositi sancti Georgii in palatio Lateranensi, sub Henrico rege, filio Henrici gloriosissimi imperatoris septimo idus Maii. atque haec omnia ex instrumentis privatis, publicis excepi.

Porro sub idem tempus in Palestinam profecti sunt Segifridus archimysta Mogontinus, Vilelmius Traiectensis, Oto Reginoburgensis, Guntherus Babobergensis episcopus, Alemanus a sacris augustae, Fridericus Damasiae, Echardus Schirorum, Orthulfus Hochovaritorum dynastae et alii conplures Boiorum proceres. Guntherus omnes maiestate corporis anteibat, adeo ut ab omnibus, qua iter fuit, imperator romanus putaretur. posteaquam Savum amnem transgressi, multa a latrunculis perpessi sunt, sicuti idem Guntherus scribit, Ugrorum perfidiam, Vulgarum furta, latrocinia Uzorum, arrogantiam Graecorum, Asiaticorum sensere saevitiam. a Byzantio Laodiciam Syriae, inde Tripolim navigarunt, ubi ab Arabibus irruentibus orta tempestate fulminibus et tonitru territis hostibus liberati sunt. inde litus legentes Caesaream Galilaeae, quae et Turris Stratonis, nono calendas Aprilis, quarto die ante paschalia duum itinere dierum ab Hierosolymis pervenerunt. postero die Capharsalam vicum intrant. rursus Arabum globus adest, primos trucidat, spoliat; caeteri cum resisterent, facile inermes a sagittariis et armatis in fugam vertuntur in proximumque vicum fugam capessunt. magna ibi caedes nostratium facta; Vilelmius episcopus Traiectensis graviter vulneratus, spoliatus, semivivus et nudus relinquitur. reliqui tres episcopi, Segifridus, Oto et Guntherus basilicam duasque turres ex lapidibus constructas occupant ibique, quod porta angusta nimis erat, muli, equi clitellarii nisi exonerati intrare non quibant, se defendere parant. hostes rebus, iumentis nostrorum potiuntur, ea diripiunt, deinde turres oppugnant; nostrates viriliter

7 sub Honorico *B* 14 complures *A* 23 duum itinerum die *A* 27 ibi *fehlt B* 27 nostratuum *A u. B* 29 Segardus *A*, Sigfridus *B*

1 *Raitenbuch* 2 *Habach südl. vom Wirmsee; vgl. Reg. Boic. I, 102* 4 *Hohenwart; vgl. Hund, Metr. Sal. II, 393, 394* 6 *Nicht bei Jaffé, Reg. pontif.* 10 — tradit, *S. 94, Z. 29, vgl. Ann. Altah. zu 1065* 12 *Vgl. Vita Altmanni ep. Patav., M. G. Scr. XII, 230* 13 *Die drei letzten Namen nach unbekannter Quelle; vgl. Forschungen zur deutschen Gesch. XVIII, 551* 17 *Dieser Brief Gunthers ist nicht erhalten; Aventin hat sicher nicht mehr vorgelegen als der in die Ann. Altah. l. c., p. 815, aufgenommene Auszug aus demselben.*

resistunt, turris duobus continenter diebus oppugnatas summa vi defendunt. hostes tandem celeberrimo paschalium festo die pacem venalem offerunt octoque Arabum principes in turrim admittuntur, qui de praecio paciscuntur. ibi hostium primarius linteum, quo caput in modum coronae colligarat, collo Guntheri episcopi, quem principem esse rebatur, innectit; .en', inquit, ‚te solo capto caeteros omnes in potestate habeo et, simul ac iussero, ab arbore cum comitibus pendebis.' Guntherus ubi hoc per interpraetem intellexit, pugnam in faciem minantis impingit, uno ictu hominem humi sternit, deinde prosilit, socios cohortatur caeterosque septem Arabes captos nudatosque armis duriter vinculis constringit telisque saevientium popularium opponit. Arabes eo die sociis parcentes manus abstinent.

Postridie Ramulae praeses, quem rex Aegypti urbi praefecerat, audito periculo nostrorum ad liberandum eos cum magno equitum numero properat; non ob pietatem, sed quaestum suppetias fert. deminui portoria vectigaliaque suo regi existimabat; praeterea suum lucrum, censum civitatumque conpendia attenuari cernebat; si nostri ita accepti, fama in se conmissa dissiparent, neminem posthac Palestinam petiturum. Arabes autem latrunculi de illius adventu certiores facti diffugiunt. satrapes Aegyptius acceptis, quos nostri in vincula coniecerant, fide data, nostrates Ramulam incolomes perducit; ubi ab incolis coacti considere quatuordecim dies. tandem pridie idus Aprilis Hierosolyma pervenenere; tresdecim ibi conmorati sunt dies. inde Ramulam reversi, navim conduxere, Aliquiae applicuere; postea in Europam navigant. Segardus et Oto rediere, caeteri interierunt.

Eodem anno obiere Angilopertus Bathaviae, Rutherus Taurisiorum episcopus. caesar sacerdotium Babobergense Herimano, Bathavense Alemano sacrificulis suis, Taurisios Voliphoramo Oziacensi praesuli, monacho Aldaechii inferioris tradit. hac quoque tempestate divus Marianus Scotus, poeta et theologus insignis nullique suo saeculo secundus, cum conphilosophis suis Ioanne et Candido, Clemente, Donato, Murcheridacho atque Isacio, qui centum vixit annos, in Germaniam venit. inde Reginoburgium hi concessere, ab Hemma virginum maxima hospicio in superiore monasterio excepti sunt. Billa eiusdem contubernii antistes templum divi Petri extra moenia urbis, quod Bichon vocatur, consentiente Otone episcopo ipsis tradidit. Mathylda inferi-

8 *Nach* intellexit *folgt in A u. B unterstrichen:* prosilit, uno ictu hominem in terram dat 18 neminem — petiturum *in A unterstrichen* 21 producit *B*

27 Tarvisiensis episcopus *Ann. Altah.* 28 *Von Ossegg in Böhmen* 29 *Zum flgd. vgl. Vita st. Mariani, A. S. Boll. Febr. II, 365 flgd.*

BSB

oris monasterii sacerdos zitum ac cerevisiam tribuit. ipsi ope bonorum domicilia sibi construunt, vitam arctam more monachorum ducunt, in diem vivunt, docendo et interpraetando sacras literas, scribendo victum et magnam gloriam conquisivere ob eamque rem imperator eos inmunitate donat in tutelamque recipit. hac fama moti complures ex Scotia veniunt paulatim, quibus per Germaniae regna (sicut infra in sexto referam volumine) passim condita templa aduc nomina servant.

Iam pridem improvisa mihi non est mentientium vanitas, religiosuli fabellis quaestuosi illos sub Carolo Magno Reginoburgium venisse mentiri audent. isti nebulones quaestum pietatem, religionem praedam putant, mera miracula conminiscuntur. hoc enim sanctulorum genus, visus, somnia, nocturnos superum congressus, nocturna deorum conloquia simulant, freti credulitate imperiti vulgi pro concione evulgant, somnia, qualiacumque velis, venditant, fabulis ad voluptatem confictis imperitos in admirationem sui lactant, vili plaebeculae velut pueris inludunt, omnibus corneam fibram esse, neminem sua commenta animadversurum arbitrantur. vulgo indocto multitudinique imperitae, alioquin saevae, impotenti, mutabili metum deorum atque superstitionem rem ad animos vulgi regendos efficacissimam iniciunt; ubi illi vana religione capti sunt, melius falsis vatibus atque falsis prophetis quam veritati obtemperant; rationem quidem illi falsi unctuli ipsis perceptam consecraneos suos, at nequaquam vulgus edocent. ergo orgia mysteriaque huiusce religiositatis in vulgus edam, dogmata prodam, mentiri sibi licere, decipere plaebem, modo splendoris lucellive spes arriserit, inter secreta habent; nempe illud crebro (ut eorum verbis utar) iactitant: ‚exempla ponimus, non quod ita sint, sed ut discentes addiscant', digni profecto, in quos exempla edantur, qui divina oracula adulterare, crimen verae irreligiositatis committere non erubescunt. quid undecimo abhinc anno moliti sint designarintque Veronae apud Suitonas, conmemorare nolo. valeant isti nugivendi fabularumque mangones et caupones sacrorum. ego Pharisaeos istos apertis testimoniis convincam.

Extant Reginoburgii in inferiore monasterio divini Davidis hymni cum commentariis in membranis scripti, opus Mariani autographon;

8 religiosuli — convincam *in A angestrichen*, isti nebulones — caupones sacrorum *in B eingeklammert* 12 superos *A* 21 obtemperat *A* 29 que *fehlt A* 33 membranis *B*

4 *Heinrich IV. 1089; Ried, Cod. dipl. Rat. I, 166* 10 *Vgl. oben Bd. II, 670, Z. 30* 29 *A. meint die Geistererscheinungen des Berner Dominikaners Jetzer, der mit drei Genossen als Betrüger am 31. Mai 1509 verbrannt wurde. S. u. a. Stumpf, Schweizerchronik II, 455—458* 33 *In der Münchener Hof- und Staatsbibliothek befindet sich weder diese Handschrift Marians aus Niedermünster noch die*

BSB

eius praefationem, ut fides fiat, subtexo de verbo ad verbum: anno dominicae incarnationis millesimo septuagesimo quarto regnante quarto Henrico iuvene imperatore, Matthylta abbatissa sanctae Mariae et sancti Herhardi abbateam regente, decemnovenalis cycli 11 anno, indictione 12, Marianus Scotus septimo peregrinationis suae anno conlegit modicas istas undas de profundo sanctorum patrum pelago, scilicet Hieronymi, Augustini, Cassiodori, Arnobii et de opusculis Gregorii et pro suae animae salute, in honorem salvatoris domini nostri Iesu Christi et eius genitricis semperque virginis Mariae et sancti Herhardi confessoris scripsit et in unum librum perstrinxit. prolixas enim et salubres catholicorum patrum expositiones non omnes avido cordis amore petunt. multi sunt etiam, qui, etsi tales legere vel habere vellent, tamen minori censu vel intellectu vel aliqua causa existente occupati, illas invenire et legere non possunt. nunquam tribuatur ad transscribendum extra monasterium, nisi pro eo congruum relinquatur vadimonium. Georgii feriis coepit, Mathaei et Haemerani finivit.

Servatur et diploma imperatoris, cuius caput tale est: in nomine sanctae et individuae trinitatis Henricus dei clementia Romanorum imperator augustus; multis verbis commemorat Scotos quosdam Reginoburgium venisse et ab Otone eius urbis episcopo Billaque superioris monasterii antistite templum huius, quod divo Petro dedicatum extra moenia urbis Bichen nuncupatur, accepisse. ibi bonos illis domicilia aedificasse, praedia, vectigalia tribuisse tandemque ad se Scotos supplices venisse illisque ab Otone episcopo et Haziga superioris monasterii virginum maxima impetrasse, ut iuri suo et templo, quod ipsis servierat, caederent Scotisque condonarent. huius donationis author fit imperator; Scotos cum praediis, templo, vectigalibus, immunitate donat, in clientelam accipit, ut caesari bene praecentur ac pro eo vota deo reddant. aera: Herimanus recognovi; datum kalendas Februarii

4 decemnovalis *B* 16 *Am Rande in A:* Identidem scripsit conmentariis *[sic]* in epistolas Pauli, qui Valderopagi [Walderbach] (Cisterciensium est templum), servantur, quondam Reginoburgii a Iudaeis redempti, ubi haec eius manu scripta leguntur: 13 kalendas Aprilis anno domini 1080 feria sexta obiit Magnaldus primus de Scotorum peregrinis; ad sanctum Petrum extra muros Raetobonnae [?] est defunctus. *Dieselbe Stelle von* 13 — defunctus (*hier:* Ratisbonae) *steht von A's. Hand auf einem vor fol. 48 der Handschrift A. des 5. Buchs eingeklebten Zettel; dort folgt:* in Pauli epistolis conmentaria Mariani in Walderbach, redemptà quondam a Iudaeis ut psalterium, eius autographa.

unten erwähnte aus Walderbach. Der aus dem Regensburger Kapuzinerkloster stammende Cod. lat. Mon. 12741 aber, eine Bibel, ist nach der Notiz eines Vorsetzblattes aus dem 16. Jahrh. innerhalb dreier Jahre v. Marianus Scotus geschrieben 11 non — petunt *wohl einem Dichter entlehnter Pentameter.*

BSB

anno dominicae incarnationis 1088, 12 indictione, 36 ordinationis regis Henrici, imperii 5. factum Regina civitate in dei nomine, amen.

Nunc ad ordinem rerum redeo. Honoricus quartus Altdaechii inferioris curatorem esse iubet Otonem Boiariae regulum, quod ut deus haud bene verteret Otoni, monachi ominati sunt.

Cap. 12. Caesar deinde in Saxoniam migrat. nam cum imperium per episcopos in orbem iret, uti supra narravimus, Albertus archiepiscopus Premensis tum vice sua defungens, rebus praeerat diutiusque, quam licebat, dominationem retinuit. caesarem per totum autumni hiemisque spacium Gosolariae et in Saxonia detinet, stativa Gosolariae habere persuadet, suo more vivere adolescentem permittit, eundem in sua potestate exclusis conlegis habet nec ex sua classe in alias regiones, sicuti decretum fuerat, remigrare sinit. existimabat suae demptum gloriae atque utilitati, quicquid accessisset alienae. quamobrem caeteri fremere, tributa, vectigalia, censum praeter ea, quae monachorum patres inviti tribuebant, pernegare sumptusque deficere coeperunt penusque in diem coemebatur. aulici praedas agere, pecora abigere, vinum, pabulum incolis vi auferre incipiunt haecque de industria odio Premensis episcopi fiebant.

Principes tandem atque episcopi, Anno Agrippinensis, Eburonardus Treverorum, item caeteri Francorum optimates frequenti senatu Triburiae in ripa Rheni conveniunt. caesarem more adolescentulorum scortari, venari, potare, huiuscemodi voluptatibus aetatem transsigere, iuridicundo, reipublicae negociis nequaquam vacare, ab eodem nobilissimos quosque opprimi, infimos tolli, filias optimatium obscuris, humilibus crepundiis ortis vi in matrimonium dari, praesidia privata comparari, principes neglegi, horum omnium authorem et consultorem esse archiepiscopum Premensem proponunt. idcirco is senatusconsulto, ni caesarem confestim reddat, hostis iudicatur. caesari quoque ad principes venire detrectanti regnum abdicandum esse decernitur.

Caesar perlato atroci nuncio, Gosolaria Saxoniaque relicta ad conventum principum Mogonciacum properat cum Veronardo praefecto praetorio. posteaquam Angilaemos perventum est, comites Veronardi praedas ex agris agunt; incolae, viri, mulierculae convolant, vi armisque id fieri prohibent. Veronardus suis suppetias laturus procurrit,

14 accedisset *B*

1 *Vielmehr 1089; Stumpf Nr. 2894* 3 — ominati sunt *vgl. Ann. Altah. zu 1065 am Schlusse* 6 — rediit, *S. 98, Z. 10, vgl. Lambert zu 1066.*

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

BSB

fit atrox pugna. saltatricula clavam in caput Veronardi impegit; ipse amissis multis, semivivus ad caesarem refertur. tum omnium sententia caesar aut imperio caedere aut amiciciae Premensis renunciare iubetur. sed spacio ad consultandum impetrato, huius consilio clam noctu fugam Gosolariam adornat cumque intempesta nocte regia supellex effertur, in clitellas componitur; principes certiores facti advolant, strictis gladiis consilii talis inventorem circumsistunt, mortem minitantur et procul dubio eundem interfecissent, nisi caesar suo corpore protexisset, regio praesidio domum deduxisset. ita Premensis cum hac contumelia aula eliminatus est. dominatio ad caeteros episcopos per vices rediit.

Caesar paschalia in Nemetum Augusta concelebrat. in feriis supplicationum stella crinita per quatuordecim continuos dies visa est. quinquagenalibus Traiecti caesar Eburonardo Treverum episcopo defuncto in demortui locum Chunradum Phullingensem, praepositum Agrippinensis Coloniae, adnitente Annone pontifice substituit huncque Treveros adeuntem Theodericus urbis praeses, ferox ingenio et aetate, concitato tumultu capit, comites in fugam vertit, resistentes occidit, opes diripit, illum carnifici tradit atque de altissima rupe, tercio, cum bis incolomis evasisset, praecipitari iubet. quo casu demum is exanimatus est Utoque in pontificatu successit. caesar tum Fritesolariae subito morbo corripitur, medici de salute eius desperant, plaerique principum regno inhiant imperiumque iam animo invadunt. sed praeter opinionem omnium caesar vires corporis recuperat, apud Heroveltas quinquagenalia agitat. inde Viridoburgii tercio calendas Iulii (quo die Petrus et Paulus antesignani religionis nostrae devictis spinis reipublicae de divitiis atque gloria triumpharunt) Bertham sponsam suam, filiam Otonis et Adolaedae, Laudis Pompeiae tetrarcharum, solenni ceremonia reginam salutat. Angilaemis deinde in agro Mogontino nuptias facit. eadem tempestate Vilelmius Nordomanus cum Angliis ex Saxonia oriundis atroci navalique praelio conflixit; victor Angliam in suam ditionem redegit. duodecim amplius millia hominum a victricibus copiis desiderata sunt; eorum, qui victi sunt et cecidere, numerus non proditur.

Caesar confectis nuptiis in Boiariam se confert, Reginoburgii hibernat. Gosolariam ad paschalia agenda primo vere petit. dum

11 in — visa est *in A unterstrichen* 27 solemni *B*

11 — non proditur *vgl. Ann. Altah. u. Lambert zu 1066* 14 *Vgl. Vita Conradi archiep. Trev., M. G. Scr. VIII, 214* 27 filiam — Adolaedae *Ekkeh. zu 1067;* Laudis Pompeiae *Ann. Altah. zu 1069* 29 Vilelmius Nordomanus *Ekkeh. zu 1068* 34 — obsequentes essent, *S. 99, Z. 26, vgl. Ann. Altah. zu 1067.*

autem caesar sub tutoribus degit et principes aliis negóciis praepediti sunt, Nordomani per Campaniam, Apuliam, Calabriam, finitimas regiones debachantur, protervas literas caesari scribunt, principibus responsa superba reddunt, mandata procacia referunt, sese scilicet invictos armis fore, utrique imperatori, occidentali et graeco, pontifici maximo fulmine suo adflanti atque anilibus terriculamentis absterrenti vi Italiae portionem abstulisse; haud dubie, quae victricibus eorum manibus parta sint, invitis et Francis, Graecis, Gallis, Italis, sacrificulis romanis retenturos; soli deo inmortali se dicto audientes esse, cunctos mortaleis pro hostibus ducere; qui cum vellent, congrederentur, intellecturos, quid virtute Nordomani possint. Godofridus, praeses caesarianus Italiae, conparato ingenti Teutonum et Longobardorum exercitu, acceptis auxiliaribus copiis a Romanis et Alexandro episcopo hosteis devovente in Nordomanos arma movet, plaeraque omnia castella vi expugnat, capit veteribusque dominis reddit. Aquinum arctissima circumsidet obsidione iamque urbs expugnanda erat, Richardus Nordomanorum dux legati caesaris conloquium expetit, se in potestate caesaris fore iurat. Godofridus soluta obsidione, dimissis copiis domum redit.

Per idem tempus Boiariae proceres, Charini, Austriaci, Norici, Vindelici, civili bello digladiantur, invicem praedas passim agunt, equis deturbant, caedunt, spoliant, villas, agros succendunt, omnia caede, incendiis, luctu complent. nemini tuto iter per Boiariae fines patet. Oto summus Boiorum regulus modo his, modo illis auxilium pollicetur, munera ab utrisque accipit; discordiae mala alit; se demum vere principem fore existimat, si illi dissensione domestica vires suas adtenuarent, qui si opibus valerent, minus obsequentes essent. caesar tum in Saxonia Gosolariae hiemat, rursus gravi aegritudine adfectus, lecto decumbit, sed paulatim convalescit. Enardo mortuo Spirensem pontificatum Honorico Gosolariensi mystae tradit; Rabinogerioni patriarchae Aquileiensi Sigardum epistolarum magistrum substituit; Bibonem scrinio praeficit. posthaec Februario Augustam Rhetiae petit, italicam meditatur expeditionem, sed dissuadentibus principibus in Saxoniam redit. Theodericum, qui Chunradum Treveris pontificem designatum trucidavit, cum sociis proscribit ipseque cum consciis in exilium actus, in Palestinam proficiscitur; quonam gentium abierit, scit nemo.

3 debacchantur *A*, *später* debachari *A u. B*

10 cum — possint *Caes. I, 36* 26 — praeficit *vgl. Lambert zu 1067 u. 1068* 31 — redit *vgl. Ann. Altah. zu 1068* 33 Theodericum — nemo *vgl. Sigebert zu 1068. Nach Bernoldi chron. zu 1073, M. G. Scr. V, 429, 430 ist Dietrich auf der Fahrt nach Palästina bei einem Schiffbruche umgekommen.*

Sub idem tempus Anno archimysta Agrippinensis, Honoricus Tridentinus pontifex, Oto regulus Boiorum iussu Quarti legati cum mandatis in Italiam transsitum faciunt, Italiae regiones lustrant, censum, conventus agunt, ius dicunt. Ravennae ab urbis episcopo convivio excipiuntur, Cathochum pontificem Parmensem obviam officii gratia procedentem benigne adpellant, familiariter salutant; utrisque pontificibus Alexander sacrificiis interdixerat. quocirca caesarianos, ubi Romam venere, quod aditum eorum, quos in numero sceleratorum atque impiorum habendos censuisset, non devitassent, salute non impartivit. verum ubi rationem ipsis constare accepit, eosdem datis acceptisque mandatis absolvit et post paschalia more solenni conventum ecclesiasticum agit. ubi pontifex Tridentinus, qui diripientes res templi sui sub Leone nono occiderat homicidioque pollutus, hactenus ab aris motus fuerat, universis depraecantibus ovili restituitur. Florentinus pontifex et Oto Treverensis archimysta ambitus haereseosque, quam symoniam vocant, postulantur; ille convictus classe pontificum extruditur, hic iureiurando se purgans absolutus est.

Caesariani defuncti imperio principis Roma discedunt, episcopi domos abeunt. Oto in Italia substitit; cum principibus Italiae; quibus se mandata caesaris relaturum praedicat, secreto conloquitur. ei obviam procedit in agro Placentino cum magno comitatu Godofridus. fama iactitatum, Otonem res novas moliri, tentare animos Italorum occulte quaerereque, quos in societatem sceleris adsumeret. porro Godofrido et Italis non fuit consilium incerta pro certis amplecti, pacem cum bello conmutare, fidem flagitio posthabere. idcirco Oto repulsus turpiter ab Italia, in Boiariam rediit. iamque huiuscemodi res tentatae ipsum caesari eiusque amicis suspectum fecerunt proceresque Boiorum cum sua sponte satis insanirent, instigati ab Otone duce suo manus aperto Marte conserere statuunt. in orientali Boiaria, quam Austriam vocant, armatae cohortes turmaeque hostili animo conveniunt. iam teli iactu distabant et hastis sublatis, arcubus tensis ferire destinarant; mox divinitus mutato subito animo, civile detestantur bellum, pax, pax, abiectis armis ingeminant, invicem collachrymantes salutant. Otonis reguli Boiorum insidias moresque communiter incusant, datis dextris, pace confecta, domos abeunt. Vincissolaus tum antistes inferioris Aldaechii moritur. Valcogerion per suffragia communiter, consensu Otonis a monachis cooptatur. at caesar Mogonciaci autumno

1 — Aldaechii moritur *vgl. Ann. Altah. zu 1068* 8 quod — devitassent *Caes. VI, 13* 12 pontifex a civitate Turtun *[Tortona] Ann. Altah.* 24 incerta — conmutare *Sall. Cat. 17, 6* 36 Walkerus *Ann. Altah. zu 1069. Zum flgd.* — interpraetabantur, *S. 101, Z. 21, vgl. diesc.*

BSB

conmoratur, inde in Saxoniam Gosolariam hiematum concedit. ipsa hieme congelatis fluminibus glacie Luticios petit, urbes expugnat, vicos exurit, gentem paludibus septam in ditionem cogit, cum ingenti captivorum numero magnaque praeda victor revertitur.

Inter haec a nobilitate Saxonum, quod latrociniis abstinere, legibus obtemperare, aviditati suae fine dicto pietatem colere cogerentur, in caesarem conspiratum est. principem coniurationis Otonem ducem Boiorum, genere Saxonem, fuisse literis proditur isque susceptis primis partibus caesarem victorem dimisso exercitu cum paucis redeuntem in oppida, quae Luticianis continuabantur, invitat. Chunradum educatorem atque nutricium caesaris, iám pridem inimicum suum, ante cubiculi fores excubantem primo conviciis, deinde armis invadere statuit. Heginonem quendam famulum suum pollicitis in societatem adsciscit; huic ensem tradit, quo caesarem e cubiculo prodeuntem contrucidaret. cum igitur conscii ex composito contumeliis Chunradum adficiunt, forte fortuna amici eius haud imparati, ut participes conspirationis rebantur, adsunt, armis opem Chunrado ferunt. ita consilium caedis frustra fuit; sceleris consortes, ne facinus notaretur, tanta spe destituti, abeunt. nemo tamen praeter conscios, quid sibi hic tumultus velit, intellexit; omnes privatum odium veteremque simultatem, qui mores purpuratorum sunt, interpraetabantur.

Caesar itaque caelesti haud dubie beneficio ab inminente periculo liberatus, paschalia Quintilioburgii, quinquagenalia Agrippinae agit, inde ad conventus agendos in Vangionum urbem concedit, ubi cum Sigardo archimysta Mogontino secretum sermonem habuit. Turogorum gens Hercynia sylva pro nativo muro a Saxonibus, Francis Boiisque antiquis, a Moesiis sive Sorabis Sala flumine separatur. ea sub ditione ecclesiastica archimystae Mogontini censetur neque decimas sacrificis more caeterorum christianorum pensitant. caesar captus inlecebris concubinarum earumque amore occupatus, abhorrebat a re uxoria. hoc ubi sensit Sigardus pontifex Mogontinus, caesari, si Turogos decimas solvere cogat, se discessionem solenni conventu iureque suo facturum pollicetur. grata res Honorico fuit; omnem operam promittit sacerdoti; praedicat se iniquo fato iniisse matrimonium et fascinatum nondum coniugem adtingere potuisse; fama dissipat, ut illa virgo a se integra etiam aduc sit; nec eam diutius habere nec eas tolerare posse

10 Luticimanis *B*

8 genere Saxonem *Ekkeh. zu 1071*, literis: *Ann. Altah. l. c.* 11 *Vgl. Steindorffs Erörterung II, 445* 23 — edicitur, *S. 102, Z. 5, vgl. Lambert zu 1069* 29 caesar — pollicetur *vgl. Ann. Altah. zu 1069.*

BSB

nuptias, unde liberos nullos sibi fore speraret; quocirca decrevisse, ut eam integram conventu celebri itidem reddat, uti acceperit a suis, quo uterque nuptiis auspicatioribus connubio alteri liberum procreandorum causa copuletur. hancque ob causam calendis Octobribus Mogonciacum senatus ecclesiasticus edicitur.

Caesar interea in Boiariam Reginoburgium migrat. uxor eius in Laureacum monasterium in Vangionum agro ablegatur. in Italia Adolaeda socrus caesaris Laudem mandata facere recusantem obsidet, expugnat portisque praeclusis neminem exire permittit, urbem incendit. templa, contubernia monachorum, virginum, viri, foeminae, puellae, aedes privatae, publicae, sacra omnia, prophana igne conflagrarunt. eadem tempestate Godofridus dux obiit, Gothelo filius, qui et Godofridus Gibbosus, succedit. dumque talia fiunt, duodecim amplius Francorum proceres Saxonumque primores, cum Saxoniae incolis, quod praedia stipendiaria, quibus hactenus incubuerant, eis denegarentur, in caesarem conspirant. principes coniurationis rursus Oto dux Boiorum, Theodo et Albertus tetrarchae Saxonum erant. placuit his Turogos in societatem assumere animosque gentis, quam caesar avita libertate dispoliare et in servitutem sacrificulorum redigere conaretur, tentare. Theodo et Albertus aperte rebellionem faciunt; reliqui se amicos caesaris, quo facilius falleretur vel, si victoria potiretur, participibus veniam impetrarent, simulant. Theodo Sechidingonas oppidum Babobergensis episcopi in Turogorum terra invadit, praesidio firmat munitissimo; Albertus Neoburgium occupat; ambo praedia caesarea sibi servire cogunt.

Caesar, qui tum Reginoburgii in Boiaria conmorabatur, quam celerrime potest, in Turogorum fines arma movet. Sigardus Mogontinus episcopus ratus adfore tempus, quo Turogos solvere decimas vi cogat, cum auxiliaribus copiis caesarem insequitur; summa ope hoc bellum praesens administrat. Turogi, qui animum episcopi in se praesenserant, ad caesarem legatos proficisci iubent, qui dicerent, Turogos fidem principi servaturos, imperata oboedienter facturos, unum a caesare petere, ne Turogos de republica bene meritos ludibrio fastuosi antistitis esse et avariciae sacrificulorum direptui patere sinat. malle Turogos mori quam avitam libertatem amittere et in servitutem calvorum effoeminatorum redigi. caesar benigne respondet, Turogos bono animo esse iubet, ipsis opem suam, si modo in fide perseverent,

22 simulabant *B*

6 — nollet, *S. 103, Z. 26, vgl. Ann. Altah. zu 1069* 13 Gibbosus *vgl. Lambert zu 1070* 22 Scidingun, Scidingen *Ann. Altah., Lambert,* Schidingon *Ekkeh. zu 1070; jetzt Burgscheidungen* 24 *München-Nienburg a. d. Saale.*

BSB

pollicetur. posthaec Bicholingonas, oppidum Theodonis, castra movet, primo impetu capit atque, ubi eam urbem diripuit, incendit, solo aequat. inde Sechidingonas obsidione claudit. milites episcopi iussu principis sui consulto in Turogos acrius saeviunt, villas diripiunt, incendunt, agros vastant, pecora abigunt, resistentes trucidant. porro Turogi eosdem pabulatum, aquatum proficiscentes aut denique praedas agitantes capiunt, nullo contumeliae genere abstinent, in crucem tandem agunt. Sechidingones, licet firmissimo praesidio tenerentur, vi expugnati; prima oppugnatione multi caesariani oppressi. Oto regulus Boiariae illi quidem bello interfuit; at quasi spectator, quo fortuna inclinaret, ab exercitu secedit, loco aequo considet, suos in armis continet nec caesari nec hostibus auxilio erat. caeterum Quartus castellis duobus expugnatis iam ad alia infesto contendebat agmine. Theodo et Albertus ubi se impares caesari, a sociis desertos ac plane proditos vident, supplices se caesari absque omni pactione permittunt, praedia, castella reddunt, vitam dumtaxat orant; cuncta ordine consciorumque nomina exponunt. caesar, quod eos sceleris poeniteret, gratiam facit, parte maxima praediorum mulctat. de reliquis coniuratis sumere supplicium supersedet, sapienter delicta dissimulat. nam tot homines nobiles, maximis diviciis, summa potentia, tametsi verum existimabat, reos simul paricidii facere manifesti tum sibi tum reipublicae periculosum fore arbitrabatur, in tali tempore tanta vis hominum magis leniunda quam exagitanda videbatur. pacatis itaque Saxonibus caesar, quo episcopo satisfaceret ab eoque libellum repudii extorqueret, decimas Turogos reddere quidem imperat, verum verbis lenioribus, quasi qui recusaturos cogere nollet.

Inde Mogonciacum ad divortium faciundum transsitum facit dumque eo contendit, fit certior Petrum Damianum, pontificis maximi legatum, ibidem coeptis suis obstaturum esse. proinde in Saxoniam redire in animo habet. aegre tamen ab amicis persuasus Francophori substitit hucque, qui Mogonciaci convenerant, se transferre iubet. quo cum illi frequentes convenissent, flamen romanus Mogontino, si dissidium facere pergat, sacrificiis interdicit, eundem albo pontificum eradit, sacerdotum tribu eliminat. deinde caesarem docet, facinus, quod moliatur, invidiae, quam ferre difficile sit, obnoxium esse; divino humanoque iuri repugnare ipsique perniciosissimum fore. omnium deterrimum esse, qui libidini indulgeat; nequicquam aliis imperare, qui sibi ac

9 illo *A u. B*

1 *Beichlingen bei Kölleda* 19 nam. — existimabat *Sall. Cat. 48, 5;* in tali — videbatur *l. c.* 27 — in Saxoniam migrat, *S. 104, Z. 9, vgl. Lambert zu 1069.* 32 Mogontino — eliminat *vgl. Ann. Altah. zu 1069.*

animo suo imperare nequeat. caesarem ideo a deo constitutum, ideo ei ensem strictum praeferri, ut scelera puniat, non exemplo nimium periculoso committat et norma sit recte beateque vivendi populo, qui fere regenti similis esse solet. praeterea Berthae parentes plurimum in Italia pollere, neutiquam aequo animo laturos filiae contumeliam, quam discessione Italiae vindicare queant; romanum quoque pontificem iniuriam istam reginae factam haud neglecturum. hosce denique mores tanto indignos esse imperio. caesar his et huiuscemodi dictis a legato romano amicisque persuasus, uxorem recipit, cum ea in Saxoniam migrat, ubi proximo deinceps anno filium peperit. at Mogontinus episcopus decimis excidit.

Caesar in Boiariam ad hibernacula redit, Fruxini brumales ferias concelebrat. Voliphoramo Taurisiorum episcopo defuncto in demortui locum Azilonem substituit, Hartovico Veronensi episcopo Husovaritum. paschalibus Nemetum Augustam, quinquagenalibus Moesiam ad conventus agendos petit. Oto Boiorum regulus conscientia obstrepente quiescere non potuit, consilia occulta facit, quoscumque idoneos reperit, praemiorum spe et pollicitis, dolo sibi obnoxios fidosque facit et hoc assecutus, opes factionis iam propalam confirmat, adeo ut caesari hactenus cuncta dissimulanti non ferendus amplius videretur, maxime cum Hegino Otoni intimus, repente mutatus seu poenitentia actus seu obstare deum coeptis credens, ad caesarem ultro profugisset, scelus confessus fuisset cunctaque ordine narrasset. caesar Otonem ad se Gosolariam vocat, quae ab Heginone audierat, spectante populo in corona principum eidem exprobrat eumque inficias euntem domum redire singularique pugna crimen diluere iubet. die dicto Gosolariae Oto quidem adest; sed se caesari, nisi publica fide interposita, committere metuebat. caesar mandat se vero fidem, quatenus per leges liceat, dare illum incolomem, modo insons sit, abiturum. Oto hanc conditionem nequaquam accipit, mox equo admisso aufugit. erant, qui continuo persequendum, in vincula coniiciendum, supplicium de eo more maiorum sumendum censerent. sed Oto amicis eius, qui apud caesarem erant, dicendi mora de industria diem extrahentibus, fuga elapsus est. caesar ubi dolum intellexit, subito frequenti senatu a scriba legem salicam, qua capitale est in principem coniurare, recitari iubet et universos confestim iureiurandi, quo cuncti pro salute reipublicae atque

10 *Vgl. Lambert zu 1071, p. 186, und Ann. Altah. zu 1071 am Schluss* 12 — substituit *vgl. Ann. Altah. zu 1070* 14 Husovaritum *l. c. zu 1069* 15 — complent, *S. 105, Z. 13, vgl. Ann. Altah. zu 1070* 18 *Sall. Cat. 14, 6* 33 dicendi — extrahentibus *Caes. b. civ. I, 32.*

principis astricti erant, admonet sententiamque rogat. omnes in sententiam legis pedibus (ut aiunt) eunt; fit senatusconsultum, Oto hostis iudicatur, proscribitur, bona eius confiscantur, praedia publicantur, Boiaria caesari adiudicatur. caesariani oppida, castella Otonis invadunt, vastant, aedificia, villas, agros incendunt, conburunt. Oto profugus in saltum Hercyniae, Chetilam nomine, fugam capessit, in latebris ac montibus eiusdem sylvae delitescit, socios sibi omnium flagiciorum, facinorum catervam quasi stipatores adsciscit; quicunque alea, ventre, pene bona patria dissipaverat, aes grande alienum conflaverat, postremo quos flagitium, aegestas exagitabat, ad illum convolant eumque ducem nacti, crebro in Turogorum, Saxonum fines erumpunt, praedia ecclesiastica, caesarea igne concremant, diripiunt, omnia incendiis, luctu complent.

Caesar natalibus Christi Babobergomum ad conventos agendos proficiscitur, Veliphoni Lycatio, cuius supra memini, Boiariae ducatum in tutelam committit isque sacramentum caesari dicit, Otonem superiorem, cuius filia sibi desponsa fuerat, socerum iureiurandi religione abdicat, eidem filiam cum repudio remittit. Iuditham Angliam uxorem ducit. eius genus et sobolem in sextum transfero librum. caesar (ut ad rem revertar) Leodii paschalia celebrat, praedia quaedam Stabulensium monachorum archiepiscopo Mogontino donat, sed rursus monachis exposcentibus reddit. quinquagenalia Alberostadii peragit.

Oto Boiaria pulsus Albertum archiepiscopum Premensem, cuius antehac inimicus fuerat, sibi muneribus conciliat. is ergo in solenni sacrificio nunquam instare destitit, ut gratia Otoni fieret, suadere, orare usque adeo, donec perpulit caesarem, ut Otoni praedia gentilicia redderet. quae quidem precario ille possedit, aliis tributa sunt. nihilominus tamen Oto, hominum ingratissimus atque perfidus, cui nullum scelus est, postea rebellionem fecit, maximis cladibus maiestatem populi germani vastavit. ubi misericordia opus, nemo clemens est; viduas, pupillos, inopes, agricolas, cives compilamus, servire nobis cogimus, in hosce levi rumore animadvertimus; ubi nihil opus est clementia, potentibus, latronibus, peculatoribus, qui neque patriae neque famae suae neque diis neque hominibus unquam pepercerunt, ignoscimus dumque paucis scelestis parcimus, bonos omnes perditum imus. sed coeptum prosequar.

Plaerique hoc anno antistites monachorum et episcopi, nempe

6 Chetil *Ann. Altah.* 8 — convolant *Sall. Cat. 14* 14 — exciderunt, *S. 106, Z. 5, vgl. Ann. Altah. u. Lambert zu 1071* 15 *S. oben S. 92, Z. 24 flgd.* 18 Judithan *der Name aus Hist. Welfor. 13.*

Segibertus Hyldesaemensis, Carolus Constantiensis episcopi, Rupertus, Litovalda atque Litopertus praesides Augienses, praesidente caesare, quod candidati munere suffragatores pararant cum hisque interpellantibus pepigerant, ambitus condemnati sunt, sacerdotiis atque dignitate exciderunt. Gerardus tum Mosellanus regulus atque Godofridus inferioris Germaniae satrapes, praeses Italiae, obierunt. successere utrisque filii; illius ducatus Theodorico, huius Godofrido Gibboso, parvo exiguoque corpore, at magno animo, traditur a caesare, qui in hiberna in Boiariam concedit, Reginoburgii Decembris ferias concelebrat. sub idem tempus in Ungaria Goezo et Ladissolaus fratres Solomoni regi Ugrorum, patrueli suo, rebellare nituntur. quamobrem Quartus expeditionem ungaricam parat. quod ubi Ugri intellexere, internunciis episcopis patrueles in gratiam redigunt, Ungariam in treis partiuntur parteis. una Goezo et Ladissolaus potiuntur magnique praefecti atque duces nuncupantur; reliquas rex Solomon retinuit. hoc toto anno in Boiaria conmoratum fuisse caesarem, diplomata templis dedisse, dona mystis fecisse reperio. Honoricus archimysta Ravennae, Husovaritus Veronensis episcopus obiit. illi Vichobertus, huic Bruno a caesare substituitur. Beritholdus Zaringius nova molitur. Oto Boiaria deturbatus in Saxonia rebellionem rursus parat.

Subsequenti anno caesar in Boiaria Babobergomi natalibus Christi, quadragenariae abstinentiae castimonia Aechostadii operatur; ibi Beritholdo se purganti ignoscit. paschalia sacra Reginoburgii perpetrat, quinquagenalibus ad conventus agendos in confinio Boiorum Suevorumque Augustam proficiscitur. inde in Saxoniam, ut tumultum Saxonum, manus avaras, latrocinia legibus et armis cohibeat, contendit. quippe illi authore Otone (de quo saepe diximus et quem caesar convictum condemnatumque procerum iudicio non solum vita, sed et patrimonio donaverat) arma resumpserant, per fas, nefas aliorum bonis inhiabant, sacerdotes, cives, agricolas iuxta opprimebant, dicto audientes non erant, censum nequaquam pensitabant, nulla reverencia imperii ferebantur. ab hac igitur licentia vagandi cum armis praesente caesare maioreque potestate repressi pro factisque iudicium timentes, clam con-

1 Karolus *Lambert zu 1069 u. 1071*, Karlimannus *dagegen Ann. Altah. zu 1071* 5 — caesare *vgl. Sigeberti chron. zu 1070, p. 362, u. Lambert zu 1070* 9 *Vgl. Ann. Altah. zu 1072* 9 — retinuit *nach einer ungarischen Quelle?* 16 *Die Urkunden bei Stumpf Nr. 2753—2755, von denen überdiess die beiden ersten wahrscheinlich Fälschungen sind, zeigen Heinrich nur im Januar und Februar 1072 in Baiern (Regensburg)* 17 — molitur *nach Ann. Altah. zu 1072* 21 — oppugnant, *S. 107, Z. 32, vgl. Ann. Altah. zu 1073* 32 licentia — armis *Liv. 38, 40, 2* 33 pro — timentes *Sall. Cat. 14, 3.*

BSB

ventus agunt, consilia habent, tres proceres ad caesarem cum mandatis mittunt. quorum qui natu maximus erat et armis exercitatissimus, Meginofridus ita verba fecit: ‚nobilissime caesar, aviti paternique regni clarissimus haeres, Saxonum populus, nulli nationi armis et fide secundus, deprecatur te, uti iura avita, libertatem veterem sibi restituas. externi, egentes, infimi quique atque inopes vi opibus nostris potiuntur, indigenas communibus sylvis, pascuis, pecoribus arcent. quod si patrio more nos vivere permittas, nullam Galliarum Germaniarumve nationem tibi devotiorem fore senties.‘ caesar paucis respondet: ‚si qua iniuria adfecti estis, ego sane iure nostro impune abire non sinam. nemo unquam meam opem frustra, modo innocens fuerit, imploravit. quod inopes, viduas, pupillos defendo, pacem servari iubeo, latrocinia, rapto vivere prohibeo, vi ablata restituo, praedones punio, censum ago, officia atque imperii munia obeo et exerceo, non iniuria, sed pietas est. a deo optimo maximo princeps constitutus sum, ensem fero, ut discordiosi atque seditiosi, scelesti quique, sive nobiles sive ignobiles, supplicia luant, boni concordiae atque pacis amatores festa pace fruantur. si quid aliud est, quae populares tui volunt, concilium procerum imperii convocabo; ibi potius iure quam armis disceptandum censeo.‘

Haec ubi Saxonum dynastae accepere, suasu Otonis Boiorum quondam reguli arma corripiunt et concitato magno tumultu, se libertatem armis potius defensuros quam calumniis conpilari, ac plane vaenire vociferantur. haud procul Hercinoburgio, ubi tum caesar epulabatur, castra faciunt. Honoricus nuncios mittit, accersit singulatim quemque hisque parere recusantibus ac minaciter, quae ante pertiverant, postulantibus, quod cum paucis tum ibi degebat et impar tantae multitudini foret, castella sex in ea regione praesidio firmo conmeatuque munit in Franciamque copias coacturus caedit. cumque in Otonem ob perfidiam Boiariae ducatu motum, qui sibi insidias cum longe maioribus viribus in itinere pararat, incidisset, eundem maiestate deterruit, per Franciam in Boiariam evasit. Saxones interim Hennobergomum obsident, oppugnant, sed multis amissis, a caesarianis fortiter repulsi, postea frustra fame ad deditionem cogere nituntur. tandem

6 infimique *B*

1 tres — Meginofridus *scheint A. einer uns unbekannten Quelle zu folgen. Denn wollte man annehmen, dass die Nachricht von drei sächsischen Gesandten an den König nur auf Verwechselung der drei Gesandten des Königs an die Sachsen (vgl. Lambert 197, bestätigt durch Bruno de bell. Sax. c. 27) beruhe, so bliebe doch der Name Meginofridus unerklärt* 23 *Die Harzburg* 27 castella sex *vgl. Lamb. zu 1073, der sie namentlich anführt* 32 *Heimburg bei Blankenburg. Zum flgd.* — conplent, *S. 108, Z. 39, vgl. Lambert zu 1073, 1074, 1075.*

BSB

Eccobertus praefectus praetorio Saxoniae corruptis quibusdam custodibus auro, proditione atque pactione castello potitur. mox Saxones infantis filii regis manes violant, ossa e conditorio eruunt per agrosque spargunt. post haec maioribus copiis, nempe viginti millibus hominum Hercynoburgium, quod trecentorum equitum praesidio tenebatur, obsidione claudunt nec tamen illos neque auro neque dolo neque armis neque fame ad deditionem cogere valent. quin ducenti bis eruptione de improviso facta, magna strage Saxonum edita, incolomes cum praeda ingenti in castellum revertuntur obsidentesque pacem petere cogunt, quam hoc pacto fecere, ut caesar author fieret. inde utrique ab armis discedunt, obsidiones ubique solvuntur; ultro citroque utrimque impune conmeant omniaque pacata videbantur.

Caesar ex Saxonia in Boiariam reversus pacem, quam sui fecerant, confirmat. Ugris, qui Solomonem regem exegerant, bellum indicit. Solomonem maritum sororis suae profugum in Ungariam reducit, Ugros in fugam vertit, superiorem partem regni Solomoni restituit. ibi Russorum regulus a fratre regno pulsus, caesaris, rerum domini communisque orbis terrarum parentis, opem implorat restituique in regnum petit. dum igitur caesar postulatis annuit et ulteriora Ungariae invadere, Roxolanum in Sarmatiam reducere meditatur, pontifices, proceres, gregarii quoque milites auro, muneribus ab Ugris corrupti, dicto audientes esse, ultra procedere recusant.

Accedit aliud malum. Saxones pacem exuunt, fidem rursus frangunt. adolescentuli duo caesariani, qui in praesidio Hercynoburgii erant, Gosolariam arma comparaturi ingrediuntur, confestim a civibus in vincula coniiciuntur, indemnati in crucem aguntur. socii horum, qui Hercynoburgii reliqui erant, contumeliam sibi factam rati, necem innocentium vindicaturi, decem, qui pecus Gosolariensium ut praedones abigant, praemittunt. centum equites in insidiis delitescunt. ubi illos gregem abigere Gosolariam renunciatum est, cives arma corripiunt, senes, iuvenes, equites, patres, artifices, vulgus inconditum, praedam recuperaturi sine ordine ruunt. ubi paululum extra septa urbis progressi sunt, subito equites caesariani prorumpunt, agmen inconpositum civium caedunt, proterunt, in fugam vertunt, fugientes more pecudum inultos trucidant, victores Hercynoburgium revertuntur. hac clade suorum conmoti caeteri Saxones conmuniter arma resumunt. caesarianis bella indicunt. hi fortiter se tutantur, eruptione ex omnibus castellis, quae tenebant, crebrius facta, incendiis, caede, rapinis, luctu cuncta conplent.

26 indemnatique *A*

BSB

Cap. 13. Eadem tempestate, dum talia fiunt, Alexander pontifex maximus moritur. substituitur a senatu populoque et sacerdotibus romanis Hyldebrandus, qui et Gregorius septimus, is statimque praesidi Italiae caesario se lectum literis aperit.

Scripturusque iam reipublicae christianae, occidentalis ecclesiae romanique imperii bella, caedes, homicidia, paricidia, simultates, odia, stupra, furta, peculatus, sacrilegia, discidia, seditiones plus quam civiles, plus quam domesticas, praefandum operae praecium duxi, nos, quemadmodum decet historicum, solam veritatem spectare et ab omni odio atque amore vacuos esse; quippe cui Hyldebrandus et Honoricus, quos narrabo, nec beneficio nec maleficio noti, ut qui ante quadringentos annos, quam ego nascerer, mortui sint. non conquiram chronicariorum, uti vocant, mendacia, quales sunt Vincentius, Antoninus et Iacobus reliquique summularii, specularii, supplementarii et fasciculatii, homunciones perditissimi et indoctorum arrogantissimi, qui cum nihil calleant, omnia tamen profiteri audent. hominum ignavissimi procul a republica, procul a conversatione humana, inclusi antris, aetatem sub umbra et tecto transsigunt, leges historiae nesciunt; nusquam in aulis principum, nunquam publicis negociis interfuerunt, prudentiae civilis, rerum divinarum humanarumque iuxta imperiti. nihil penitus eorum, quae ad inquirenda veterum gesta pertinent et ego in praefatione primi libri conmemoravi, norunt; situm, caelum, qualitatem, regiones, populi mores, instituta, linguam ignorant; tamen mortalium stolidissimi horum scribendorum provinciam sibi summunt, panegyricos, invectivas, clamationes (declamationes volui dicere) impudentissime deblaterant.

Habeo Paulum Beroritum, Gerochum Richobergensem antistitem,

10 vacuum *A u. B* 12 non — deblaterant *in B eingeklammert.*

1 — septimus *vgl. Bertholdi Annal. zu 1073; Ekkeh. zu 1074* 9 solam — noti *vgl. Tac. H. I, 1. Indem Ranke (Werke II, 61) Aventins Streben nach der glaubwürdigen Tradition und nach Erfassung der Historie in ihrer Wahrheit preist, hebt er hervor, dass man gerade die Geschichte Gregors VII. noch heute bei ihm lesen müsse* 13 *Vincentius Bellovacensis, speculum hist.? — Antoninus, Erzbischof von Florenz, † 1459, Verfasser einer bis 1517 achtmal gedruckten Summa historialis sive chronica. — Jacobus de Voragine, Legenda aurea (bes. c. 176 [181]: de st. Pelagio papa)? Alle drei Dominikaner* 26 *Paul von Bernried, der um 1128 eine Vita Gregorii VII. (bei Watterich, Vitae pontif. Rom. I, 474 flgd.) verfasste; Propst Gerhoh von Reichersberg, † 1169. Auffällig ist, dass A. hier nicht auch die zwei von ihm selbst aufgefundenen, auch in seiner Darstellung benutzten Werke nennt: die Vita Henrici IV. imperatoris, die er 1515 im Kloster St. Emmeram entdeckte und 1518 in Augsburg im Drucke ausgehen liess (vgl. jedoch unten, S. 110, Z. 26 u. Anm.) und Walrams oder Waltrams von Naumburg Schrift de unitate ecclesiae, welche er nach dem glaubwürdigen Zeugnisse des Georg Fabricius (Meissener Chronik (1569;*

Augustinianos mystas, in Boiaria ortos. uterque de huiuscemodi discordia perniciosa libros edidit, uterque pars huius tumultus fuit. ille Reginoburgii, hic Augustae primariae aedis sacerdos, ambo rebus Hyldebrandi studuere, quamobrem sedibus pulsi, in exilium acti sunt. extant praeterea in bibliothecis nostris epistolae, diplomata, edicta, rescripta Honorici et Hyldebrandi ultro citroque missa. ego horum instrumentorum publicam sequar authoritatem, utriusque causam sedulo et ex fide perorabo; viciis utriusque (ut homines fuerunt) notandis amicis, in virtutibus praedicandis hostibus credam. nam Honóricum stupris, amoribus, impudiciciae et adulterii flagrasse infamia ne amici quidem negant. caeterum in pauperes, monachos, sacerdotes munificentissimum, constantia in adversis, fide in dediticios, clementia in hostes, pietate, prudentia civili ac militari, eximia specie ac maiestate corporis magnorum operum capaci, quibus eum natura dignata, omneis antecessisse hocque fastigio dignissimum fuisse, etiam inimici fatentur. et Gregorium virum sanctissimum, pervicaciorem tamen extitisse Paulus Beroritensis, qui eius vitam libris duobus conplexus est, et reliqui eius partium acerrimi propugnatores produnt. Gerochus quoque (quo nemo acrius scriptis libris Hyldebrandum tutatus est, utpote qui crimina caesari obiecta, quae apud nullum alium legerim, explicat) tandem suae partis pertinaciam, ne dicam tyrannidem hisce verbis, coactus veritate, notat: ‚Romani', inquit, ‚sibi divinum usurpant honorem, rationem actorum reddere nolunt, nec sibi dici aequo animo ferunt: cur ita agis? illud satyricum inculcant: sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.' quaenam felicitas eius temporis fuerit, vel hinc existimari licebit, quod eius tempestatis inlustris et gravis inprimis ac eloquentissimus scriptor nomen suum prodere non audet. et admodum scite acriterque ad

I, 90) ebenfalls im Kloster St. Emmeram auffand. Vergl. dazu Ewald, Walram v. Naumburg, Bonner Dissertation, 1874, S. 12 flgd. 2 *Dass diess von Gerhoh nicht richtig ist, hat schon Gretser bemerkt, der die auf Gerhoh bezüglichen Stellen der Annalen Aventins abdruckt und mit heftigem Tadel bespricht (Opera, VI, 242 flgd.)* 12 — fatentur *vgl. Ekkeh. zu 1106* 14 *Paul. vit. Greg. 84* 17 *Wir kennen nur eine Vita Gregorii von Paul v. Bernried und diese ist nicht in zwei Bücher getheilt* 19 *Gerhoh handelt im 1. Buche seines Werkes de investigatione Antichristi von dem Streite zwischen Gregor VII. und Heinrich IV. Vom 6. Capitel an (vgl. Stülz im Archiv f. österr. Gesch., XX, 129) hat Gretser l. c. 245 diesen Abschnitt veröffentlicht* 20 *Gerhoh ed. Gretser p. 250; vgl. unten S. 119, Z. 4 flgd. Bruno's Buch über den Sachsenkrieg, wo ähnliche Beschuldigungen gegen Heinrich ausgesprochen werden, kannte A. nicht* 22 *Wie Gretser l. c. 242 gegen Aventin bemerkt, bezieht sich diese Stelle Gerhohs nicht auf Gregor VII., sondern auf das Schisma zwischen Alexander III. und Victor* 24 *Iuv. VI, 223* 26 *A. meint den Biographen Kaiser Heinrichs* 27 ad — crimen *vgl. Vita Henr. imp. c. 1.*

factiones, ad fraudes, ad scelera, inquit, perventum est; vera scribere periculum, falsa crimen.

Hactenus pontifices romani comitiis curiatis, calatis, a sacerdotibus, equitatu, plaebe, senatu per omnium generum suffragia electi fuerant idque tum ratum fuisse reperio, si imperatores romani authores fierent, qui illos sicut alios episcopos ad concilia iure suo evocabant. caeteros quoque universos pontifices, monachorum, mystarum magistros, ex consilii decreto, comitiis centuriatis, per suffragia purpuratorum, more maiorum, imperatores per Germanias, Galliam, Teutonicam, Italiam, romanum orbem, sicuti in Carolo Magno conmemoravi, capiebant. sanctissimi patres, quemadmodum Christus dominus et deus noster, comites et legati eius fecerunt et alios docuerunt, caesares in terris a deo secundos, ante omneis mortales primos, a supremo numine datos, divinitus constitutos, ab inmortali deo electos et (ut illi vocant) coronatos venerabantur dominosque suos vocare solebant. eisdem tributum, censum non denegabant, pro eorum salute quotidie compraecabantur. imperata detrectanteis, tanquam caelesti providentiae resistentes, videri contra pietatem christianam fecisse decernebant, grande nomen esse imperatoris a deoque tradi praedicabant. reipublicae turbellis, nedum armis ut milites Christi se non inmiscebant. paupertate et modestia cum caeteris christianis decertabant; quo quisque submissius se gereret, hoc maiorem esse sentiebant. ensem ancipitem gladiumque duplicem christianae civitati datum ad servandum vivificandumque, non occidendum esse putabant eundemque spiritalem adpellabant, qui est sermo dei, vita et lux hominum et mortuos ad vitam revocat, ex hominibus deos, ex mortalibus aeternos facit. tantum abfuit, ut illi vel regum quempiam vel impium vel Arrianum regno pellere, eidem sacrificiis interdicere, populum sacramento solvere tentarent atque regna evertere, sanguine humano se polluere, pro principatu cum christianis decertare sibi permitterent. vicissim hos principes sicuti parentes animorum communes amabant.

Gregorius septimus, qui et Hyldebrandus, fretus armis Nordomanorum, qui tum per Apuliam, Calabriam, Campaniam, quas vi occuparant, debachabantur, confisus etiam opibus Mathyldae mulieris impotentis et discordia Germanorum, primus contra morem maiorum, contempta imperatoris authoritate, pontificatum maximum occupavit. utramque personam sibi impositam esse a Christo, se quodcunque, ut

37 utranquam *A*

10 *S. oben Bd. II, S. 466, 467, 497, 501* 12 caesares — secundos *Tert. Ap. 173* 13 — electos *Ro. 13, 1* 17 — decernebant *Ro. 13, 2.*

liberet, ligare; solvere posse, iactitare, utramque personam agitare, occidentem adserere, omnem potestatem in se transferre, neminem parem, nedum superiorem ferre, iusta aliorum diminuere, caeteris ius atque honorem praeripere, cuncta in se transferre, caesares, reges, augustos ut praecario regnantes flocci facere, pontifices, episcopos in ordinem redigere, devovere, capite deminuere, lites, bella concitare, discordias serere, factiones confirmare, iureiurandum, pacta, sacramenta solvere coepit. etiam si iniuria vel ipsum caesarem adfecerit, tamen se metui oportere, in quadam gloriatur epistola, utpote qui errare non possit et a Christo domino servatore nostro Petroque acceperit potestatem, ut solvat ligetque, utcunque libeat.

Tum mores ambitione avariciaque corrupti paulatim invaluere, tempora periculosa coepere, quae nobis cavenda Christus servator noster, Petrus ac Paulus longo ante tempore probe cantarunt. tum illa, quae de Sylvestro et Constantino vulgo inculcantur, et alia plaeraque, quae ob modestiam christianam referre pudet, non minus imperite quam impudenter mendaciterque conficta sunt; simulata religio, species pietatis invasit. compilationes, nundinae sacrorum irrepsere et sacrosancta philosophia humanis commentis, fabulis anilibus a sycophantis callida interpraetatione pollui, corrumpi, violari coepit adeo, ut sine multorum pernicie religio sancta procurari et ad pristinam maiestatem restitui non possit. ante haec occidentaleis christianos deus parens indulgentissimus per alienos a religione, nempe Saxonas, Hunnos, Nordomanos, Venedos, Longobardos, Ugros, verberibus, flagellis, ferula saepius ac crebro continenterque castigavit. nunc vero velut ab irato patre neglecti atque exhaereditati, more malorum (ut vulgo dici solet) geniorum, invicem peius Turcis, per quadringentos amplius annos saevimus, cantantibus classicum, qui prohibere deberent, fallimus, decipimus, circumvenimus, defraudamus, trucidamus, in viscera ferrum convertimus. nostrae libidini relinquimur, nostro vivimus arbitrio, superbe, avare, impune agimus, deum inmortalem mendacii arguere non erubescimus.

Atque is Hyldebrandus, qui et Gregorius septimus, primus imperium pontificium condidit, quod successores per quadringentos quinquaginta continenter annos invito mundo, invitis imperatoribus adeo auxere, ut inferos superos in servitutem redegerint atque sub iugum miserint atque cuncta fulmine perterritent.

12 — pergam, *S. 113, Z. 12, in B eingeklammert* 26 exhaeredati *A* 29 dicepimus *B*

9 epistola *vgl. Paul. vit. Greg. 78* 14 *Petr. 2, 3; Paul. 2, Tim. 3*

Quo bruta tellus et vaga flumina,
Quo Styx et invisi horrida Taenari
Sedes Atlanteusque finis
Concutitur, mutant ima summis.

utcunque libet, de caelo ad inferos praecipitant, rursus ex inferis ad astra tollunt, iam imperator romanus nihil amplius, adpellatio modo est sine corpore, sine specie. tametsi ex arbore fructus cognoscatur et nemo ex spinis colligat uvas et miles signum tribuni sui agnoscat, nobis tamen ante tempus non licet ullum iudicare, sed cum summa potentia, maximo caelestis sapientiae studio, secundum divi Pauli praeceptum expectandum est perpetuum aeterni praetoris edictum. sed ut me hoc fasce molestissimo quam celerrime levem, reliqua exequi pergam.

Sacerdotes illa tempestate publice uxores sicuti caeteri christiani ducebant, filios procreabant, sicuti in instrumentis donationum, quae illi templis, mystis, monachis fecere, ubi hae nominatim cum coniugibus testes citantur et honesto vocabulo presbyterissae nuncupantur, invenio. caesar tum, quemadmodum in Carolo Magno et iam explicavi, episcopos, pontifices, antistites, monachorum magistros, virginum maximas suo iure capiebat. et ut homines, non dii sumus nihilque est ex omni parte beatum, eveniebat interim, ut et honorarium scribis pro diplomate, xenium suffragatori condonare necesse foret. Gregorius septimus ubi pontificatum maximum adeptus est, sacerdotes illos Nicolaitas, hos Symoniacos adpellat, eosdem devovet, ambitus, incestus condemnat, curia sacerdotum movet, scribit deinde caesari, ducibus, principibus, dynastis, tetrarchis, maxime Beritholdo Zaringio, Rudolpho Suevo, Veliphoni Boio, Adaloberoni et uxoribus horum atque mulieribus caeterisque, quoscunque idoneos credidit, item episcopis, praecipue Otoni Constantiensi, sacrificulis, populo, ut superiores mystas velut sceleratos atque impios devitent, eorum sacrificia, conloquia, sermones, convivia, balnea, supplicia haud aliter quam contagionem fugitent; illos salutare resalutareve maximam impietatem esse docet; iisdem parere, si sibi non pareant, aes ecclesiasticum reddi vetat.

Gravissima itaque seditio gregem Christi perculit nec unquam talis lues populum Christi adflixit. mystae adversus pontifices, populus

1 *Hor. C. I, 34* 7 — uvas *Matth. 7, 16; 12, 33* 9 — iudicare *1 Cor. 4, 5* 10 *2 Tim. 4, 1?* 12 hoc — levem *Verg. Ecl. 9, 65* 16 *In den Ebersberger Traditionen; Oefele, Scr. II, Nr. 82 u. 100* 17 *Vgl. oben S. 111, Z. 10 u. Anm.* 19 — beatum *Plin. n. h. praef. 18. Hor. C. II, 16; vgl. oben Bd. II, 399, 33* 22 *Vgl. Ekkehardi chron. addit. zu 1074, p. 201* 24 *Diese Schreiben hat Paul v. Bernried in seine Vita Greg. aufgenommen, wo sie A. benützte; ed. Watterich p. 490—495* 26 *Bei Paul hat nur die Adresse des Schreibens an Adalbertus den Zusatz:* et eius uxori.

adversus initiatos saevire, omnia divina humana permiscere coeperunt. viri, mulierculae, ut quisque maxime avarus, ambitiosus aut invidus erat, bella et lites, odia amabat, levi admodum suspiciuncula excitatus, sacerdoti suo resistendi, bona templi diripiendi ansam praeripiebat, populares, sacerdotulos, qui uxores habebant, flocci faciebant, religionem polluebant, sacra temerabant, lustrica aqua passim expiabant, decimas igni concremabant, sacrosanctam hostiam (horresco referens) a mystis, qui coniuges habebant, consecratam in lutum abiiciebant pedibusque conculcabant. tales enim non esse sacerdotes neque sacrificare Hyldebrandus docebat. hincque occasione arrepta multi falsi prophetae nebulas offundunt, fabulis, miraculis (exempla vocant) a veritate plaebem Christi avertunt, sacras literas interpraetando suo negocio servire cogunt. porro paucissimis Veneri bellum indicentibus, quibusdam castitatem iactantiae quaestus ergo simulantibus, maxima pars sub honesto castimoniae nomine stupra, incestus, adulteria passim et impune committunt; alii verbis quidem ambitus crimen abominantur, sed plus auri sub magna pietatis superficie, dum se gratis dare cuncta iactant, corrasere plurisque sacra venumdedere.

Et tu, vigilantissime Gregori, quidnam faceres, si te fortuna ad nostra tempora servasset et nunc demum natus esses, quando amare, potare, stupra, incestus committere, vim puellis inferre, virgines viciare, alienas permolere uxores adeo, ut cauda salax sacrificulorum in proverbium vel vulgo protritum abierit, munus sacerdotale censetur; quando divitias, opes ambire, sacerdotia cauponari, sacra nundinari et quasi defectos caballos iuxta commune dictum commutare ius est et longinqua consuetudo. vulgo dici saepius audio: ceremoniae cum pontifice, ara cum sacrificulo, templum cum aedituo, universa venalia sunt. a pontificibus minoribus, quos sacrificos vocamus, sexcenti exiguntur aurei nummi, in tantum, ut quosdam hoc munus obiisse poenituerit et quosdam designatos rursus, quod non esset, unde avaricia romanensium corvorum satiarent, abdicasse norim. foenus, quod ab aliis pontificibus redditur, quotannis a templis abraditur, maius est, quam ut a me, licet numerorum abaci perito, numerari queat. tum symonia tibi, Gregori, erat, nunc absentiam, confirmationem, annatas ac nescio quibus aliis nominibus nuncupari audio.

Caesar, ut huc, unde abivi, redeam, ubi ea, quae in Saxonia fiebant, audivit, ex Ungaria in Boiariam revertitur, Bathaviam, inde

19 Et — audio *in A u. B eingeklammert.*

7 horresco referens *Verg. A. II, 204* 36 *Zum flgd. vgl. Lambert zu 1074 und 1075, bes. p. 217 flgd.; Bertholdi Ann. zu 1075, p. 279?*

Reginoburgium petit. Babobergensem episcopum ambitus condemnat, albo pontificum eradit Rupertumque substituit. inde cum robore Boiorum atque equitatu Vangionum, Suevorum et Luthareorum in Saxoniam contendit. ubi fines hostium adtigit, Saxones, posteaquam se peti cernunt, decem principes legatos in castra caesaris supplices legant. hi episcopos, tribunos, duces ambiunt, precatores sibi parant, se deliquisse in caesarem confitentur, diem conloquio postulant, ubi haec controversia sententia principum componatur. caesar, ubi ista ad se ab amicis delata sunt, annuit postulatis. ubi die dicto proceres imperii consedere, Saxones caesarem incusare incipiunt, se iniuriis coactos, invitos ad arma trahi, patrias leges sibi ablatas, avitam libertatem vi ereptam esse proponunt. quae si reddantur, se fore in potestate caesaris pollicentur. duces antea a Saxonibus corrupti Saxonas aequa postulare censent caesarique renunciant, nisi aequa petentibus annuat, se, cum castra moveri et signa ferri iusserit, non fore dictis audientes nec adversus Saxonas arma laturos. hisque dictis discedunt, deinde paulatim dilabi atque domos abire coeperunt.

Saxones, quasi iam iugum caesaris excussissent, castella, quae a caesarianis tenebantur, invadunt, obsidione arcta claudunt. solum Hercynoburgium, quod praesidium firmissimum intus erat, non ausi circumsedere, montem urbi proximum occupant; mille atque ducentos armatos ibi locant, qui aditum prohibeant, eruptione atque conmeatu hosteis arceant. caesar nihil discessione principum doloque Saxonum territus, cum sex millibus, quorum maior numerus Boiorum, Suevi atque Franci perpauci erant, tamen suis subvenire statuit. magnis praemiis quendam persuasum ignoto habitu per Saxonas penetrare iubet cum literis ad suos, qui Hercynoburgium et caetera castella tenebant; hos hortatur, ut forti animo sint, fortiter faciant, se quam primum cum exercitu adfore hostiumque castra oppugnaturum. caesariani hoc accepto nuncio laeti undique de improviso erumpunt, custodes, vigiles trucidant, Saxonas caedunt, fundunt, insidiis annonam vehentes circumveniunt, carros cum iumentis et pecoribus abigunt.

Caesar iam in Saxoniam penetrarat, suis suppetias ferre properabat. Saxones obsidionem solvunt, cum caesare aperto Marte confligere statuunt. undique milites, equites, cives, agricolas cogunt castraque haud procul a caesare faciunt. sexaginta millia fuisse perhibentur. erat acris hiems fluminaque acuto gelu constiterant et plaustris veluti

1 — contendit *vgl. Ekkehard zu 1075* 15 — laturos *Caes. b. G. I, 39* 25 — perhibentur *Quelle? vgl. Caes. V, 48, 49* 36 *so bei Caesar; Lambert, p. 207, hat 40,000.*

BSB

continente transsibantur. plaerique frigore interierunt. caesar promovet castra, proxime hostes considet, copias pro castris educit, aciem instructam habet, ut, si vellent Saxones praelio contendere, eis potestas non deesset. quod si pugnam detrectarent, castra expugnare decrevit. at Saxones castris suos continent nec copiam dimicandi faciunt. ubi hoc caesar intellexit, in castra suos, postridie hostium castra oppugnaturus, reducit. posteaquam id Saxones sensere, abiectis armis excalceatique supplices in castra caesaris veniunt, veniam petunt, se peccasse confitentur, se cunctaque absque ulla pactione in fidem caesaris tradunt. Honoricus supplicibus gratiam facit; citra sanguinem tanto potitus triumpho Saxoniam perlustrat. Gosolariae conventus agit, ius dicit, responsa legatis, vi ablata dominis, patrias leges Saxonibus reddit; eos ab armis discedere, pacem servare sancit; oppidis praesidia subducit; portas urbium, quae metu belli hactenus clausae fuerant, reserari iubet. pacata itaque Saxonia in Franciam revertitur.

Caeterum Saxones abductis copiis metu et periculo liberati, authore Otone, Boiariae regno exacto, universi rursus adversus caesarem conspirant, castella eius praesidiis vacua de improviso invadunt, expugnant, diripiunt. Hercynoburgium, ubi caesarea gaza erat, supellectile regia direpta evertunt. templum, ubi mystarum virginum conlegium erat, solo aequant, sacerdotes pugnis verberant, vestibus exuunt, in mortuos saeviunt, sacra sepulchralia polluunt, liberum caesarianorum ossa effodiunt per agrosque spargunt. Saxoniam frequentibus castellis muniunt, templis passim ignem iniiciunt, cuncta incendiis, caede conplent.

Principes, ubi se dolo delusos esse a Saxonibus taliaque eos perpetrasse accipiunt, ultro caesari operam suam pollicentur, eundem ad vindictam concitant. caesar Gregorio septimo pontifici maximo crudelitatem perfidiamque Saxonum aperit postulatque, ut pro se oret et hosteis reipublicae divinae providentiae resistentes contra christianam religionem facere decernat. Gregorius interea caesarem ab armis discedere iubet, se legatos missurum ad Saxonas respondet. verum caesar, cui cognita erat ferocitas atque perfidia hostium, veritus, ne invalescerent inimici, non conmittendum putavit, ut suos desereret, spacium ad vires augendas hosti crudelissimo concederet, bellum vitando aleret et, quod inferre posset, accipere cogeretur. copias igitur ex omni Germania propere cogit. Rudolphus dux Sueviae atque Burgundiae,

15 reserare *B* 25 complent *A*

1 caesar — intellexit *vgl. Caes. b. G. I, 48* 23 *Vgl. Vita Heinrici IV. imp., M. G. Scr. XIV, 272* 35 bellum — cogeretur *Curt. VII, 7, 17.*

Velipho Boiorum praeses, Arionistus orientali Boiariae limiti praefectus, Godofridus Germaniae atque Luthareae inferioris inter Mosam atque Rhenum rector, Theodericus Mosellanus, superioris Luthareae legatus, Vestophali, Frisii, Boiemi cum valida manu ad caesarem contendunt isque in Saxoniam intento infestoque exercitu proficiscitur. Saxones autem, posteaquam certum nuncium de exercitu caesaris adventantis accepere, et ipsi cum omnibus suis sociorumque copiis obviam Quarto pergere, libertatem armis tutari, cum caesare confligere statuunt. comparato igitur ingenti ex omni Saxonia numero in Turogorum fines procedunt, Unisotardum flumen transseunt, in altera ripa castra faciunt, ibi adventum caesaris expectare constituunt.

Honorici deinde ferratae acies apparent compositoque agmine pedetentim pugnandi copiam facturi caesariani procedunt. erant autem Boii, Suevi atque Burgundi cum ducibus suis Veliphone et Rudolpho; nam Quartus cum caeteris in subsidiis subsistebat. neque Saxones certamen detrectant. primus Rudolphus, deinde Boii, Velipho atque Arionistus equis calcaria subdunt, in hostium cuneum, ubi confertissimi erant, impetu quam maximo possunt, provolant; hastis, telis, clavis, arcubus resistenteis prosternunt. fit praelium anceps, Saxones fortiter resistunt, nemo pedem refert, utrimque multi occidunt. ex nostris Arionistus Austriacus, Albertus et Theovalda dynastae, in Saxonum parte Gephardus Saxoniae regulus, pater Lutharii imperatoris, cum pluribus occidit. mox caesar, qui cum reliquis copiis in subsidiis erat, cum recentibus atque integris in hosteis partim lassos defatigatosque, partim saucios irrumpit, obvios quosque prosternit, aciem conturbat, Saxonas caedit, fundit, tandem in fugam coniicit ipsique abiectis armis, relictis signis passim in fugam effunduntur. ingens vis pulveris excitata caesarianos paulisper remorata est conspectumque hostium abstulit. multitudo ad Unisotardum flumen fugam intendit amnemque pars nando, pars pedibus vadoque transsierat. Godofridus iussu caesaris, ne hostibus colligendi sui spacium daretur, caedenteis insequitur, proterit, trucidat; cum venissent ad superius flumen, in aquam propellit, opprimit. magno numero interfecto flumen hostilibus cadaveribus oppletum, quasi ponte coniunctum transsit. eos, qui iam altera ripa potiebantur, non minori clade adfecit noxque finem sternendi fecit.

2 Antoripensis *am Rande in A*

10 *Die Unstrut. Für die Schilderung der Schlacht bei Homburg vgl. bes. Lambert zu 1075, p. 226 flgd.* 21 Albertus: Engilbertus comes *bei Lambert 227;* Theodovalda: *Markgraf Dietpold vom Nordgau? Derselbe fiel jedoch erst in der Schlacht bei Melrichstadt 1078* 22 *Vgl. Otton. Fris. chron. p. 246.*

Boiemi Saxonum castra diripiunt, conmeatum intercipiunt, caesos stratosque spoliant. accepere hoc vulnus Saxones aerae christianae anno millesimo super septuagesimum quintum, quinto idus Iunii, qui tum dies septimanae quartus erat, a Mercurio cognomen habens apud Romanos, Teutonas vero a meditullio dictum. Rudolphi virtus ac opera hoc praelio commendatur, eidem palma tribuitur. caesar post-haec receptui canit, copias in castra reducit, virtutes pro concione collaudat, munera largitur, corpora caesorum humari, saucios curari iubet. deinde totam Saxoniam vastat, templa quidem immunitate donat. caeterum agros, vicos exurit, pecora omnia abigit, oppida, urbeis, arces expugnat, resistenteis obtruncat. pars Saxonum de oppidis demigrant, finibus excedunt, uxores, liberos suaque omnia in sylvas deportant, se in solitudines ac paludes abdunt; pars ad caesarem supplices veniunt seque dedunt. caesar principibus discedendi potestatem facit, paucis secum retentis. latebras sylvarum, uligines paludum ubique penetrat; pontifices, tribunos, duces in ditionem redigit.

At Saxones contempta caesarianorum paucitate rursus rebellionem faciunt; rursus quoque caesar agmina Luthareorum, Francorum Boiorumque accersit hique celeriter mandata faciunt, in Saxoniam incolomes ad caesarem perveniunt iamque caesar aut excisurus aut perdomitaturus gentem perfidam, coniunctis copiis castra metatur. Saxones frequentes cum omnibus principibus, episcopis, maioribus natu adhibitis, adoperto capite excalceatique in castra veniunt, caesaris pedibus accidunt, absque omni pactione deditionem faciunt. caesar authores omnes seditionum partim in exilium agit, partim arcta custodia adservari iubet pacataque, ut rebatur, Saxonia in Franciam redit. Agrippinensibus mortuo Annone Hyldulphum pontificem designat.

Dumque talia in Saxonia geruntur, Ugri quoque rebellionem faciunt, imperatori bellum indicunt, Solomonem regno deturbant arctaque custodia excruciant. Goezonem, patruelem eius, regem, fratrem eius Ladissolaum praesidem salutant. uxor Solomonis, soror Honorici, in Boiariam evasit. caesarem ergo ungaricam expeditionem meditantem, quem vi armisque insuperabilem esse Saxones senserant, dolo, insidiis adgrediuntur. exules quoque partim fuga, partim custodibus pecunia corruptis in Saxoniam revertuntur, rursus coniurant, rebellionem facere parant, quoscunque moribus aut fortuna novis rebus idoneos credunt, per se, per alios, pecunia, literis, nunciis, pollicitis sibi conciliant,

17 — redit *vgl. Lambert zu 1075, p. 231 flgd.*; — pollicetur *S. 120, Z. 14, vgl. Vita Heinr. p. 272, 273* 27 — designat *l. c. zu 1076, p. 241; Ekkeh. zu 1075* 28 — excruciant *vgl. Sigebert zu 1075* 31 — evasit *nach Lambert p. 247?* 36 — conciliant *Sall. Cat. 39, 6.*

BSB

famam caesaris gravi et perenni opprobrio et ad omnium convicia exposito laedunt.

Crimina (quorum ne nomina quidem Gallis Germanisque nota sunt et quae ab eo, qui imperatores Suetonii legerit, conficta esse necesse est) Honorico obiectant, legatos Romam ad cives, pontificem maximum mittunt, qui dicerent avarè superbeque imperari, nullum pauperem, nullum inopem audiri, lasciviam, superbiam, avariciam pro aequitate, iure et iusticia invasisse; praetores, apparitores, scribas, tineas muresque aulicos trahere, rapere; paucorum potentiam invaluisse; horum arbitrio cuncta agitari, pecuniam vi exigi, a fanis quoque tolli, penes eosdem opes, pecuniam, gloriam, magistratus esse; iusticiam, sacerdotia, pontificatus, provincias, cuncta venalia esse. illum, qui notior sit flagitiis quam nomine, venari, lascivissimum gaudiis corporis deditum esse, neglecta republica non modo in concessis permissisque voluptatibus temperantiam non servare, sed etiam ea scelera designare, quae vix referri audirive, nedum credi fas sit. greges puellarum et adolescentulorum, sacratarum foeminarum, sacrificulorum choros praetorium frequentare hosque ali publica annona, horum consilio episcopos, mystas, monachorum praesules ovibus Christi imponi. praeterea illum non solum alienas constuprare uxores, sed etiam (honor sit auribus) sorores incestasse, uxorem suam vi, sede arte ad id facta, prostituere, Veneris sacrificia, ubi amator iuxta amicam consideret moxque extincto lumine iniret, perpetrare. aedes sacras profluvio genitali polluere hisque mysteriis etiam pontifices declarari conmemorant. proponunt deinde imperium beneficium esse urbis aeternae. proinde hortantur atque petunt, ut caput orbis terrarum, pontifex populusque romanus iure suo dent operam atque una secum rempublicam administrent decernantque ex consilii decreto et coetu principum, qui regnet atque tanto imperio, iusticia atque sapientia inclytus dignus sit. plaeraque huiuscemodi missa facio; illud praeterire non possum, statim tum hos versus divulgatos esse:

Abbatissarum reginarumque subactor,
Propter adulterium sumpsit episcopium.

3 — conmemorant *nach Gerhohi de investig. Antichristi c. 10, 11 (ed. Gretser p. 250, 251), nicht ohne einige Zuthat; auch sind bei Gerhoh die Beschuldigungen gegen Heinrich nicht den Sachsen in den Mund gelegt* 6 avare — imperari *Curt. IV, 7, 1;* lasciviam — invasisse *Sall. Iug. 41, 3; Cat. 2, 5* 9 trahere, rapere *Sall. Iug. 41, 5;* — invaluisse *Cat. 39, 1* 10 penes — esse *Iug. 31, 9; 41, 7* 12 cuncta — esse *Cat. 10, 4* 13 gaudiis — esse *Iug. 2, 4* 20 hon. s. aur. *Curt. V, 1, 38* 32 — pereat *nach Gerhoh l. c. 251 E. Gretsers Behauptung (p. 243 A), dass diese Verse bei Gerhoh nicht auf die Zeit Heinrichs IV. sich beziehen, ist nicht richtig.*

Mundi Roma caput, si non ulciscitur illud,
Quae caput orbis erat, cauda sit et pereat.

Grata admodum Gregorio, alioqui faciles aures vituperantibus atque criminantibus caesarem praebere solito, istaec fuere; tanto cardine rerum nequaquam cessandum arbitrabatur; quippe sibi persuaserat tempus opportunum venisse, quando romanos flamines a servitute vindicaret, imperatoris iugum, eius opibus deminutis, excuteret, authoritatem antiquaret, omnem potestatem in se transferre liceret itaque principatum pontificalem confirmaret. nihil speciosius videbatur, quam sublato metu neminem mortalium formidare et, ut liberet, ecclesiastica libertate perfrui atque esse imperatorem, cuius arma, vis non metuerentur, ut qui arbitrio romani, pontificis precario dumtaxat regnaret. Gregorius ergo haec mente obversans, Saxonum animos verbis confirmat, sibi hanc rem curae futuram respondet. se propediem in Germaniam profecturum, concilium totius imperii in certum diem indicturum, ubi conmuni consensu de huiuscemodi rebus agitetur, pollicetur: itaque dimissis Saxonibus ipse plenus spei, haud tamen inscius, quid inceptaret, quam difficilem rem moliretur, Mathyldam primariam Italiae foeminam, filiam Bonefacii locupletissimam, crebris conloquiis, familiari consuetudine sibi devovet. deinde Nordomanos, quibus formidolosa potentia caesaris erat, socios sibi adsciscit. nempe hi Campaniam, Calabriam, Apuliam, Magnam Graeciam vi occuparant; ne hisce locis a caesare armis pellerentur, metuebant. ne coeptum in nervum erumperet, sensim fortunam Hyldebrandus tentare statuit.

Primo Hagnam augustam (quae in paucis post diebus obiit et sepulta est Romae in templo divae Petronellae), deinde eius prolem Mathyldam matrem et cognatam caesaris adhibet. hisce praesentibus sorices, tineas, purpuratos aulicos, universos a consiliis Honorici fulmine suo adflat, tonitru suo attonitos facit. idem caesari, nisi hosce omnes aula procul a se eliminet, sermones, aditus eorum devitet, interminatur. nuncios caesaris obiecta crimina a Saxonibus confutaturos conatibusque eius obstaturos in vincula coniicit, frigore, fame, siti excruciat, per urbem circumductos Roma pellit, in Germaniam abire praecipit. haec caesar refert in epistola, quam ad archimystam Agrippinensem dedit, idque facinus plaerisque mystis, senatui populoque romano displicuit. quamobrem Hugo flamen romanus cum literis in Germaniam mittitur. is ubi eo venit, voluntate caesaris et Segifridi

4 tanto — cessandum *Verg. A. I, 672* 13 animos — futuram *Caes. I, 33* 23 ne — erumperet *Ter. Phorm. II, 2, 11* 26 *Ekkeh. zu 1056, p. 198* 34 *Vielmehr an Bischof Altwin v. Brixen; M. G. Leg. II, 48 (vgl. Stumpf, Reichskanzler Nr. 2791)* 36 *Zum flgd. vgl. Lambert zu 1076.*

BSB

Mogontini pontificis in Vangionum urbe quinquagenalibus concilium cogit. interfuere omnes episcopi Galliae, Germaniae praeter Saxōnas; lectae sunt frequenti senatu epistolae flaminum, primorum populi romani, in quibus Hyldebraudum ambitus et periurii accersunt, eundem plaeraque avare, superbe facere conqueruntur hocque reiecto alium pastorem postulant. fit patrum consultum huiuscemodi: Hyldebrandus, qui se Gregorium nuncupat, primus sine consensu nostro adversus imperatoris romani, rerum domini a deo constituti voluntatem, contra morem maiorum, contra leges, contra auspicia pontificatum maximum, quem pridem ambivit et iudicio convictus perpetuo abiuravit, invasit. monachus, quo genere hominum (sicuti vulgo aiunt) nihil contumacius esse solet, quicquid in mentem venit, aequum, iniquum per fas nefasque perficere conatur. desertor est, novis dogmatibus sacrosanctam philosophiam adulterat, divinas literas falso interpraetando suae causae servire cogit, concordiam conlegii scindit, sacra, prophana, divina, humana conmiscet, utrumque iuxta polluit. diabolis, hoc est, acerbissimorum hostium spurcissimis criminationibus, iniquorum maledictis aurem conmodat et credit. testis, iudex, accusator, inimicus idem est. maritos ab uxoribus separat, scorta pudīcis coniugibus, stupra, incestus, adulteria casto praefert connubio, populares adversus sacerdotes, vulgum adversus episcopos concitat. neminem initiatum rite esse docet, nisi qui ab eo sacerdotium emendicaverit atque ab eius aurisūgis mercatus fuerit; vili plaebeculae gratificari studet, vulgi imperiti auram captat, simulata religione decipit, defraudat, circumvenit; in senatulo muliercularum de sacratissimis religionis mysteriis pertractat, supremi numinis legem, qua se idem quoque ligavit, solvit. utrumque et imperium et pontificatum, sicuti Decii et falsorum deorum cultores factitare consueverunt, usurpat, utriusque personam, quasi larvae lemuresque agitat. crimen irreligiositatis laesaeque maiestatis conmittit, sacratissimo caesari optimoque principi a Christo deo optimo maximo delecto et coronato vitam simul cum regno, quorum neutrum dare habet, aufferre connititur. hasce ob causas sanctissimus imperator, pontifices, senatus populusque christianus illum Hyldebrandum abdicandum, sibi eundem non placere neque oves lupo conmittendas censent. huicque decreto non solum Germaniae Galliaeque, sed Italiae quoque episcopi, conventu Ticini acto, subscripsere iuraruntque, se nunquam pontificem maximum istoc nomine recepturos. caesar quoque et Hyldebrando et sacerdotibus populoque romano binas scribit literas, imperat

11 quo — conatur *in B eingeklammert* 32 aufferre *sic A u. B*

2 — Saxonas *Ekkh.*; — relinquant, *S. 122, 3, vgl. M. G. Leg. II, 44—49*

38 *Vgl. M. G. Leg. II, 46, 47.*

BSB

ex consilii decreto, ut ille ad privatam redeat vitam, hi deserto Hyldebrando, pastorem more maiorum sibi deligant atque manus quidem ab Hyldebrando abstineant supremique praetoris tribunali relinquant.

Inter haec Gregorius, ubi ista agitari, per Saxonas et eos, qui rebus suis studebant, comperit (cognita ipsi erat romani populi infirmitas et quod avidus novarum rerum esset) Romae concionem in templum vocat, cum sacerdotibus, equitatu, plaebe, senatu agit. ‚caput mundi', inquit, ‚Romani, rerum domini, victor gentium populus, et imperium et pontificatum, in quos libuerit, transferre potest, sicuti ante ducentos et septuaginta quinque annos a Graecis in Germaniam transtulit. quemadmodum militem ignavum imperator exauthorare potest, ita militi ducem iniustum deserere licet. vestrum munus est, Quirites, vestrum est beneficium, vestro sanguine atque sudore partum tantum imperium, quod bonum faustum felixque sit. mecum, filii charissimi, decernetis, quinam Romae posthac regnarit; nec me superstite rex libero populo, quem non crearit, imponetur.' posthaec Gregorius millia talentum quindecies viritim distribuit. ea a Nordomanis et Mathylda contributa fuere. opes quoque ecclesiasticas, quibus hactenus pauperes alebantur, militibus et rei bellicae peritis largitus est. quod et Hyldebrandini Gerochus et Paulus non inficias eunt et hic tanquam benefactum excusat et id licere defendit. Romanos ergo hoc donativo oppigneratos speciosoque nomine libertatis inescatos Gregorius facile ad se a caesare deficere persuasit.

Dum autem talia fiunt, Rulandus sacerdos Parmensis literas imperatoris, concilii decretum deferens, aedem sacram ingreditur, et absque omni salutationis honore: ‚tibi', ad Hyldebrandum inquit, ‚caesar noster christianissimus, sanctissimi Italiae, Germaniae, Galliae episcopi, sacer orbis christianus praecipiunt, ut te munere, quod astu, pecunia, gratia occupasti, confestim abdices. nec enim fas est, invitis illis te adversus authoritatem imperatoris, contra christianae ecclesiae decretum ovili dei ultra incubare'. deinde ad caeteros versus: ‚pientissimi', inquit, ‚fratres, pastorem iure vestro deligite; deinde sacratissimus consul, tribunus et princeps vester, more maiorum author fiet. iste enim Hyldebrandus neque pastor neque pater neque pontifex, fur est, lupus, latro atque tyrannus'. vix haec fatus erat, Joannes Portuensis prosilit; capiatur, capiatur, ingeminat. fit tumultus, urbis praefectus et caeteri

4 Saxones *B* 6 rerum *fehlt B* 22 que *fehlt B*

18 — largitus est *vgl. Waltrami, ut videtur, liber de unitate ecclesiae conservanda (recogn. Schwenkenbecher; Scr. rer. Germ. in usum scholar. ex M. G. hist. recusi) l. II, c. 2, p. 42 flgd.* 20 *Vgl. Gretser l. c. 243* 24 — evasit *vgl. Pauli vit. Greg. 69.*

BSB

Parmensem gladiis strictis circumsistunt in temploque confodere parant. ille vix ope Gregorii (ita Paulus refert) evasit.

Posthaec pontifex multis verbis amarissime in caesarem perorat, flagitia, quibus a Saxonibus inustus erat, aperte dicit, crimina memoriter recitat. tum ab omnibus, uti mos gentis est, adclamatum: ‚inmanis tyrannus a fastigio rerum deturbetur; truculentissimus reipublicae et ecclesiae hostis, sacro ense cum sociis et consultoribus feriatur; atrocissimum facinus ferro recidatur; alius, qui romano imperio dignus sit, substituatur'. gallina tum Romae ovum serpente quasi arte caelatum peperit. Gregorius posteaquam illiuscemodi dicta sunt, ovum imperium, serpentem regem, qui Romae domicilio imperii conterendus sit, interpraetatur. multa deinde de innocentia et potestate sua praefatur. dein divum Petrum adpraecatur his verbis: ‚tibi, sanctissime Petre, et nobis, tuis successoribus deus omnipotens dicit: quodcunque ligaveris super terram, erit et ligatum in caelis. quocirca, qui tuae aedis amplitudinem attenuat, dignus est profecto, ut dignitatem amittat, splendorem perdat. equidem hacce potestate fretus functusque tua vice, eidem, qui ecclesiae tuae obtemperare recusat, unitatem scindere studet, execratos non fugit, sacris regnoque interdico, ut plane intelligant omnes mortales, quod tu sis Petrus et super hanc petram, qui tu atque tui successores sunt, Christus, filius dei vivi, aedificaverit templum suum, adversus quod ne inferi quidem invalescant'. postremo, ubi huiuscemodi multa Gregorius dixit, concionem, ut bono animo sit et se Christo propicio fortiter ad resistendum sacrilego, lascivo, temerario, iniusto, imperito, superbo, avaro, crudeli, impuro iuveni paret, cohortatur. Nordomanos, Mathyldam, Saxonas armis invictos divi Petri rebus studere; alios haud dubie fulmine sacro attonitos causam iustiorem secuturos, beatos denique esse proponit, qui persecutionem patiantur.

Post haec concilio dimisso sexcenta fulmina, totidem tonitrua, diram grandinem (bullas adpellant) in Galliam, Germaniam, Italiam mittit. docet a se regem, qui christianam philosophiam contemnat, templum dei subvertat, haereticorum author sit et consecraneus, execratum regnoque abdicatum. omnes, qui in eius verba religione adacti iurarint, sacramento solutos esse commemorat. exinde se maiorum vestigia, patrum scita, placita magistrorum ecclesiae, legem divinam, summum caelestis thesauri ius se insequi, Christum dominum deumque nostrum divo Petro, eius successoribus, romanis episcopis, censuram

37 se *sic A u. B*

2 *Vita Greg. ed. Watterich, p. 512* 9 *Vgl. Paul l. c. 511 flgd.*

totius orbis humani detulisse eosdemque celitus constitutos censores esse, qui iudicarent de moribus, de curia caelesti atque spiritibus aeternis, nedum mortalibus. in arcanis sacrae historiae contineri, divina oracula esse: tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et portae inferi non praevalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni caelorum; quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis; item quodcunque solveris super terram, erit et solutum in caelis. nemo omnium, inquit Septimus ,ne reges quidem atque imperatores hic excipiuntur. recitat inde veterum gesta, ubi legamus Hyldericum a romano pontifice non ob flagitia, sed quod inutilis foret, regno amotum Francosque iureiurando, quo illi astricti erant, a primario urbis sacerdote absolutos, ab eodem Pipinum regem substitutum esse. imperatoribus Theodosio, Arcadio, Philippo, Anastasio Ambrosium, Innocentium, Constantinum, Anastasium episcopos sacris interdixisse; addit in gestis divi Petri contineri, eius, cui pontifex maximus infensus sit, sermonem, conspectum tanquam dirae contagionis pestem vitandam esse. proinde concludit: qui quidem animam suam salvam esse velit, regi devoto per sacrosanctam religionem audiens dicto non sit, immo universi imperata mandataque detrectent rebellionemque faciant.

Cap. 14. Saxonas quoque veteres amicos Gregorius magnis muneribus explet. neminem spernendum, neminem contemnendum esse decernit; quaecunque potest, largiendo, pollicendo parare nequaquam cunctatur. scinditur in contraria populus germanus studia. principes apud Oppenaemos, oppidum superioris Germaniae Rheno continuum, coeunt. pars, sicut Hugo Elisatius ob egestatem atque inimicicias (nemo enim est, qui omnibus placeat aut denique hoste careat) omnia misceri bello, ubi ditarentur ac vindictam summerent, omnia Marte, cui cuncta licent, ardere avebant. Rudolphus Burgundionum ac Suevorum regulus, senectute venerabilis, domi forisque praeclarus, caeteris principibus bonis artibus praestans, cui soror caesaris nuptum conlocata erat, cum Beritholdo Zaringensi genero suo cum hostibus (quos tamen maxima clade pro caesare, fratre uxoris suae, pugnans adfecerat) spe regni inescatus, sentire coepit. Velipho quoque dux Boiorum nova molitur. Segifridus Mogontinus archimystes,

7 celitus *sic A u. B* item — caelis *fehlt B*

4 *Matth. 16, 18 flgd.; 18, 18* 9 *Vgl. Gregors Schreiben v. 15. März 1081; Jaffé, Bibl. II, 458 u. Waltram l. I, c. 2* 21 veteres — explet *Sall. Iug. 13, 6* 23 quaecunque — cunctatur *l. c.* 24 — studia *Verg. A. II, 39* 25 *Zum flgd. vgl. Lambert p. 253 flgd.?*

BSB

Herimanus Mediomatricum, Albertus Vangionum episcopus, Villelmius Hirsunensium druidum antistes, in Boiaria Reginoburgii a puero in templo divi Haemerani educatus, insignis eius tempestatis mathematicus, Alemanus, genere Saxo, Bathavensis pontifex, cum Gephardo Suevo, Iuvavensium pastore, Adaloberone Boio clarissimis natalibus orto, Viridoburgensium primario sacerdote, condiscipulis suis (quippe eodem tempore Luthetiae Parisiorum literis operam dederant) sub toga et censura sanctissimorum patrum melius quam sub armis et strepitu forensi caesarum tranquillitati et reipublicae christianae consultum iri arbitrabantur.

Atque hi omnes, quos conmemoravimus, ad Saxonas sine cunctatione, deserta caesaris optimatiumque causa deficiunt, ad praetextum mutatae voluntatis religionem obtendunt, Honoricum conmuni consilio abiurant, se perpetuo eius fore hostes, quoad vita suppetat, iureiurando sanciunt. postea arma capessunt, caesari insidiantur, eius rebus studentes oppugnant. omnia tumultu, cuncta terrore et luctu conplentur; caedes, incendia fiunt; insontes et qui neutri parti favebant, qui fidem regi servabant, rebellare recusabant, pacem et ocium bello praeferebant, armis se conmiscere abnuebant, Symoniaci, Nicolaitae, haeretici adpellantur, proscribuntur, in sceleratorum numero habentur, aris, sacris, convivio, conloquio, suppliciis, conspectu a coniuratis arcentur, sacerdotes, monachi, episcopi, fratres germani, amici, cognati, adfines, liberi, parentes, miles, tribunus, herus, famulus, pueri, puellae, coniuges, populus, princeps inter se discordant, dissentiunt, publice, privatim altercantur, rixantur, pugnant, belligerantur, invicem mutuis vulneribus, caede, paricidio, incendiis, rapina conflictantur. agri vastantur, fana spoliantur, aerarium diripitur, fiscus exinanitur, villae incenduntur, aedes igne concremantur, urbes, castella vi expugnantur, leges silent, arma fervent, omne ius in viribus est. quicquid victori collibuisset, victus patitur, virgines rapiuntur, liberi a conplexu parentum avelluntur, matres familiae vi constuprantur; terra, flumina humano cruore rubescunt. animae cum corporibus intereunt, ad inferos raptantur, aeternis suppliciis mactantur.

Viridoburgenses, Vangiones, Mediomatrici, Bathavi, Saliburgenses episcopos suos exigunt, quod contra instituta maiorum civibus suis suadebant solenne fidei polluere, cuius Germaniae populos patientissimos esse inter inlustres gravesque rerum authores, licet hosteis nostros,

2 *Vgl. Vita Willihelmi Hirsaug., M. G. Scr. XII, 211* 5 *Vgl. Vita Gebehardi archiep., M. G. Scr. XI, 37* 6 *Vgl. Vita Adalberonis ep. Wirziburg., M. G. Scr. XII, 130.*

BSB

convenit. pastores igitur illi extorres, sine lare, sine ovibus errabundi, destituto ovili ad Saxoniam tandem se conferunt. plaerique tum privatim, publice indignum facinus clamitant. pro concione Gregorio maledicunt, Hyldebrando male precantur; ipsum odio atque libidine dominandi praecipitem agi vociferantur, Antichristum esse praedicant. pietatis sub specie, inquibant, debachatur, honestis nominibus bonum publicum simulat, titulo Christi negocium Antichristi agitat. in Babylonia in templo dei sedet, super omne id, quod colitur, extollitur; quasi deus sit, se errare non posse gloriatur. in excolenda gloria sua, pertinaci spei atque concupiscentiae imperatoris suo arbitrio constituendi se devovit. homines non peccatis, sed lege Christi atque sacramentis solvit, pacem atque pietatem religionis nostrae labefactat, bella, seditiones concitat; stupro, caedi, periuriis, perfidiae, rapinis, incendiis indulget. non solum ad ambitionem suam occulendam fabulas conminiscitur, annales corrumpit, res gestas invertit, sed etiam caelestia oracula adulterat, divinas literas falso interpraetando suae libidini servire cogit, sacram historiam lacerat, inter mulierculas de sacris philosophatur literis. quicquid dixerit, legem dei putat, ad aviditatem suam incongrua conquirit testimonia, sententias depravat, ad voluntatem suam scripturam trahit repugnantem. nimium sibi de Pharisaeorum supercilio summit, ut quosque damnare vel solvere arbitretur, cum apud deum non sententia sacerdotis, sed vita hominis quaeratur. praeterea Hyldebrandus ille divinae maiestati refragatur, christianissimo principi divinitus constituto et a deo inaugurato resistit; versutus, fallax, obscurus, callidus imperium orbis titulo Christi sub ovina pelle ambit. alios, pecudes ignavas, stultos, stipites, caudices, asianos, qui eius sycophantias vaframentaque non intelligant, putat. huc omneis nervos intendit, ut duce gregis oppresso in ordinemque redacto in oves desertas praesidio imperatoris licentius impuniusque grassetur. si omnis potestas a deo est, maxima quoque, nempe caesarea ab eo sit, necesse est. Christus, cum eum populus rebus imponere conaretur, aufugit et duos de haereditate ambigentes, qui eum arbitrum coeperant, ad caesarem, cui imperium orbis terrarum conmissum est, ablegavit. pontificibus quoque Iudaeorum praecipit: reddite, quae sunt caesaris, caesari, cui vectigal solvit, tributum divus pependit, censum dedit. idem nos divus Petrus docet: deum timete, regem honore adficite. divi Pauli praeceptum est: fidem regi servate. quod si quis-

6 honestis — simulat *Sall. Cat. 38, 3* 7 in Babylonia — extollitur *2 Thess. 2, 4* 31 — aufugit *Joh. 6, 15* 32 — ablegavit *Luc. 12, 13* 34 — caesari *Matth. 22, 21* 36 *1 Petr. 2, 17* 37 *Gal. 1, 8* Pauli: *Tit. 3, 1?*

BSB

piam caelitum aliter docuerit, devotus esto. flagicium huiuscemodi Hyldebrandi inexpiabile, scelus hactenus inauditum, procul ab orbe germano abigendum ense (quem imperator supremus ad vindictam malorum caesari tradit) resecandum, lupus sub ovina pelle saeviens ferro tollendus. Septimus ille non verbis et disputationibus, sed vinculis et carcere fatigandus est. nempe dictum est a Christo deo optimo maximo Petro, eius successoribus, romanis episcopis: vade retro, sathana, offendiculum mihi es; et qui gladium acceperit, gladio pereat.

Posteaquam autem pontifex romanus haec accepit, ut hanc invidiam leniret, adversarios placaret, suos confirmaret, episcopis, ducibus, praefectis, universis Teutonibus christianam religionem defendentibus ita modestius rescripsit: ‚etsi ea, quae fecimus, bene, recte sapienterque in celebri Romae coetu, summa prudentia, summo consilio gesta sunt, tamen accepi, nos contra pietatem christianam egisse videri plaerisque, qui egregium sane facinus velut ab odio et livore, ab superbia atque aviditate profectum carpunt, abominantur. quamobrem rationem actorum reddere, rem ordine explicare placuit. teste conscientia nostra nihil invidiae, nihil simultati, nihil ambitioni datum est. quicquid hactenus actum est, amore divinae iusticiae feci. dum aduc privati essemus, vocabamur amici parentum regis, quem crebro ac frequenter et amice literis familiaribus commonuimus, uti resipisceret; eundem per nataleis clarissimos, per avitam paternamque gloriam et virtutem, per salutem, vitam ac maiestatem imperii saepius obtestati sumus, ut rumorem de eius sceleribus (quae deus prohibeat, ut edere in vulgus velim) dissipatum falsum esse factis coargueret. idem sollicitius ponificatum maximum adepti, iam communis eius animi parens factitavimus. ipse itidem subinde nobis rescripsit; aetatem, fortunam, potentiam paucorum, qui summam imperii obtinerent, excusavit. idcirco purpuratos quosdam, quorum consilio sacerdotia, pontificatus, contubernia monachorum venibant ac lupi templis, non pastores praeficiebantur, repetundarum postulavimus, condemnavimus. postremo illos in malo obstinatissimos execravimus, Honorico, uti illos aula, praetorio, curia, sermone exigeret, praecepimus. verum enimvero tantum abfuit, ut nobis recte consultanti obtemperaverit, uti omnes Italiae, plaerique Galliae atque Germaniae episcopi eius suasu atque instinctu iugum divi Petri a Christo cervicibus ovium impositum excusserint, censuram romanorum pontificum reiecerint. et ut paucis summam scelerum illius

3 — tradit *Ro. 13, 4* 8 *Matth. 16, 23; 26, 52* 9 — reducam, *S. 128, 35, vgl. Gregors Schreiben vom August 1076 bei Paul von Bernried, Vita Greg. p. 517—521.*

explanem, primo eos, quos captae pecuniae accersivimus, in numero sceleratorum impiorumque conputavimus, devitare noluit. deinde non solum nullam prae se fert spem resipiscendi, sed subnotari etiam a quopiam suos mores gravi et iniquo patitur animo. postremo templum divinum dissensione labefactare, unitatem ecclesiae altercatione dividere, discordiae mala serere studet. neque precibus neque minis ad bonam frugem conmovetur. hasce ob causas eundem a societate sacrosanctae concionis amovimus, ex albo christianorum erasimus, ut, qui sponte recte facere negligit, hac contumelia coactus officium suum et, quod se dignum est, faciat. siquidem ipse servari (quod deus avertat) non vult et omnino ad perniciem suam per praeceps tendit, nos, qui pastores eius et rationem deo de eius anima reddituri sumus, desidiae atque socordiae convinci ac perinde perire nolumus. quod si utique quispiam non tam iudicio, quam morbo animi nos uti nostramque sententiam iniustam esse existimarit, si talis est, ut doceri queat, sacras literas, decreta magistrorum ecclesiae consulat, veterum annales nobiscum evolvat. comperiet pro certo, nos plus aequo iustoque humaniores, ne dicam segniores fuisse, quamquam neminem omnium esse credam, qui mecum animo dissentiat, tametsi quae sentiat, palam eloqui forsitan non audeat. enimvero si ille a nobis iniuste hoc fulmine adflatus foret, tamen eum supplicem venire oporteret, veniam atque piaculum, quo solveretur, petere. proinde, pientissimi filii, qui magis deum quam homines timetis, qui iusticiam regi, veritatem irae praefertis, bono estote animo, labore, patientia, factis fortibus vires exercete, bonis praeceptis obtemperate, fortiter adversus insanos facite. magnae curae magna merces est. inmortalis imperatoris parteis defenditis, qui, si coepto, quoad vita suppetat, perseveraveritis, inmortalitate, praemio virtutis vestrae, vos condonabit. equidem perpetuo deum optimum maximum deprecor, ut vobis virtutem praestet, regem ad sanitatem redire cogat. tunc plane intelliget me et vos longe eum magis amasse, maioremque gratiam ab eo inibimus quam illi, qui animo indulgentes assentando, palpando, adulando perversam gratiam gratificantur. si ille resipuerit, omnium, quae adversus me gesserit, oblivionem decernam et consilio vestro cum eo in gratiam redibo in templumque divinum reducam'.

Sub idem tempus idem Gregorius Saxonas sociosque certiores facit, Romanis concilium Augustam indictum displicere; tantam rem

35 divinam *A u. B*

36 — liceat *vgl. Paul l. c. 523; Greg. ep. 17 (Jaffé, II, 542).*

Romae (ubi penetrale religionis nostrae, sedes et domicilium imperii sit) transsigendam esse; se tamen, licet invitis Romanis, Mantuam, quae Mathyldae pareat, profecturum, ubi bene inter bonos agier liceat. mittuntur igitur a coniuratis ad Hyldebrandum Manegoldus Veringensis dynasta, frater Herimani historici, Ariobertus mysta cum aliis compluribus, qui pontificem maximum in Germaniam deducant.

At caesar cum animadverteret se his calamitatibus nequaquam medicari posse et tot hostibus resistere, nedum illos perdomitare, difficile fore, nisi cum pontifice maximo in gratiam redeat, ut tantulo impendio ingens victoria staret, in Italiam transsitum facit. Canusium, ubi tum Gregorius erat, absque cultu regio pergit, nunciare pontifici iubet, caesarem adesse, ut pacem cum eo faciat bonorum virorum arbitratu et salvo rerum statu. scilicet ne sanguis christianus effundatur neve stupra, incendia, paricidia, praedae (quae licentia etiam belli iusti impune committuntur) in populo dei fiant, edantur, unum postulare, ne contra fas iusque maledictis acerbissimorum hostium magis quam innocenti sibi credatur. optimum quemque vituperationibus vulgi imperiti, nedum inimicorum expositum esse, praecipue eum, qui in rerum fastigio quasi inlustri loco et theatro conlocatus omnibus pateat. ita humana sunt, nemo est, qui universis conplaceat. Gregorium quoque vulgo male audire atque castigari, quod familiarius frequentiusque secreto et in occulto, quam tantum pontificem deceat, cum Mathylda conloquatur. Saxonum legati, qui praesentes erant, intercedunt; ne pax fiat, summopere laborant. quamobrem toto triduo caesar in conspectum pontificis non est admissus. at Hugo monachorum Cluniacensium antistes, caeteri boni minis, praecibus hortari, suadere, orare, terrere, quovis modo instare, vociferari, pervicaciam hanc tyrannidem adpellare non destitere, donec pepulere, ut Gregorius consentiret et cum Quarto hac lege, ut is imperii insignibus in certam diem abstineret, in gratiam rediret.

Quemadmodum in arcanis sacrae historiae est et apud gravissimos illustreisque rerum authores constat, principes cuiusque gentis ad terrorem malorum, quo sanctiores, venerabiliores augustioresque forent, insignia quaepiam imperii sumpsere. ita apud Romanos fasces duodecim cum securibus, totidem apparitores iguemque, qui imperatoribus praegerebatur, sacra principatus fuisse reperio, sicuti apud Persas

24 intercaedunt *B* 35 apparatitores *A*, appararitores *B*

2 licet — Romanis *vgl. Lambert zu 1077* 4 — deducant *vgl. Paul l. c. p. 526, 527* 5 Erkinbertus *bei Paul* 7 *Zum flgd. vgl. Lamb. zu 1077, p. 257 flgd.* 10 Canusium — rediret *Paul c. 89.*

aureum solis simulacrum, Hebraeos unctionem, germani imperatores apud proavos nostros hastam, coronam spineam, clavos (quibus Christum servatorem nostrum excruciatum constat) insuper ensem, purpuram, diadema Caroli Magni progerere secum solebant, sicuti aduc nostro aevo praefectus praetorio, quem merosalicum, hoc est, maiorem aulae nuncupamus, strictum ensem caesari praefert; illa imperator Segimundus caesar augustus avorum memoria Noreiobergae condidit, ubi quotannis conceptis feriis magna populi, qui undique coit, frequentia monstrantur. antiqui imperatores secum veluti peculiaria sacrosancti imperii penetralia caesareaeque maiestatis auspicia circumferebant. Noreiobergenses ad Aquas Graneas, quando designatus princeps de se consuli superos iubet et solennibus ceremoniis inaugurari solet, deportant.

Caeterum Gregorius adhibita Mathylda et Adolaede, primariis Italiae foeminis, caesarem sacrificio, dape caelesti, epulo pontificio coenaque saliari veluti pignoribus redintegratae amiciciae excipit. Honoricus secum pontificem in gratiam ex animo syncereque rediisse credens, in Italia aliquot dies commoratur, rebus italicis conponendis operam navat. inter haec Gregorius in Germaniam ad coniuratos, Veronardum flaminem romanum, diaconum, Veronardum Massiliensium monachorum praesulem, Christianum quendam, theologum professione, suscepta legatione proficisci iubet Saxonibusque rescribit: ne molestum ipsis sit, quod cum Quarto reconciliatus sit, quem magis obnoxium criminibus reddiderit et caelesti curiae, non tamen regno, unde auspicato Romae destitutus, restituerit, nec enim quemquam inauspicato et invitis liberis dominari oportere. haec ubi Saxones et socii eorum accepere, cum legatis pontificis romani apud Variochamos in confinio antiquae Franciae veterisque Boiariae, medio itinere inter Noreiobergam Babobergomumque coeunt, 10 kalendas Martii Rudolphum, Suevorum et Burgundionum ducem, regem hac lege salutant, ut comitia pontificalia abiuret, clientelas episcoporum abdicet neve velut haereditario iure filios suos successores declaret. diadema deinde capiti Rudolphi circumdant, a Gregorio missum; illi inscriptus erat hic versiculus:

PETRA DEDIT PETRO, PETRVS DIADEMA RVDOLPHO.

20 Massiliensem *B*

19 — iubet *vgl. Paul l. c. p. 527* 27 *Forchheim. Vgl. hiezu Paul p. 529 flgd. Die Wahl Rudolfs fand aber nach diesem und Berthold am 15. März statt* 32 — Rudolpho *nach Sigebert zu 1077, p. 361 oder Otto Fris., Gesta Frid., p. 357.*

Posthaec legati Septimi, quos supra nominavi, Romam redeunt, pontifici renunciaturi, eius auspicio novum creatum esse principem. interim Segifridus Mogontinus archiepiscopus et Rudolphus Mogonciacum (caput tum Germaniae Galliaeque censebatur) migrant dumque Segifridus quinto idus Martii, qui dies erat media (ut vocant) quadragesima, Rudolphum inungit, fit tumultus, cives arma corripiunt, Segifridum et Rudolphum tanquam perfidos fidei ac caesaris desertores proditoresque urbe exigere connituntur. miles Rudolphi plaebem armis excipit, complures in templo trucidat, alios in fugam vertit; aedes sacra sanguine humano polluitur. perpetrato sacrificio episcopus et Rudolphus palatinas aedes occupant coenantque: mox Mogontini arma resumunt impetuque facto obtruncatis Rudolphi militibus faces in praetorium inmittunt idque exurere cum scelerato tyranno, sacrilego episcopo (ita vociferabantur) conantur. Segifridus et Rudolphus beneficio noctis sibi consulunt in Saxoniamque elabuntur.

Rudolphus ducatum Sueviae Burgundiaeque Beritholdo Zaringio genero suo tradit conlectoque partium suarum exercitu Viridoburgium, caput antiquae Franciae, arcta obsidione cingit. Adaloberonem episcopum a civibus, sicut diximus, exactum, quem secum adduxerat, restituere contendebat. Beritholdus, gener Rudolphi, in Suevia, Lithulphus et Velipho in Boiariae regno novarum rerum avidi sub specie pietatis arces, oppida, vicos, agros, praedia caesariana impugnant, vastant, episcopos, proceres, nobiles, ignobiles, sacros, prophanos, cives, paganos, quibus charior fides quam pecunia atque alia omnia erant, infestant, cuncta caede, incendiis, luctu complent. dum talia in Germania fiunt, caesar certior fit fama, crebris nunciis, itidem literis amicorum, quo periculo respublica sit. quocirca in Germaniam redire parat, verum omneis angustias Alpium sibi praeclusas offendit. tandem per Venetiam atque Aquileiam, inde per Noricum atque Vindeliciam regnum Boiariae intrat. Lithulphum cognatum suum Charionum ducatu movet. Charinis Honoricum, Odagrium, Ozionis filium, Stiriis praeficit. inde Reginoburgium pervenit, ibi substitit. hostes audito praeter spem caesaris adventu, subito metu perculsi, obsidionem solvunt, in Saxoniam non tam discedunt quam aufugiunt, episcopi arces impositas Alpibus petunt. caesar Veliphonem, summum Boiariae principem, Neoburgii obsidet, capit, in deditionem redigit, arcta custodia

1 *S. 130, Z. 20* 3 — conteudebat, *vgl. Ekkeh. zu 1077, p. 202? Bertholdi Annal. p. 292?* 5 & 6 in media quadragesima *Berthold. Diess war aber der 26. März* 19 *Vgl. S. 125, Z. 34* 29 *Sigebert l. c.* 36 — iubet *woher diese auffällige Nachricht? Wollte man annehmen, dass sie aus einem Missverständniss*

adservari iubet. inde Viridoburgium petit, cives collaudat, ipsis gratias agit praemiaque largitur.

Adaloberoni, Gephardo, Alemanō, licet comitiis hostilibus interfuerint, gratiam facit, eosdem ad desertas oves redire iubet, pascere gregem creditum suo iure imperat. at illi, tantum abfuit, ut recte monenti pacemque ultro offerenti obtemperarint, ut ea, quae summa tranquillitate, pace caesaris citra sanguinem retinere licebat, multa caede, cruore ovium, clade, rapina miseri gregis, sceleribus pluribus emere maluerint, et caesarem ne videre quidem a longe, nedum salutare voluerunt; tanta pertinacia partium fuit. caesar Reginoburgium in Boiariam redit. cumque videret hostes non solum saluti suae insidiari, sed etiam neque modum propriae vitae neque rationem periculorum habere, dummodo se tollerent, ut augustior foret se suosque auspiciis regiis tutaretur, acerbitate hostium coactus, cultum caesareum, imperii insignia resumit. Vindeliciam superiorem et Norici partem continuam, per quam Athesis, Isacus, Oenus amnes decurrunt, Arionulphum Damasium cum Alberto Iringoburgensi procurare iubet, Noricum Iuvavense Burgardo et Beritholdo fratribus Moseburgio oriundis committit, inferiorem Boiariam ad utramque Danubii ripam et quatenus Boiemiae continuatur, Friderico et Asovino Bogiis, filiis Hartovici, commendat. inde Sueviam petit. Beritholdum principatu deturbat, Hugonem, copiarum eius ducem, in vincula coniicit, castella, oppida hostium expugnat, moenia diruit et solo aequat. Beritholdus ubi resistere non potuit, aegriditudine animi expirat. caesar Suevis imponit Fridericum ex Stuphio Baebelicaque oriundum eique dat in matrimonium Hagnam filiam suam.

Perdomita Suevia, Boiaria victor Reginoburgium revertitur, amicis animum reddit, inimicis terrorem iniicit. multi, qui ab eo, quod

der Hist. Welfor. Weingart. c. 13, p. 461: quem *[i. e. Sigefridum]* tandem . . in civitate sua comprehensum in vincula iecit *[i. e. Welfo dux]*, *stamme, indem A., flüchtig excerpirend, etwa quēm auf Welf bezogen und als Subject den kurz vorher genannten Heinrich IV. sich gedacht habe, so bliebe doch das Neoburgii unerklärt; auch hat A. an anderer Stelle (lib. VI, c. 1) diese Nachricht der Hist. Welfor. richtig wiedergegeben. Für die Annahme einer verlorenen Quelle spricht auch das in Z. 15—21 folgende* 17 *Graf Arnold II. von Diessen; Adalbert von Eurasburg (bei Wolfratshausen). Was hier von den bairischen Grossen berichtet wird, scheint auf eine uns unbekannte Quelle zu deuten, wofern nicht etwa die Angabe von Arnold von Diessen nur kühn aus dem ‚nobilissimus bellator imperatoris', M. B. VII, 38, jene über Askwin von Bogen aus der Schrift De advocatis Altah., M. G. Scr. XVII, 373 gefolgert ist* 23 — expirat *vgl. Ekkehard zu 1077, p. 203* 25 *Friedrich v. Staufen u. Böblingen;* caesar — suam *vgl. Ott. Fris. G. Fr. I, 8; 9.*

BSB

rebus diffisi fuerant, defecerant, certatim ad eum redeunt. inter haec Rudolphus in Saxonia copias cogit, Adaloberonem ex Boiariae castellis Neoburgio, Scharoduno, Pictavione, Lambachio genus trahentem, quod eruditione, genere caeteros praestabat, Viridoburgium vi reducere et opem ferre genero conatur. caesar cum exercitu celerius opinione obviam venit, hostem invadit, fundit, terga vertere compellit. Rudolphus vix fuga elapsus est, eius partium plaerique occisi sunt. Veronardus Maedoburgensis archimysta, author belli civilis, a popularibus inter fugiendum occisus est. Segifridus, Mogontinus archiflamen, ex fuga retractus, cum iam in crucem ageretur, clementia caesaris supervenientis ab inminenti nece liberatus est. Veronero Mersoburgensis episcopus caesaris itidem pietate patibulum evasit, ambobus copia abeundi facta. ipsi se rursus ad Rudolphum contulere. neminem, nisi qui praelio cecidere, caesar occidi permisit. quem Albertus Vangionum pontifex ne aspicere quidem voluit, proinde arcta custodia adservari iussus. inde corruptis custodibus pecunia elapsus est ad Rudolphumque rediit. Magnus quoque, dux Saxoniae, Herimanus, eius patruus, interiere a caesarianisque praelio occisi sunt. facta haec strages Saxonumque sociorumque anno aerae nostrae 1078. 7. idus Augusti, tercio die septimanae, quem veteres Marti dicarunt, a quo aduc graeca voce Ares apud Teutones vocatur. caesar tanta potitus victoria, in Boiariam hiematum concessit, Reginoburgii calendis Februarii divo Mariano Scoto eiusque sociis atque synmystis, viris religiosis atque eius tempestatis doctissimis, mathematicis, poetis, theologis, historiographis diploma dat, eosdem inmunitate donat. Eburobergensibus monachis, Burensi templo praedia quaedam tribuit. Fruxinensibus Meginardum episcopum mortuo Angiloberto designat.

Insequenti anno caesar rursus cum exercitu Boiorum, Francorum, Boiemorum Rudolphum primo impetu in fugam coniecit. ubi dux Boiemiae Vratizolaus regiam hastam Rudolphi nactus est eaque a caesare Boiemo donata imposterum festis diebus regulis Boiemorum insigne imperii solenne fuit. pars Saxonum, dum praelio decertatur, in castra caesaris vacua viris atque defensoribus, quo pueri diverterant, irruunt hosque omnes strangulant. caesar fusis hostibus Osino-

35 Osinobergensem *B*

3 *Neuburg am Inn, Schärding, Pitten, Lambach* 5 *Zur Schlacht bei Melrichstadt an der Streu, 7. August 1078, vgl. Ekkeh. zu 1078 und Waltram l. II. c. 16, l. c. p. 70* 21 *Erchtag* 25 *Der Schutzbrief Heinrichs IV. für die Schottenmönche von Weihensanktpeter bei Regensburg ist vom 1. Februar 1089 (Stumpf Nr. 2894), nicht 1079* 28 — strangulant *(Schlacht bei Flarchheim) vgl. Ekkeh. zu 1079.*

burgensem Virdunensemque episcopos Romam cum mandatis proficisci iubet postulatque a pontifice maximo, ut, si quidem secum syncere in gratiam redierit, tyrannum inmanissimum, perfidum paricidam (qui adfinitatis vinculo fideique religione violata bellum plus quam civile excitarit, pacem interturbarit) pro republica devoveat. Rudolphus quoque romani episcopi opem, cuius auspicio regnare iussus sit, supplex implorat petitque, ut pontifex maximus, communis generis humani parens, saevissimum sacrilegum, incestuosum, sacerdotum contemptorem, cuius deus venter atque ea, quae sub ventre sunt, sacro ense iugulet. Gregorius huius postulatis annuit, Honoricum, quod contra, ac pollicitus fuerat, insignia imperii usurparit, rursus execratur; proceres, populum, sacratos, prophanos sacramento solvit; eos, qui caesari fidem frangant, principi suo rebellent, Rudolpho adhaereant, ab inferis emancipat coeloque locat, hisce incendia, caedes et huiuscemodi scelera, quae bello designari solent, indulget, aliis omnibus, qui caesari fidem servent, ab eo deficere, armis se miscere recusent, diras inferiasque dicit. regem malum ob crimina a se devotum, proinde iam non regem neque illi parendum esse docebat; quin obsequium praestare deo pietatisque esse occidere eos, qui Honorico fidem servarent, adseverabat.

Sacerdotibus quoque connubiis interdicit, vetat populum sacrificiis eorum interesse aut illos pro sacerdotibus ducere. gratissima haec fuere scortatoribus, quibus pro una uxore sexcentas mulierculas inire licet. sed istaec omnia plaerisque episcopis, aliis eruditis, simplicibus, apertis atque bonis, praeter coniuratos, qui suae causae serviebant, novum dogma, pestifera haeresis, quae unquam christianum contur-basset regnum, visa est. quamobrem Italiae, Germaniae, Galliae pontifices quinquagenalibus Mogonciaci, septimo calendas Iulii apud Brixinam Boiariae (ut ait Oto Fruxinensis episcopus) urbem frequentes conveniunt, Hyldebrandum contra pietatem christianam verbis, factis facere, agere decernunt, eundem ambitus, haereseos, impietatis, sacrilegii condemnant: huiuscemodique decretum tum factum est quoniam Hyldebrandus, falsus monachus, magus, divinaculus, somniorum prodigiorumque est coniector, male de religione christiana sentit; primus pontificatum maximum contra morem maiorum invitis omnibus bonis emit ac contra voluntatem nostram et orbis terrarum domini vi retinere conatur, Berinogerionis, antiquissimi erronis; symmystes et disci-

9 *Phil. 3, 19* 10 — adseverabat *vgl. Excommunicatio regis Heinrici im Registr. Greg. (Jaffé, Bibl. II, 401 flgd.) und Paul v. Bernried, p. 538* 26 — censemus, *S. 135, Z. 14, vgl. das Decret der Brixener Synode, M. G. Leg. II, 51, 52 u. Ekkeh. zu 1080* 27 — Mogonciaci *Sigebert zu 1079* 28 *Ottonis Frising. Gesta Friderici, M. G. Scr. XX, 353.*

BSB

pulus, coniuratus est hostium reipublicae atque sacrosancti imperii, caesaris christianissimi, qui saepius pacem ei eiusque sociis ultro obtulit, saluti corporis et animae insidiatur; vitam imperiumque perdere conatur, ius divinum humanumque pervertit, falsa pro veris docet, sacrilegia, periuria, mendacia, homicidia, incendia veluti benefacta indulget, collaudat, ad haec perpetranda classicum canit; tyrannum perfidum suo more tutatur, discordias inter fratres, amicos, cognatos serit, lites nutrit, inter coniuges divortia facit; suavis homo sacerdotes, qui uxores habeant legitimas, sacrificos esse pernegat, interim tamen scortatores, adulteros, incestuosos aris admovet; quicquid usquam pacis christianae fuerat, labefactavit; nos ergo authore deo optimo maximo eundem pontificatu maximo amovendum decernimus, quodsi, ubi haec audierit, ultro se abdicare, parere huic decreto recusarit, perpetuo repulsam passurum, adytu arcendum censemus.

Adversus haec Anthelmus Lucensis episcopus (qui hymnos et alia, quae de servatoris nostri cruciatibus praescripta sunt, de Gregorio interpraetatur) et Vilelmius Hirsunus, qui suam causam seque iustos esse miraculis post mortem declararunt, plaeraque scripsere, quae rursus confutata sunt compluribus sacratarum literarum testimoniis a Heroveltarum theologo. sed ad Septimum redeo.

Qui accepto superiore senatusconsulto, ut animos suorum confirmaret, providit Saxonibusque renunciavit, hoc anno falsum interiturum esse regem hocque de Honorico interpraetatus est. dumque talia fiunt, Honoricus et Rudolphus in Turogorum finibus sexto idus Februarii tercio infestis signis concurrunt. Rudolphus fusus in fugamque coniectus est. sed reparatis viribus, animatus vaticinio Gregorii, aleam belli denuo iactare, fortunam tentare statuit. nec Honoricus certamen detrectavit; quarto idus Octobris ducum copiae in Moesia iuxtim Alestrum amnem aperto Marte quarto confligunt. Quartus superior et hic fuit. Rudolphus cum Saxonibus invitis superis pugnavit, inauspicato Martem lacessivit, non solum superatus est, sed et amputata dextra, qua fidem caesari dederat, interiit. Mersoburgii regio cultu

15 *Anselm v. Lucca, † 1086, schrieb contra Guibertum antipapam pro defensione Gregorii VII. papae. Vgl. Ekkehard zu 1080* 17 *Vgl. Pauli Vita Greg. p. 540, 541* 20 *Vgl. Waltram l. II, c. 37. Waltram wurde aus Hersfeld 1089 zum Bisthume Naumburg berufen. Helmsdörfer aber (Wilh. v. Hirschau, S. 20—28) nimmt an, dass die Schrift de unitate ecclesiae in Hersfeld verfasst wurde, und dass Flaccius Illyricus u. Goldast ohne beweiskräftigen Grund Waltram als den Verfasser erklärten* 21 — interpraetatus est *vgl. Sigebert zu 1080* 24 *Vgl. Bernoldi chron. zu 1080? M. G. Scr. V, 436* 29 *An der Elster. Vgl. Ekkehard zu 1080.*

sepultus est anno christianae salutis millesimo super octogesimum, potestatis quarto.

Cap. 15. Honoricus perempto Rudolpho pacataque Germania secundo Italiam, ut aut in gratiam cum Gregorio redeat aut eum, si pacem accipere detrectet, abdicet, petit. quicquid resistit, capit, perdomitat. Septimus urbes, castella, arces conmunit, ad rebellandum caesari hortatur. verum is vi cuncta penetrat, hostium munimenta expugnat Romamque victricibus signis pervenit. quinquagenalibus castra ante moenia urbis facit, fossa, vallo, carrucis munit stativaque ibi biennio habuit, urbem obsedit, neminem exire, intrare permisit. circumcirca universa incendiis, caede conplet. Hyldebrandus fretus opibus Mathyldae et Ruperti Vischardi Nordomani, portas urbis clausit, fortiter urbem tutatus est, saepius eruptionem fecit. Honoricus in contraria parte crebro urbem oppugnat, Romanos erumpentes in urbem repellit. extra moenia quicquid fuit, in ditionem redigit. tandem post annos duos, quarto nonas Iunii (qui dies sextus quinquagenalium erat; eum Romani Veneris, Germani Aphrodites graeco, ut alia plaeraque solent, vocabulo nuncupant) anno ab orbe vindicato millesimo octogesimo tercio urbs capta est, dato signo a gregario milite, qui, cum obsessi atque obsidentes nimio aestu laboreque fessi dormitant, explorabundus ad urbis moenia accedit, ex silentio animadversa solitudine, moenia conscendit signoque dato plaerosque sociorum excitat. qui confestim advolant, murum superant, custodes somnolentos trucidant, portas effringunt, urbe potiuntur; fit caedes fugaque. caesar partem moenium diruit ac solo aequat. urbem infesto intentoque exercitu intrat.

Pontifex maximus in molem Hadriani aufugit (pars Traiani, pars Crescentii praetorium, sunt, qui Theoderici regiam aedesque nuncupent, Germani Angeloburgium, hoc est Angeli castrum vocare solent). cui imperator castra admovet, vallo, fossa circumdat. Romani cum suppliciis adsunt, auro aegre pacem impetrant, perfidiam omnem in Hyldebrandum transferunt, obsides viginti dant nobilissimos cuiusque liberos, quos Honoricus postulavit. hisce quoque diebus legati imperatoris orientalis multa auri, argenti pondo, signa gemmata, vestes holosericas aureasque caesari romano tribuunt. Romani deinde suasu Gregorii

21 silentioque *A*

5 — intrat *vgl. Vita Heinrici IV. imp., M. G. Scr. XII, 275* 8 quinquagenalibus — habuit *Ekkehard zu 1081* 15 tandem — capta est *l. c. zu 1083* 27 — discedit *vgl. Ekkehard zu 1083.*

Quartum adeunt, orant, ut diem conloquio constituat, ubi ipse et pontifex senatoresque conveniant de rebusque reipublicae summis consilium habeant bonorumque virorum arbitratu pax conmuniter confirmetur. non abnuit postulata caesar, diem calendarum Novembrium huic negocio destinat. exinde quod lues ob aestum in exercitum grassaretur, ad Appenini montis, qua Campaniae continuatur, umbracula discedit.

In Germania interea Saxones et socii Herimanum Luthareum rebus imponunt Isoleibae (urbs est Turogorum, ubi allii proventus; hanc ob causam rex allii vulgo cognominatus est). in orientali quoque Boiaria, Litovalda Austriaci limitis praefectus, suasu Alemani episcopi Bathavensis res novas molitur, rebellionem facit. Velipho corruptis pecunia custodibus evasit, contractis perditissimorum copiis Fruxinum, Vindeliciae oppidum, Augustam, Rhetiae urbem, de improviso invadit diluculo, capit, diripit. Vigoltum episcopum a Segifrido Mogontino in Saxonia furtim consecratum Augustanis imponit. Segifridus Augustae pontifex fuga sibi consuluerat. Chunradus, frater Vratizolai Boiemorum reguli, cum Boiorum, Venedorum viribus, Austriam depopulatur, Murobergomi Litovaldam magna clade adficit quarto idus Maii. Austriam, orientalem regni Boiariae limitem, ab imperatore in tutelam accipit. Fridericus itidem, gener Quarti, Boiariae proceres, Chunradi duo, pater et filius, Rhodae iuxta Oenum dynastae, praefecti praetorio Vigoltum Augusta pellunt, Veliphonem tercio idus Augusti Hochostadii iuxtim Danubium superant. eo praelio Chunradus filius cecidit; Rhodam a patre deportatus est ibique in templo, in quod arcem parens commutavit et ceremoniis divi Benedicti dedicavit, sepultus est.

In Italia caesar calendis Novembribus, ut condictum erat, Romam revertitur maximoque honore excipitur. nuncii ultro citroque conmeant, Gregorium et caesarem in gratiam redigere conantur. Gregorius, ut caesar absque ulla pactione se atque imperium fidei illius permitteret, postulabat. caesari non fuit consilium vitam, dignitatem, salutem suam atque amicorum arbitrio inimicorum in potestate acerbissimorum hostium credere, se ense suo iugulare, manubrium e manu dimittere. Gregorius tamen simulata pace, fugae ornatu dissimulato

1 — habeant *Caes. b. G. I, 34* 7 — imponunt *vgl. Ekkeh. zu 1082* 8 Isoleibae — cognominatus est *nach der sächs. Weltchronik, M. G., Deutsche Chroniken II, 178?* 9 *Knoblauchskönig, weil um Eisleben viel Knoblauch gebaut wurde* 11 *Vgl. Vita Altmanni 236* 12 Fruxinum — diripit *vgl. Ott. Fris. chron. VII, 7* 13 Augustam — consuluerat *vgl. Ekkehard zu 1083; Ann. Mellic., Scr. IX, 499 zu 1180?* 16 — cecidit *vgl. Ekkeh. zu 1081* 18 Mouriberch *Vita Altmanni 236; jetzt Mailberg* 22 *Höchstädt a. d. Donau* 23 — sepultus est *vgl. Stiftungsurk. des Klosters Rott, M. B. I, 353* 26 — adpellat, *S. 138, Z. 17, vgl. Ekkeh. zu 1083, 1084.*

Salernum ad Nordomanos aufugit. caesar coacto procerum episcoporum senatu, advocata concione populi, more maiorum comitia pontificalia habet. Hyldebrandus necessitate in rationem versa tanquam lupus, fur ac latro, veluti perfidus transfuga, ovium desertor, gregis proditor, christianae charitatis osor, omnium communiter consensu abdicatur. ex patribus Vichobertus Ravennae archimysta, concordiae ac pacis studiosus, vir bonus atque eruditus, pontifex maximus capitur. caesar epiphaniorum ferias in templo divi Petri perlitat, calendis Februariis in Campaniam arma movet, maximam Apuliae partem fusis, profligatis Nordomanis ad obsequium cogit.

Posthaec a legatis Romanorum ad urbem revocatus, undecimo kalendas Aprilis, qui tum dies decimus erat ante paschalia, a senatu, equitatu, plaebe reverenter ac honorificentissime exceptus Romam ingreditur moxque Vichobertus a coetu pontificum inauguratur, Clemens tercius adpellatur. is in celeberrimo paschalium festo die, anno christianae salutis millesimo octogesimo quarto caesarem cum Bertha uxore consecrat, augustos adclamante populo romano adpellat. eadem tempestate Bruno genere Teutonicus, in Agrippinensi Colonia ortus, mysta atque ludimagister Rhemorum adprime doctus, Carthusianam, christianorum maxime arduam disciplinam (quae et in proverbium venit) instituit.

Imperator pacata Italia, firmissimis ibidem praesidiis relictis, in Germaniam redit; Augustam recipit, Mogonciacum properat. Segifrido archimysta in exilio mortuo Bezelinum pontificem declarat. Septimus hoc tempore Salerni moritur. quidam eum omnia acta sua rescidisse mandasseque, ut sui cum imperatore in gratiam redirent, literis produnt. alii contra referunt, adiurasse socios, ne quemquam praeter Sergium, Cassinensium monachorum magistrum, Otonemve Cluniacensem monachum, episcopum Hostiensem, sibi substituerent.

Hic in Saxonia tum longius aberat, in opprobrium Segivini Agrippinensis et Bezelini Mogontini archimystae contra instituta maiorum alienam temere ditionem usurpans, superstitibus aduc veris pastoribus Constantiae, Babobergomo, Mindae, Augustae Gephardum, Honoricum, Reginardum, Vigoltum novos episcopos nuncupat. is tamen ab archiepiscopis superioribus de more atque ritu priscae religionis celebri conlegarum conventu cum exulibus pontificulis ab eo creatis in numero impiorum sceleratorumque conputatur.

20 quae — venit *vgl. Grimm, Wb. V, 243* 22 — interiit, *S. 139, Z. 4 vgl. Ekkeh. zu 1084, 1085* 24 Wecil *Ekkeh.*

Eisdem diebus Sergius legatione Hyldebrandi apud Nordomanos fungebatur. hunc defuncto Hyldebrando Mathylda et Nordomani pontificem maximum creant, Victorem bene ominato nomine adpellant. verum in paucis diebus profluvio ventris interiit. sublatis itaque Gregorio et Victore, capitibus perniciosae dissensionis, fesso tot cladibus orbe romano, placuit utriusque partis episcopis iure atque literis, non armis atque ferro more barbarorum disceptandum esse. fit igitur conventus Gariostungi tercio decimo calendas Februarii; conveniunt episcopi Germaniae, Galliae utriusque partis.

Ubi consedere, Chunradus episcopus Traiectensis ita verba fecit: ‚ad pacem, quam nobis, patres consulti, servator noster abiturus reliquit, stabiliendam convenimus, vim, temeritatem, violentiam, errores pestiferos eorum, qui caeleste donum contaminare non erubescunt, gladio duplici, ense ancipiti ad vivum resecare, utriusque instrumenti testimoniis iuxta praeceptum Christi refellere, operae praecium duximus. Iosues hostibus astutis, fallacibus iuramentum, quod mendaciter extorserant, servavit. Nabocodroso impio regi Iudaeos regesque eorum fidem frangentes immortalis caeli maiestas per Hieremiam atque Ezechielem vates suos coarguit seque spretum testatur. qui iuramentum contemnit, foedus spernit, pactum solvit, fidem frangit, illum despicit, per quem iuravit, illi facit iniuriam, cuius nomini adversarius credidit. vivo ego, dicit dominus; iuramentum, quod sprevit, foedus, quod praevaricatus est, ponam in caput eius, nunquid, qui solvit, pactum effugiet? non considerandum, cui. sed per quem iuraveris. multo enim fidelior est ille, qui propter nomen dei tibi credidit, quam tu, qui occasione divinae maiestatis hosti tuo, immo iam amico moliris insidias. de Tiberio et Nerone, non solum saevissimis tyrannis, sed impurissimis quoque monstris praeceptum legimus: reddite caesari, quae caesaris sunt, et deum timete, regem honorate. principibus, qui non sine causa gladium portant, etiamsi mali fuerint, non modo dicto audientes estote. verum pro iisce supremum deum depraecamini, quo tranquillam quietamque vitam agamus. omnis enim potestas a deo est. qui potestati

5 fessis *A u. B* 12 stabiliendum *B*

3 — interiit *vgl. auch Ottonis Fris. chron. 248* 8 *Gerstungen. Das flgd., nach Waltram II, c. 19. Unter Anlehnung an diesen, übrigens frei und weit ausführlicher, hat A. auch die Rede Konrads von Utrecht componirt, welche Goldast für echt hielt und in seiner Apologia pro Henrico IV., p. 48 veröffentlichte. Vgl. Ewald, Walram, S. 15* 16 — testatur *Jos. 9; Chron. II, 36* 19 qui — insidias *Hier. in Ez. 17, 19; 15; 16* 28 — honorate *Matth. 22, 21; 1 Petr. 2, 17* 29 — agamus *Ro. 13, 4. 1 Tim. 2, 2* 32 — repugnat *Ro. 13, 1; 2.*

resistit, divinae providentiae repugnat. idcirco ambitiosi et superbi sunt, qui illud domini deique nostri elogium: quodcunque solveris super terram, erit et solutum in coelis, et quodcunque ligaveris super terram, erit et ligatum in coelis, perfricata fronte interpraetando adulterant, suae libidini servire cogunt et nobis ceu pueris atque omnium rerum imperitis astu inludere student, quasi vero nesciamus, peculiare esse sacris vatibus divinae sapientiae consultis pro capacitate auditorum diversis nominibus idem adpellare, eandem rem pro diversitate effectuum modo propriis, modo translaticiis verbis, quod idem valet, nunc figurate, nunc simpliciter dicere, crebris similitudinibus, frequentibus proverbiis atque exemplis, aptis comparationibus et huiuscemodi tanquam luminibus rem inlustrare, animum atque aures tanquam stimulis ferire et, ut sunt varia ingenia, varia orationis sententiarumque supellectile homines instruere, docere, recreare, rapere, trahere, movere, oblectare. et ut divus Aurelius Augustinus docet, veritas divina ita tradita, ita ornatu tecta plus movet, plus delectat, plus honoratur, quam si nuda absque veste prostitueretur. nempe animus noster, quamdiu mortali carcere clausus detinetur, nolit, velit, rebus fluxis, fragilibus, quae videri, tangi solent, nimium addictus est, ad aeterna et clara, quae cerni, tactu sentiri nequeunt, caecutit atque hebetatur, nisi igniculus ingenii hisce fomentis motus excitetur. proinde pontifex aeternus id, quod subobscure de vinculo dixit, apud Ioannem aperte, apud Matthaeum, Marcum, Lucam apertissime explicat. pax vobis, inquit, sicut misit me pater, et ego vos mitto; accipite spiritum sanctum; quibus remiseritis peccata, remittuntur et, quorum retinueritis, retenta sunt. et ut concordiam adsereret et unum se verum pastorem esse indicaret, uni dixit: siquidem amas me, pasce oves meas, id est: ite in mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae. atque: data est mihi omnis potestas in coelo et in terra; ite ergo, docete omnes gentes. hanc ob causam aperuit discipulis mentem coelestis doctor, ut intelligerent scripturas, Mosen, prophetas et psalmos, iussitque eos in nomine suo poenitentiam et remissionem peccatorum praedicare apud omnes gentes testesque horum esse. has ergo ob causas Hyldebrandus ambitione in praeceps abivit, cum potestatem inmortalis dei, cuius nuncius dumtaxat est, sibi usurpavit. ita mores, ita tempora, ita homines sunt. male consuluisset rebus humanis suprema illa maiestas, si ita gladium in manum mortalis cuiusquam

21 hobitatur *B*

2 *Matth. 16, 18; 18, 18* 23 — retenta sunt *Joh. 20, 21—23* 27 — gentes *Joh. 21, 15—17; Marc. 16, 15; Matth. 28, 18; 19.*

traderet. quis concupiscentiae humanae finem statueret aut quis moderaretur? ne sapientissimus quidem aequo animo tantum onus tulerit. non necesse habemus, ut quispiam nos doceat, quonam pacto spiritali potestate vel, ut verius dicam, dispensatione atque procuratione divini peni (oraculorum enim caelestium promi atque condi dumtaxat sumus) Petrus eiusque conlegae usi fuerint. clarius luce in libro, quem de gestis legatorum Christi Lucas medicus scripsit, liquet arma nostrae militiae spiritus, non ferrum neque rapinae, caedes, homicidia, periuria sunt; nimirum lorica, thorax, galea, balteus, ensis, scutum sunt pax, amor, iusticia, spes salutis, veritas, sermo dei et fides. quae munera divina saepius imperator noster christianissimus ultro Hyldebrando obtulit; sed ipse accipere recusavit. non inficias imus, homo est ille, peccare solet. nam nemo viciis sine nascitur; optimus ille est, qui minimis urgetur. nulla tamen illi nisi ex permisso voluptas Veneris iuxtaque naturale desiderium usus, quae sicut iuventa irritari, ita senectute mitigari solent. iam id fateor, peccatum primum quidem magnum, at humanum tamen; fecere alii saepe, item boni. et profecto recte aestimantibus principem nostrum, liquet bona natura eius esse, vicia vel fortunae vel aetatis, ingentia animi bona, illa indoles in rebus moliendis, conficiendis velocitas periculisque subeundis fortitudo, vis incredibilis animi, laboris patientia, consilium par magnitudini animi et, quantam vix potest aetas eius capere, solertia, rei militaris, iuris, civilium morum, divinarum humanarumque rerum peritia, fortitudo propemodum nimia, non modo inter reges excellens, sed inter illos quoque, quorum haec sola virtus fuit. iam perpetuum pacis, pietatis atque religionis studium, in pauperes liberalitas, maiora tribuentis, quam a deo petuntur, clementia in devictos, benignitas in amicos, erga milites benevolentia, in nullo unquam germano romanove tanta fuere principe. quod si flagitiosissimus is foret tyrannus, tamen ei obtemperandum, nequaquam resistendum esset; prohibent humanae leges decretaque patrum adversarios, hostes, inimicos accusatores, testes atque iudices esse. augustus tum in Italia cum Hyldebrando pacem facit, paucorum scelere atque perfidia Saxonia excidit; perfidus tyrannus, qui perfidiae graveis poenas reddidit, spreta religione iureiurandi, violata adfinitate, necessitudine eam invasit. nemini privato, nisi ante in integrum restitutus fuerit, dica scribi potest.‘

Haec ubi dixit, librum dat pontificalem Bezelino archimystae

5 peni — sumus *Plaut. Pseud. II, 2, 14* 9 lorica — fides *Ephes. 6, 14* 13 nemo — urgetur *Hor. S. I, 3, 78; vgl. oben II, 673, 24* 14 nulla — benevolentia *vgl. Curt. X, 5, 26—34* 37 *Zum flgd. vgl. Waltram II, c. 19.*

BSB

Mogontino recitarique legem iubet, qua non licet spoliatum rebus suis respondere, accusari, nedum condemnari. eundem codicem deinde Veronero Mersoburgensis pontifex accipit, de foeminis idem quoque cautum legit, ne scilicet eae prius in ius ambulare cogantur, quam familiarem rem domi conposuerint. posteaquam haec ita dicta factaque sunt, Gephardus Saliburgensis Boiorum primarius episcopus, aetate, eloquentia, scientia egregie praeter caeteros Hyldebrandinos venerabilis, cui socii respondendi provinciam demandarant, omnino obmutuit, ne hiscere quidem potuit. alius conventus in Maium Mogonciacumque edicitur, ubi lis ea conponatur paxque confirmetur utriusque factionis consensu.

Caesariani peracto conventu discedunt, Gregoriani manent inter seque dissentire coeperunt. tetrarchae Saxoniae, Theodericus maritus sororis Eccoberti, huius gentilis Theodericus, Uto Hyldesemensis episcopus, frater eius Chunradus sectam Hyldebrandi velut impiam sceleratamque abiurant; quo magis poenitentiam prioris sectae adprobent, ad romanum pontificem imperatoremque se transferunt. caeteri episcopi numero quatuordecim, nimirum Gephardus Saliburgensis, Hartovicus Maedoburgensis, Adalobero Viridoburgensis, Alemanus Bathavinus, Veronardus Marsoburgensis, Guntherus Citicensis, Benno Moesianus, Albertus Vangionus, Burgardus Alberostadensis, Herimanus Mediomatricus et hi quatuor devoti suppositiciique pontifices per studia partium facti, Reginardus Mindensis, Vigoldus Augustanus, Gephardus Constantiensis, Honoricus Babobergensis, deserta reipublicae causa ad priorem factionem redeunt; concilii indicti tempus ante capere festinant. Quintilioburgii cum Herimano rege Saxonum, Eccoberto, Brunonici vici praefecto, cum Honorico Crasso et Chunrado Bichelingio, filiis Otonis, qui Boiariae ducatu motus fuerat, cum Otone monacho Cluniacensi, legato Hyldebrandino, mense Aprili conveniunt, ad praetextum mutatae voluntatis dictum Bezelini Mogontini archimystae calumniantur haereseosque condemnant, quasi qui spoliatum rebus suis legibus divinis non oportere parere iactasset. se denique ecclesiam sacram esse causati, Otonem superiorem devotum a Segivino Bezelinoque

31 que *fehlt B*

18 *Auch die flgd. Aufzählung nach Waltram l. c. Da dieser fünfzehn Bischöfe der päpstlichen Partei aufzählt (bei A. fehlt von diesen Hartwigus Wirdunensis ep.), schliesst Ewald S. 17, dass ihn A. in einer uns nicht bekannten Handschrift benutzte. Indessen lassen sich diese und die zu Z. 24 bemerkte Abweichung auch durch Flüchtigkeit A's. erklären* 24 *Bei Waltram vielmehr* Henrichus Paderbrunnensis 26 — iactasset *vgl. auch Ekkeh. zu 1085.*

archimystis sibi imponunt; Urbanum, quasi ab urbe Roma, penetrali religionis, domicilio imperii electus sit, adpellant, licet extorris Roma devotusque et profugus sine lare, sine grege diutius erraverit. extat de hac re hoc distichon:

Diceris Urbanus, cum sis proiectus ab urbe:
Vel muta nomen vel regrediaris in urbem.

Mense itaque Maio, ubi constitutum fuerat, imperator, proceres, duces frequentes coeunt. item Petrus Portuensis episcopus, duo flamines romani, legati Clementis tercii pontificis maximi, archimystae hi atque minores pontifices Galliae, Germaniae: Bezelinus Mogontinus, Angilobertus Treverensis, Segivinus Agrippinensis, Litomarus Premensis, Theodericus Virdunensis, Honoricus Leodiensis, Chunradus Traiectensis, Hyldericus Aechostadensis, Meginovardus Fruxinensis, Oto Reginoburgensis, Rupertus Babobergensis, Horomanus Spirensis, Oto Constantiensis, Burgardus Losaniensis, Segifridus Augustanus, Gephardus Pragensis, Uto Hyldesaemensis, Honoricus Badobrunensis, Erpho Monasterii, Volcomarus Mindensis, Bibo Tullensis, Burgardus Basiliensis, Oto Argentoratensis, conveniunt. adsunt legati aliorum pontificum Galliae, Italiae, Germaniae. conmuni omnium consensu Hyldebrandi secta pietati christianae repugnans explosa, exibilata est. Otonem, qui et Urbanus, superiores patres sacrilegii, irreligiositatis accusant, convincunt in numeroque impiorum conputant. superiores quoque, quos nominavi, quatuordecim episcopos albo pontificum eradunt, senatu sacerdotum movent, crimine perduellionis, periurii, perfidiae, homicidii, paricidii eosdem condemnant. Herimanum regem, Eccobertum Saxonem, Veliphonem Boium proscribunt, eadem censura devovent. senatusconsultum perscribitur tale: devota càpita, quae numeravimus, velut contagio ab omnibus vitentur christianis; quandoquidem a nobis secessionem fecerunt, non nos ab illis, ad concionem sacram, quemadmodum promisere, venire detrectant, pietatem christianam polluunt, concordiam contaminant, ovibus desertis ad hostes reipublicae profugiunt, ad bella, incendia, homicidia, paricidia, latrocinia, rapinas non solum cohortantur, verum etiam duces sunt. crebro benigne vocati, reverti noluerunt, versutos, obscuros, astutos, fallaces, maliciosos, callidos, veteratores, vafros se esse factis produnt et nos experimentis sentimus. egregii sane pastores, quibus gregem tuum crederes. nemo oves persequitur, nullo viso lupo tamen fugiunt. quid nam designassent, si eos fortuna ad tempora Domitiani Deciique servasset?

11 Agilobertus *B* 24 crimen *B* 27 proscribitur *B*

7 *Zum flyd. vgl. Waltram II, c. 19, 20.*

In eodem concilio Pragensis ditio, sicut ab imperatore Otone secundo, Benedicto octavo pontifice maximo consensu divi Volipho-gangii Reginoburgensis episcopi instituta fuerat, certis limitibus de-scribitur, in quibus Cracoviam quoque conpraehendi reperio. Clemens atque augustus diploma dederunt. Vratizolaus quoque Boiemiae atque Bolaniae rex ab augusto constitutus est. ipsum cum uxore Suatava Pragae septimo decimo calendas Iulii Angilobertus archimysta Tre-verum iussu caesaris inauguravit, adclamante senatu, equitatu populo-que boiemo: Vratizolao pacifico Boiemiae atque Bolaniae regi a deo coronato vita, laus, victoria.

Inter haec imperator desertis gregibus pastores dat, Bathaviae Herimanum, filium Lithulphi ducis Charionum, Iuvavensibus Berithol-dum Moseburgensem principem, Meginardum literis et facundia in-signem Viridoburgio praeficit, Mediomatricis Brunonem, filium Alberti Suevi, imponit; sed mox eundem ob saeviciam abdicat. posthaec cum exercitu atque archiepiscopis et minoribus pontificibus in Saxoniam transsitum facit. Herimanus rex cum coniuratis, sacratis, prophanis trans Albim fugam capessit. caeteri Saxones deditionem faciunt, iure-iurando fidem imperatori dant. augustus Hartovicum Heroveltarum praesulem, sacrarum literarum perquam peritum, sapientem bonumque archimystam Maedoburgensem designat. is tercio idus Iulii a Bezelino Mogontino, Segivino Agrippinensi pontifice et aliis plaerisque episcopis consecratur imperatorque dimisso exercitu Saxoniam perlustrat.

Cap. 16. Tum Saxones ab episcopis devotis concitati absque cunctatione deficiunt, arma resumunt, augustum caedere finibus suis conpellunt. Herimanus rex hostium, Eccobertus cognatus imperatoris, Otonis Boiaria moti duo filii adolescentuli Honoricus et Chunradus cum suae farinae episcopis proxime Heroveltas castra faciunt. erat loco infestus Hartovicus Maedoburgio extorris, quod suam dignitatem Heroveltae antistes possideret. imperator per Franciam in Boiariam pervenit, Reginoburgii copias cogit, in Saxoniam intento infestoque

6 Boloniae *B* 27 Henricus *A*

1 — victoria *vgl. Cosmae Chron. Boemor., M. G. Scr. IX, 91—93* 4 *In der Urk. Heinrichs IV. vom 29. April 1086 bei Cosmas l. c. 92* 5 *Jaffé Nr. 3999; Stumpf Nr. 2882* 6 Zuatava *Cosmas* 12 Herimanus frater ducis Liutoldi *Vita Altmanni 234* 13 *Vita Gebhardi, Vita Chunradi Salisburg., M. G. Scr. XI, 39, 66* 14 *Vgl. Ekkehard zu 1085, p. 206.* Brunonem: *vgl. Waltram II, c. 30, p. 106* 19 — perlustrat *vgl. Waltram II, c. 28* 26 Eccobertus — imperatoris *Ekkehard zu 1085* 28 *Vgl. Waltram II, c. 31* 30 per Franciam *vgl. Ekkehard zu 1085.*

BSB

contendit exercitu. Heroveltas liberat obsidione, Turogorum Saxonumque fines percurrit, cunctos imperata facere cogit. rursus induciae fiunt, pacis condiciones ab utriusque partis amicis dicuntur.

Honoricus pacata Saxonia in Franciam ob quadragesimae solennem abstinentiam redit. episcopi odio excaecati pacem rursus interturbant, copias cogunt, extra fines Turogorum, Saxonum procedunt, domi lacessere armis imperatorem statuunt, Viridoburgium obsident. augustus obsessis auxilio venit. dumque utrimque praelio conmisso armis dimicant, nonnulla pars equitum, qui lateri regis haerebant, corrupti pecunia ab hostibus arma in caesarem vertunt excitatoque tumultu conclamant, caesarem, qui ictus, munimento armorum incolomis evasit, interfectum esse; reliquus equitatus illos quidem perfidos particulatim concidit; verum cum conclamatum esset, caesarem periisse, terga vertunt. pedites, qui sibi consulere fuga nequibant, maxima clade adfecti sunt; quatuor millia desiderata fuisse reperio. capta est urbs tercio idus Augusti; Adalobero episcopus firmumque praesidium urbi impositum. Meginardus episcopus aufugit. Reginero, sacrificulus Bezelini Mogontini pontificis, captus est, quem increpatum acriter, quod deserta Hyldebrandi secta (cui sub Segifrido sacramento rogatus astrictus fuisset) ad imperatorem defecisset, Hartovicus quondam Maedoburgensis archiflamen circumducit, hostilia cadavera passim humi strata ostendit. ‚viden', inquit, ‚penes victores iusticiam esse? exitus probat.'

Imperator autem conlectis rursus viribus Viridoburgium petit; praesidium hostesque continuo in Saxoniam elabuntur. Adalobero a suis desertus obsidetur, urbs expugnatur. capitur Adalobero nec praecibus nec minis neque a principibus, neque episcopis persuaderi potuit, ut vel ad conspectum caesaris vel conloquium veniret; mori se posse respondit, at ut Honoricum videat, cogi non posse. augustus aequo animo contumeliam hanc tulit. hostes reipublicae proscriptos atque devotos, non solum impunitos dimisit, verum Adaloberonem etiam incolomem Vinobergomum deduxit. recepta itaque urbe, restituto Meginardo, in Saxoniam castra movet. Herimanus, nescio quam ob causam, a Saxonibus exigitur abiectoque regio nomine ab Honorico domum redire permittitur. is Turogorum, Saxonum fines peragrat, cuncta terrarum subigit, stativa apud Heroveltas habet. Saxones atque Turogi non ausi fuere copiam pugnandi facere.

4 — probat *vgl. Waltram II, c. 28;* — adfecti sunt *auch Vita Heinr. 273* 23 — deduxit *vgl. Waltram II, c. 29* 31 in Montem Vini *[Weinsberg] Waltram l. c. p. 105* 31 — permittitur *vgl. Ekkeh. zu 1086, 1087;* nescio quam ob causam *vgl. Vita Heinr. 274.*

Eccobertus, limitis Brunonisvici praefectus, cognatus caesaris, cum suppliciis in castra venit, in verba imperatoris iurat, fidem dat se atque populares suos imperata, deditionem, mandata facturos, si ille exercitum reducat. Quartus postulatis annuit. Eccobertus ad Saxonas reversus, ab Hartovico, Burgardo, devotis episcopis, spe regni lactatur, fidem frangit, nova molitur, rebellionem facit. imperatori nunciari iubet, se non posse deserere fidem, quam popularibus suis dederit, aut denique servare, quae pactus fuerit. sed cum a caeteris episcopis pax peteretur ab caesare Eccobertoque regnum denegaretur atque ipse ita repulsam pateretur, rursus a Saxonibus ad augustum deficit. Hartovicus quoque, qui fuerat Maedoburgii archimystes, veniam delicti impetravit. Gosolariae tum seditio inter coniuratos orta est, plaerisque omnibus pax placebat; Burgardus episcopus Alberostadio exactus, ferocius decernebat, bellum concordiae praeferebat, ideo a caeteris cum compluribus nonis Aprilibus, quarto ante paschalia die trucidatus est. Bertha tum augusta obiit, in Nemetum urbe sepelitur. imperator pacata rursus Saxonia uxori more caesareo magnifice iusta facit. brumales ferias Mogonciaci concelebrat, in Bezelini episcopi demortui locum Ruthardum sufficit. inde Agrippinam petit, Adolaedam uxorem ducit, auspice Hartovico superiore nuptias regio apparatu facit. Godofrido, filio Eustachii Boloniensis, nepoti ex sorore Godofridi Gibbosi, ducatum Lutharingeae, Hantoburipensem marchiam in tutelam committit.

Inde adversus Eccobertum principem atque ferocem adolescentem rursus rebellantem Saxoniam petit, Quintilioburgii sorore atque uxore relicta; Glicham, oppidum Eccoberti, obsidione cingit. Eccobertus ut caesarem a Glycha abstrahat, mulieribus opem ferre cogat, Quintilioburgium arma transfert. Hartovicus superior cum parte copiarum iussu imperatoris ad liberandas augustas proficiscitur. homo tamen perfidus, neutri parti fidus, certiorem Eccobertum facit, imperatorem cum paucis in obsidione relictum facile intercipi posse. ipse diverso itinere, ne Eccoberto obviam veniret, Quintilioburgium pervenit. Eccobertus interim nono calendas Ianuarii (dies solis erat) de improviso imperatorem invadit, copias eius in fugam vertit, ipsum retro ferre pedem cogit. Burgardus Losannae episcopus, qui eo die hastam sacram caesari praegesserat, occisus est. hoc ideo evenisse imperatori quidam

33 Ianuariis *A u. B*

1 — impetravit *vgl. Waltram II, c. 34* 12 — trucidatus est *vgl. Waltram II, c. 31* 16 — sepelitur *vgl. Ekkehard zu 1088* 19 *Ekkeh. l. c. Zum flgd.* — occisus est *vgl. Ekkeh. zu 1089 u. Waltram II, c. 35.*

in literas retulere, quod hisce, quos concio sacra impietatis condemnarat, gratiam absque consilii decreto fecerit.

Sub idem tempus in Italia, quarto post mortem Hyldebrandi anno, Mathylda et Nordomani authore Urbano grassari incipiunt. nam quos imperator in praesidiis reliquerat, iam vita defuncti erant. Romani quoque tumultuari coeperunt. augustus cum exercitu Italiam intrat, Nordomanos, Mathyldam atroci praelio superat, castella, oppida, vicos, Mantuam, Florentiam obsidet, expugnat, capit. Romanos supplices obviam procedentes datis acceptisque mandatis domum dimittit. Urbanus in Hispaniam aufugit. eodem anno interea, dum caesar in Italia belligeratur, Velipho, cuius mentionem saepius fecimus, quarto die ante paschalia proditione Augustam Rhetiae capit; populus, sacerdotes praedae fuere. conplures, qui in templum maximum confugerant, ab irato hoste ibidem contrucidati sunt. Segifridus episcopus ab ara retractus in vincula coniicitur. Vigoldus Hyldebrandinus, author huiusce belli, civibus episcopus imponitur; postridie, licet pollutus homicidio, sacrificat; vix sacra perpetrarat, morbo corripitur atque expirat.

Circa eundem temporis tractum universi episcopi, principes, faces et antesignani civilis belli, quo septemdecim annos respublica adtrita fuit, uno anno extincti sunt. Herimanus rex Saxonum dum hostili habitu suorum vires ac constantiam periclitatur, ignoto cultu suum castellum oppugnat, a foemina saxo in eius caput deiecto opprimitur. Eccobertus, itidem regii nominis adfectator, simili fato raptus est. ad Hyldesaemos augusto fideles obsidendos praemissis copiis cum paucis contendit atque de via publica divertit, per colles sylvestres pergenti aestu sitique defatigato gravis somnus obrepit. qui cum eo erant, molam forte conspicati, eundem excitant ipseque equo descendit, casam vilem subit, molarium in proximum vicum allatum potionem ablegat; illi forte fortuna caesariani obviam veniunt, rogant, quonam ita anhelabundus properet. homo causam absque cunctatione aperit, hospitem nil mali suspicatus prodit. at hi calcaria equis subdunt, ad tugurium advolant, Eccobertum cum suis inopinatum imparatumque adgrediuntur nec quicquam resistentem contrucidant. Saxones, qui urbem obsederant, audita ducis clade diffugiunt, obsidionem solvunt. Lithulphus Charionum dux, qui regnum ambiverat, Beritholdus, Rudolphi regis

1 *Waltram l. c.* 3 — dimittit *vgl. Vita Heinr. 276* 10 *Wohl gefolgert aus Ekkeh. p. 213:* concilium in Hispaniae confinio ... congregari fecit 11 — expirat *vgl. Waltram II, c. 36; Ekkehard zu 1088* 21 — solvunt *vgl. Vita Heinrici 274* 35 — mortui sunt *vgl. Waltram II, c. 36.*

filius, Nordomanorum principes, Hugo Elisatius, saevicia in caesarianos insignis, eodem anno mortui sunt. Honoricus quoque ac Chunradus, filii Otonis quondam Boiariae reguli, misere perierunt. hi quoque devoti episcopi: Gephardus Iuvavensis, Alemanus Bathavinus, Adalobero Viridoburgensis, Herimanus Mediomatricus, Albertus Vangionum animam efflarunt. Chunradus Medullorum in Boiaria princeps, Theodomarum, Aldaechii inferioris monachum, praesulem druidum Iuvavensium, cognatum suum, Saliburgio pastorem imponere conatur. Beritholdus archimysta, frater Burgardi Moseburgensis dynastae, iuxta Salodoryphos in Norico agroque Saliburgensi Theodomari copias fundit. Chunradum Medulli tetrarcham, curatorem templi Iuvavensium, eius fratrem, cum conpluribus occidit. Theodomarus, qui et Thimo, captus a Starichando et Verigando fratribus atque a Poppone Charionum praefectis, in vincula coniicitur. huiuscemodi sociorum fato territi Saxones sublatis authoribus belli sponte ab armis discedunt pacemque inter se componunt. Velipho quoque in Italiam cum suppliciis ad imperatorem proficiscitur, peccasse se fatetur, veniam petit et impetrat. Segifridum Augustanum episcopum dimittit, quod violatum est, officiis conpensat, Fruxinensibus et Augustanis satisfacit.

Eadem tempestate Alexius Comnenus imperator orientalis, qui Michaele Parapinacio et Nicephoro Botaniatae auxilio Suevorum Theutonumque conducticio rebus deturbato Constantinopolitanum invaserat atque tenebat imperium, romani caesaris, caeterorum occidentalium principum, regum opem implorat adversus Turcas, quorum tum arma in Asia invaluerant. Armenii atque Graeci civili discordia se debilitabant, illi Turcarum a rege Persarum auxiliares impetravere copias. Turcae superatis Graecis in socios victoresque Armenios arma convertunt; Asiam, Syriam invadunt, pulsis, fugatis, trucidatis Armeniis, Graecis, Saracenis atque Aegyptiis Hierosolyma, plaerasque item alias urbeis vi oppugnant.

Ex Germaniis igitur, caelitus edita voce (ita praedicant): deus vult, Galliis, Hispaniis, Britaniis, Italia, Sicilia, innumerabilis hominum vis, duces, praefecti, tetrarchae, dynastae, episcopi, sacrificuli,

22 *In B am Rande zu* conducticio *nachgetragen:* milite.
2 — perierunt: *diese Nachricht hat A. aus Versehen zweimal und zu verschiedenen Zeiten; s. unten S. 155, Z. 25 flgd.* 5 *Waltram II, c. 36* 10 *Saldorf bei Salzburghofen* 11 *Konrad v. Megling. Zum flgd.* — coniicitur *vgl. Vita Chunradi archiep. Sal., M. G. Scr. XI, 67* 16 Velipho — impetrat *vgl. Ekkeh. zu 1096; auch oben S. 76, 16 flgd., Annal. Altah. zu 1055 (auch dort:* peccasse se fatebatur), *wie es scheint, irrig hieher bezogen* 18 *Waltram l. c.* 19 *Vgl. Historia Welfor. Weingart., M. G. Scr. XXI, 460, 461* 20 — oppugnant *vgl. Ekkeh. zu 1099.*

monachi, foeminae sacratae, cives, opifices, agricolae, viri, mulierculae cum cunis, pastores cum pecore, relictis regno, urbibus, castellis, sacerdotiis, templo, contuberniis, uxoribus, liberis, praediis, aratro, in Asiam gregatim migrant, sub specie religionis (ita sunt humana) nefanda scelera impune perpetrant, anserem praeferunt, spiritum sanctum esse, Carolum Magnum revixisse praedicant. Petrus quidam monachus quindecim millia hominum per Germaniam, Rhetias, Sueviam, Boiariam, Pannoniam duxit. pars in Danubio navigiis vecti, pars terrestri itinere pergunt. Emicho quoque dynasta cum Rheni accolis, unde oriundus erat, ad Pannoniam processit. hique omnes Iudaeos sub iugum religionis nostrae mittere conantur, philosophiam nostram recipere recusanteis conpilant, bonis omnibus spoliant, extorreis urbibus agunt. domibus eliminant atque contrucidant. duodecim tum millia Iudaeorum in nostris regionibus caesa fuisse in annales relatum est. pars Iudaeorum amore legis suae mutuis se vulneribus conciderunt; alii simulato christianismo rursus deserto Christo ad Mosen relapsi sunt. at illi, qui in Asiam properabant, onusti praeda Iudaeorum, in angustiis Pannoniae (pernegante Colomano rege Ungariae inconditae multitudini praedarum avidae transsitum per regnum suum) ob penuriam conmeatus interiere. aliquot in fugam versi nemine persequente retro domum pedem retulere.

Imperator eodem tempore pacata Italia, perdomitis Mathylda atque Nordomanis, septimo, posteaquam in Italiam migrarat, anno, relicto Chunrado filio suo maiore natu in Italia, in Boiariam redit, Reginoburgii conplures conmoratur dies, Iudaeis ritum priscae religionis restituit. divo Litovaldae Austriacum Boiariae limitem, Veliphoni summum Boiariae principatum reddit, eius filios haeredes instituit. inde in hiberna ad conventus agendos, pacem perpetuo edicto more Germanorum sanciendam ad Rheni oram procedit. Argentorati epiphaniorum feriis operatur. cumque plures, quam qui pace alerentur, ob bellum civile (quod per tres et viginti continenter annos orbem romanum adflixit) armis, militiae, praedae, manubiis insuevissent, eos in Asiam militatum abire iubet, ipse quoque eo proficisci decrevit atque pro concione renunciavit. tum consensu augusti mandatoque ex inferiore Germania Godofridus cum fratribus Baldovino et Eustachio, Rupertus Flandrensis, ex Boiaria Velipho dux Boiorum, Oto et frater

16 christianisimo *A u. B*

6 *Vgl. Ekkeh. zu 1099, p. 215* Petrus — retulere *vgl. Ekkeh. zu 1096, p. 208* 24 *Vgl. Vita Heinrici imp. 276* 25 — restituit *vgl. Ekkeh. zu 1097* 29 *Vgl. Ekkeh. zu 1097* 33 ipse — renunciavit *irrthümlich aus Ekkeh. zu 1103 hieher gezogen?* 35 — Flandrensis *vgl. Ekkeh. p. 213.*

eius Echardus, Schirorum principes, Herrandus Antoburitus, Honoricus Ritoburgensis, urbis Reginoburgensis praefectus, Theodomarus, qui et Thimo superior, Uta, mater divi Litovaldae Austriaci, per Boiariam, Pannonias, Moesias, Thraciam, Byzantium in Asiam, Syriam penetrant. quarto demum anno, cum domo emigrassent, Hierosolyma cum plaerisque urbibus victis, pulsis, superatis Turcis, Saracenis, Graecis expugnant rebusque Palestinis Godofridus impositus est. alia quinquaginta millia per Noricum Charionumque fines imperatoris, Honorici ducis Charinorum consensu, Ugris a tergo relictis, per Moesiam, Thraciam et Hadrianopolim eodem penetrarunt. classicum tum, nunc nauticum celeusma est carmenque solenne Germanis esse solet, dum solventes sibi bene precantur, baxea, calciamenti genus, tessera fuit, unde aduc in proverbio esse solet, dum plura intelligi, quam dicimus, significamus.

Dum talia in Asia geruntur, in Germania imperator Mogonciacum petit, eos, qui Iudaeorum opes compilarant, repetundarum postulat. Mogontinus quoque archimystes huiusce praedae particeps erat. ideo reorum patrocinium suscepit convictusque atrocitate caedis in gentem calamitosam conmissae clam discedit ad Turogos resque novas moliri ansam nactus decrevit. Velipho quoque ac Honoricus Boiariae duces, filii Veliphonis, rebellionem meditari nunciantur, sed benficiis a caesare devicti ab incoepto destitere.

Cap. 17. Augustus iam ad statum pristinae maiestatis, universis pacatis, Hyldebrando sublato, Urbano profugo rediisse videbatur et redierat, nisi filius suus Chunradus, aemulus paternae potentiae, fax et turbo novae discordiae fuisset. is suasu Urbani et Mathyldae filiam Rogerii Nordomani, Siciliae reguli, uxorem ducit, a patre de-

1 princeps *B* 10 Hadrianopoli *A u. B*

1 *Herrand v. Falkenstein nach dem Falkensteiner Codex f. 19a? (Drei bayer. Traditionsbücher, her. v. Petz, Grauert, Mayerhofer, S. 21).* Antoburitus = *von Antwort bei Prien, wonach sich auch Glieder des Hauses Falkenstein nannten. Eine dort gelegene Mühle schenkte Herrand vor Antritt seiner Pilgerfahrt dem Kloster Weihern; s. l. c. Zum ganzen Verzeichnisse der Kreuzfahrer, worin A. die von 1096 und die von 1101 zusammenwirft, vgl. das von mir mit den Quellennachweisen in den Forschungen z. deutschen Gesch. XVIII, 552 aufgestellte* 8 — penetrarunt *vgl. Ekkeh. p. 220* 12 *Bundschuh. A. scheint hier an die Geschichte vom Grafen Ekkehard Bundschuh (v. Scheiern) zu denken, deren erste Aufzeichnung unseres Wissens zu Ende des 14. Jahrh. in der Fürstentafel des Klosters Scheiern (s. Oberbayer. Archiv II, 191) erfolgte* 13 *A's. Herausgeber Cisner bemerkt dazu: proverbium in Rhaetia vulgo tritum: ich will dich beschuhen, i. e. ego faciam, ut tuae res in optimo collocentur statu, adiuvabo te* 15 — destitere *vgl. Ekkehard zu 1098* 26 *Vgl. Ekkeh. zu 1099.*

BSB

sciscit, Italiae regnum sibi vendicat moxque ad eum omnes inimici augusti provolant. augustus frustra crebró ad filium legatos mittit, sibi insidiari non desinentem, ex professo sub magna superficie pietatis exercitus, proceres, milites sollicitantem nequicquam orat, obsecrat, ne tam infandum scelus adversus genitorem (qui eum hactenus consortem imperii, successorem testari perseveraverit) conmittat. sed surdo cecinit augustus.

Clemens tercius urbe a Chunrado pellitur, Urbanus restituitur; mox invicem diras inferiasque dicunt. Urbanus acta Hyldebrandi tueri, Clemens rescindere pergit. imperator quoque summa ope contra Urbanum nititur. moveri rursus civitas christiana et dissensio civilis quasi permistio terrae erumpere coepit scinditurque populus christianus; pauci réperti, qui veram pietatem iniustae potentiae anteponerent; partium studia, quae extincta erant, gliscunt. neque illis modestia neque ullus est modus contentionis, utrisque cupiditas victoriae haud satis moderata; multos mortaleis ea lues extinxit remque christianam pessundedit. dum alteri alteros quovis modo vincere volunt, Urbanus criminando imperatorem plaebem christianam exagitat, occulte largiendo, indulgendo, pollicitando magis incendit; ita ipse clarus, potens factus, ex libidine sua victoria utitur plusque sibi ac successoribus spinarum ac potentiae quam pietatis atque amoris conparavit, sub titulo Christi pro sua magnitudine amplitudineque laboravit. namque uti paucis verum absolvam, post illa tempora, quicunque concionem divinam agitavere, honestis nominibus, quasi iura ecclesiae libertatemque religionis defenderent, et, quo romani episcopi authoritas maxima foret, bonum publicum simulantes, pro sua quisque potentia certaverunt.

Imperator quidem contra haec summa ope connisus fuit. utraque pars miraculis se tutata est. Paulus Beroritensis narrat, episcopum quendam, dum pro concione Hyldebrandum vituperat, fulmine tactum esse dumque ageret animam, dixisse: ‚ignea cathena constrictus trahor ad inferos; ite, nunciate caesari, ut resipiscat et flagitium in deum, divum Petrum, eius vicarium conmissum, officiis compenset, nisi me antecedentem ad aeterna supplicia subsequi malit‘. eodem quoque die, nempe paschalibus quarto calendas Marcii, ut idem Paulus recitat, episcopus Spirensis, Septimo iniquus, ab eodem calendis Marcii devotus animam efflavit. Gregorio Salernum profugo intrante civis quidam dixerat: author dissensionis, qui totum orbem terrarum armis et bellis

34 Martii *in A neben* Maii *an den Rand geschrieben.*

11 moveri — connisus fuit *(25) vgl. Sall. Jug. 41, 42; Cat. 38* 28 — efflavit *vgl. Paul Vita Greg. c. 80, 81, p. 522* 36 — restituitur *vgl. l. c. c. 124, p. 545, 546.*

involvit, huius urbis quoque quietem conturbaturus advenit. mox ille his dictis obmutescit; deductus ad Gregorium errorem suum confitetur, ab eodem sanitati restituitur.

Beroritus conlegium est flaminum Augustalium superioris Vindeliciae propter Verrem lacum, supra Monachium quindecim millia passuum; ibi Herolucae sacratae foeminae sepulchrum ostenditur. ea illa tempestate vixit et nocturnis superum, inferum congressibus secretisque conloquiis interesse consueta, narrare solita fuit, excreatos flamma omnium ardentissima excruciari. contra sacerdos expiranti similis triduo in Saxonia decubuit. is ubi ad se rediit, apud inferos Hyldebrandum, Rudolphum, Herimanum tyrannos aeternis mactari suppliciis revelavit. falsi tum prophetae, falsi apostoli, falsi sacerdotes emersere, qui simulata religione populum deceperunt, magna signa atque prodigia ediderunt et in templo dei sedere atque extolli super omne id, quod colitur, coeperunt dumque suam potentiam dominationemque stabilire conantur, charitatem, simplicitatem christianam extinxerunt.

Segibertus, horum temporum scriptor, vir alioquin etiam, ut quisquam illa tempestate esse poterat, omnis divini humanique iuris consultissimus: perniciocissima, inquit, seditio et, ut pace bonorum dixerim, haeresis omnium pestilentissima populum christianum percellit. sacrificuli illius, qui se dixit pueros effoeminatos, falsos prophetas, tyrannos (qualis imperator noster, princeps optimus non est) populo ob scelera imponere, his a deo datis non solum non parendum esse, verum etiam fraude, vi, quovis modo tollendos, populum christianum docere audent; periuria, homicidia, civilia bella, caedes, perfidiam pietatem vocant; huiuscemodi deo placere praedicant, sacramento rogatos, religione iureiurandi caesari astrictos, exauthorant; fidem frangentes, foedera dissolventes, pactum praevaricantes, iuramentum violantes perfidos atque periuros non esse, sibi credi postulant. quin eos, qui fideles sunt, qui rebellionem, incendia facere, stupra, incestus committere, praedas agitare, proximos opprimere, occidere, conpilare, sanguinem christianum effundere summopere cavent, in numero sceleratorum atque impiorum conputant, ceu vero non extet perpetuum in-

6 sepulcrum *A* 8 excreatos *sic A u. B; in A folgt, halb ausradiert:* ab Hyldebrando.

4 *Bernried am Wirmsee* 6 *Jetzt keine Spur mehr davon* 8 *Vgl. Paul, Vita Greg. c. 114, p. 542 u. zum flgd. Vita Herlucae, A. S. Boll., April. II, 554* 12 — ediderunt *vgl. Ekkeh. zu 1096; Matth. 24, 24. Marc. 13, 22* 14 in templo — colitur *2 Thess. 2, 4* 18 — possidebunt *vgl. Sigeberti chron. zu 1088, p. 336, dessen Worte A. jedoch ziemlich frei umschreibt;* vir — consultissimus *Liv. I, 18*

BSB

mortalis praetoris edictum: qui pactum solvit, non effugiet et periuri regnum dei non possidebunt.

Plaerique omnes boni, aperti, iusti, ingenui, simplices tum imperium Antichristi coepisse, quod ea, quae Christus, servator noster, tot annos ante nobis cantavit, evenisse eo tempore cernebant, memoriae literarum prodidere. orbis terrarum tum a cardine bellorum procellis iactatus est. genus humanum undique turbine armorum involutum est. orientales atque occidentales inter se armis concurrerunt. mortales cuncti mutuis se vulneribus adflixerunt. Nordomani, Galli, Germani, Saxones, Ugri, Itali, Britani, christiani occidentales, domesticis discidiis, civilibus armis adtriti sunt. Graeci et Armenii, Turcae et Arabes, Hispani et Saraceni, Asiatici et Africani inter se infestis concurrere signis. Hierosolyma bis capta, bis expugnata est. crebra prodigia superstitiosius atque scrupulosius etiam, quam christiano convenit, notata atque observata terruere mentes hominum; caelum ardere frequenter visum; sol atque luna crebro, praeter solitum defecere; complures stellae de coelo in terram cadere visae, faces ardentes, iacula ignita, ignis volans saepius per aera ferri conspecta sunt. nova astra visa, papilionum castra, ignei vermiculi atque ignoti per coelum volarunt, solis lumen in nubium morem abstulerunt; fulmine, grandine, ventis, turbine templa, aedes, casae, homines, pecora, agri adflicti, frumenta, legumina, poma, fruges adtritae; ignes caelestes multifariam orti; igneae acies, turmae equitum, peditum cohortes, civitates, enses, gladii, arma cruenta in coelo visa invicem conflixere. diluvie, sterilitate, annonae caritate, fame, pestilentia saepius laboratum, ignotis morbis, igne, flamma, ardore invisibili homines excruciati atque absque nota adustionis extincti sanguinis rivos extitisse dicunt; sub ipsis flammis, cum panis clibano esset impositus, ut coqueretur, cum forte panem quidam frangeret, manantis guttas sanguinis invenit. signum inmortale subito vestimentis hominum adhaesit. foemina biennio uterum ferens marem loquentem enixa est. monstrosi partus editi, pecudes, homines bicipites nati; domesticae aves, pavones, gallinae, anseres ex vicis, pagis, urbibus, aedibus in sylvas migrarunt, ibi habitantes efferati sunt. lupum triginta homines esitasse in annales relatum est. plaeraque alia huiuscemodi prudens praetereo, ad ordinem rerum gestarum et imperatorem Honoricum quartum caesarem augustum, unde abivi, redeo.

1 qui — effugiet *Ez. 17, 15;* — possidebunt *1 Cor. 6, 9; 10* 13 Hierosolyma — expugnata est *Ekkeh. zu 1099* 18 *Vgl. Sigebert zu 1093 u. zum flgd. zu 1095, 1097* 19 *Vgl. Ekkeh. p. 220* 31 *Vgl. Ekkeh. p. 214.*

Is ubi filium ad sanitatem reducere non potuit, in Agrippinensi Colonia hibernat, octavo idus Ianuarii ad Aquas Graneas ad conventus procerum imperii agendos concedit. ibi habito eorum, quibus venire, sententiam dicere ius erat, consilio in senatu ita verba fecit: ‚o fidissimi civium piissimique amicorum, romani imperii proceres christianaeque familiae columen, id vos oro et per deum inmortalem, per maiestatem imperii, per salutem et dignitatem vestram, per iureiurandi religionem, qua nobis et reipublicae astricti estis, obtestor, ut positis gratia atque odio in conmune consulatis et rempublicam capessatis. pietatem, pacem iam pridem factione atque perfidia paucorum terris depulsam vestro labore vestraque industria reducem stabilite; saevior tempestas rursus fluctibus obruit. me in imperio natum educatumque, quem deus, summus rerum arbiter, et vos imperatorem rebus humanis imposuistis, non inimicus neque hostis, sed, quod falsum esse et neminem credere velim, filius meus, illecebris foemineis captus, quem genui, participem regni feci, successorem declaravi, contra ius gentium, adversus ius naturae et sanguinis necessitudinem, contra divinum edictum, inmemor beneficiorum, oblitus naturae, non solum dignitate, sed et vita privare conatur parentem; cui vitam, dignitatem, quicquid denique habet, acceptum referat neccesse est, extinguere connititur. dux facti foemina est; diutius, quam filio placet, me deus servat. vitam, quam natura mihi donat, proles mea mihi invidet. expectare senis fata recusat. quae sane nostrae sunt iniuriae, nihil ad vos; verum nunc vestrum duce foemina occupavit regnum, vi et armis tenet. vos in mea iniuria despecti estis, vestra beneficia mihi erepta sunt; non me, sed vos contemnit. vestra res agitur, audaciam hominum spectate. non opus est malis geniis, homini ex homine plurima mala. uni animalium homini ambitio honoris, avariciae inmensa cupido; nulli rerum maior libido, nulli rabies acrior. quid reliquum est, nisi ut caeteri omnes ab hoc quasi in loco inlustri constituto exempla sibi summant, paricidia passim impune committant! si ulla apud vos est memoria Chunradi avi atque Honorici parentis mei maiorumque vestrorum, nolite pati imperium vestro sanguine atque sudore partum per scelus et paricidia tabescere! per amplitudinem salutemque vestram, per inmortalem maiorum gloriam obsecro, auferte procul in ultimas terras ex Germania victrice gentium flagitium hocce hactenus inauditum!

15 velim *vor durchstrichenem* percupiam *B;* velim *unterstrichen vor* percupiam *A* 18 immemor *B*

1 — concedit *vgl. Ekkeh. zu 1099* 4 *Die flgd. Rede ist unter Anlehnung an Vita Heinrici 276 frei componirt* 27 homini — acrior *Plin. n. h. VII, 5.*

defessum tot civilibus praeliis orbem romanum asserite, a viciis, scelere inmanissimo rempublicam christianam vindicate! poenas impietatis scelerati reddant, sentiant sacrilegi impostores germanicam virtutem nondum a maioribus degenerasse. vos maiorum vestigiis inniti decet, terrori pessimis quibusque, bonis patrocinio esse. quod tum fiet, si uno consensu filium meum minorem natu, maiore ob scelera exhaeredato atque proscripto, caesarem declaraveritis.'

Haec ubi augustus dixit, pauci, quibus omnia alia atque fides et respublica chariora erant, contra nitebantur; caeteri omnes indignitate facinoris commoti aequa postulare augustum censent eiusque postulatis annuunt. ex consilii decreto, more maiorum Honoricum filium augusti impuberem aduc caesarem consalutant isque se nunquam a patre defecturum solenni ritu iurat. iam civile bellum paricidialisque pugna parabatur. consuluit suprema maiestas generi humano, eodem quippe tempore Urbanus secundus, Clemens tercius de pontificatu maximo armis disceptanteis extinguuntur. Chunradus, filius imperatoris, rex Italiae, et Romani Reginaerum pontificem maximum faciunt, Paschalem secundum nuncupant. in paucis post diebus Chunradus fato concedit Florentiaeque regio cultu sepelitur. Paschalis cum cerneret bonis imperatorem cordi esse eiusque res repentina hostium morte stabiliri, nihil novarum rerum molitus est. quaecunque fiebant, dissimulavit nec legatos cum mandatis in Germaniam misit, donec filius Honoricus adversus patrem rebellionem fecit. illum primo partibus parentis favisse quaedam diplomata ostendunt et sunt, qui tradant.

Iisdem diebus Chunradus atque Honoricus, Saxoniae tetrarchae, filii Otonis ducis Boiariae, a popularibus insidiis contrucidantur, alter, dum noctu iter facit, hic ad oceanum Albi flumine fugitans, a nautis vulneratur atque praefocatur. item alter Honoricus, Saxonici limitis praefectus, animam efflat. caesar igitur in Saxonum fines transsitum facit. ubi civitates honorifice adpellando, principes maximis praemiis adficiendo, nulla nova onera imponendo defessam tot adversis Saxoniam conditione parendi meliore facile posthac in pace continuit. inde Boiariam petit, Reginoburgii concilium habet. ibi tum Rapoto et Hyldericus, patrueles eius, praefecti praetorio, mortem obeunt. inter haec Herimanus Agrippinensis archimysta moritur. imperator eo contendit, Fridericum pontificem civibus designat. inde Honoricum Limo-

8 — parabatur *vgl. Vita Heinrici 276* 17 Raginerum *Sigebert zu 1100* 18 Chunradus — sepelitur *vgl. Ott. Fris. chr. VII, 7* 24 *U. a. Stumpf Nr. 2943, 2959, 2961* 25 *Vgl. oben S. 148, Z. 4 und Anm.;* — efflat *vgl. Ekkch. zu 1103* 30 civitates — continuit *Caes. VIII, 49, 3* 33 — designat *vgl. Ekkch. zu 1099, p. 218* 36 — cogitur *vgl. Sigebert zu 1101—1103.*

burgensem parere recusantem oppidis exuit, sed supplici non solum ignoscit, sed et ampliorem imperii honorem imponit, nempe Luthareae ducatum eidem tribuit. postea in Rupertum Flandrensem ex Palestina reversum, Cameracum urbem liberam infestantem, arma movet, castellis quibusdam expugnatis asperitate hiemis redire cogitur Leodium. ibi conventu solenni celebrato pacem ex veteri instituto Germanorum perpetuo edicto confirmat. latrocinia, quae per tot annos vastata maiestate imperii cladibus invaluerant, iure et vi prohibet, munimenta grassatorum solo aequat.

Posthaec Mogonciacum petit Romamque proficisci, ut cum Paschale pontifice maximo (quem ipse pacis amatorem, a caede et sanguine abhorrentem vocat) de summis reipublicae christianae rebus conloquatur atque inde in Palestinam transsitum faciat, statuit hancque expeditionem meditans, in hiberna cum filio in Boiariam Reginoburgium concedit. Babobergensibus divum Otonem a secretis et precationibus, Iuvavensibus Chunradum sacrificulum suum ex principibus Abusinae patriae meae oriundum episcopum designat. Aribo tum atque Botho fratres, potentissimi Boiorum proceres, obiere. Segifridus Burgusianus, eorum patruelis, orta seditione inter Saxonas atque Boios, quamvis intercedente caesare, interemptus est; sex horis continenter saevitum est, fores diversorii effractae; Segifridus vi extractus, caesus est.

Cap. 18. Augustus peractis hibernis Romamque, inde in Asiam profecturus Mogonciacum petit, relicto filio in Boiaria. is interim consilio Theodovaldae Chamabensis limitis Vocciobur giique praefecti, Berinogerionis Sulsopagi, Otonis ducis, Veliphonis et Honorici octavi regulorum Boiariae, Honorici Lutharei suasu, Alberti magistri epistolarum et sacrificuli instinctu a patre deficit. si parens inimicus pontificum romanorum fato concederet, sibi ab alio praereptum iri imperium

5 Leodinum *B* 25 Bennogerionis *B*

5 *Vielmehr in Mainz. Vgl. aber Sigebert zu 1103: Leggiae = Leodii, dem A. folgt. Vgl. auch Vita Heinrici 277* 10 — concedit *vgl. Ekkeh. zu 1102, 1103, 1104* 17 *Konrad entstammte wahrscheinlich nicht den bairischen Grafen von Abensberg, sondern den fränkischen Grafen v. Abenberg. Vgl. meine Gesch. Baierns, I, 573* 17 — caesus est *vgl. Ekkeh. zu 1104* 24 *Zum flgd.* — sextum et millesimum *gegen den Schluss des Buches vgl. Ekkeh. zu 1105 u. 1106* 25 Otonis ducis: *vielmehr Graf Otto v. Habsberg im Nordgau. Die flgd. Namen nicht bei Ekkeh. noch in einer andern Quelle. A. scheint sie aus der engen Verbindung zu folgern, in der ihre Träger später mit Heinrich V. stehen* 25 *Herzog Welf II. und sein Bruder und Nachfolger Heinrich IX.* 26 *Adalbert, Kanzler Heinrichs V.* 28 sibi — metuebat *Vit. Heinr. 277.*

metuebat. specie igitur pietatis rebellionem facit. primo se in potestate romani pontificis futurum dat fidem, eius se parteis veluti communis orbis terrarum pastoris tutaturum pollicetur. patrem deinde abiurat. ad praetextum huiusce facinoris honesto nomine, quo scilicet authoritas pontificis maximi maxima imposterum existat et respublica christiana, quae tot annis ab augusto vastata sit, stabiliatur, se adversus vires imperatoris operam navaturum praedicat moxque equites, qui ob latrocinia atque crebra bella plures comites, quam alere possent, habebant, adsunt atque illi, qui pace egebant, bello, divitiis aliorum collocupletabantur; hi omnes miscere rursus omnia studebant, filii coepta probabant ad eumque confluebant.

Cum hisce et aliis suae factionis sociis caesar in Saxoniam contendit, ad veteres parentis inimicos, a quibus maximo honore reverenter exceptus, Quintilioburgii paschalia concelebrat. ope Ruthardi Mogontini episcopi (qui ob caedem et conpilationem Iudaeorum octo annos apud Turogos exularat) et Gephardi Constantiensis pontificis tota Saxonia brevi deditionem facit. inde Northusii quarto calendas Iulii concilium cogitur. ibi caesar, Saxones omnes pontificis maximi parteis actaque Hyldebrandi tutanda decernunt, diem constituunt, ante quem ab augusto non descivisse fraudi foret. tum hi episcopi: Uto Hyldesaemensis, Honoricus Badobrunnensis, Fridericus Alberostadensis suasu Ruthardi Mogontini caesaris pedibus accidunt, veniam praecantur, in verba pontificis maximi absentis iurant, cuius adventui res integra reservatur.

Porro augustus, ubi haec accepit, Paschali romano episcopo scribit, Nicolai, Alexandri, pontificum maximorum sanctitatem, modestam erga se reverentiam praedicat, Hyldebrandi Urbanique superbiam atque odium in se proponit, quorum factione multum sanguinis christiani effusum sit, complures corpore et anima perierint. Paschalem collaudat, studium pacis, alias virtutes eius conmemorat, studiosissimum concordiae adpellat, de perfidia filii conqueritur; aperit tandem, se amicum cum mandatis legasse, cui ille fidem habeat, cum quo arcano sermone conloquatur consiliumque capiat, se denique certiorem faciat, quidnam sibi de eo sperare liceat. postulat filius quoque Brunonem Treverensem archimystam, Honoricum Maedoburgensem, Gephardum Constantiensem, Eburonardum Aechostadensem, Otonem Babobergensem epi-

6 stabilietur *A u. B* 14 Quintiloburgii *B* 16 exulerat *B* 21 Alberostadiensis *B*

34 — properant *vgl. Ekkeh. p. 231, 233, 234.*

scopum, Vichobertum dynastam, cum mandatis Romam legatos, qui pontificem maximum in Germaniam deducant, proficisci iubet iique per Boiariam transsitum faciunt et, dum Tridenti divertunt, ab Alberto regionis praeside capiuntur in vinculaque coniiciuntur. solus Gephardus per calles sylvestres in Italiam evasit, ope Mathyldae ad Paschalem pervenit. nam et Veronaero Aquini praefectus in Italia augusto aduc fidem servabat. Albertus Otonem, Brunonem et Vichobertum ea lege liberos abire dimittit, ut ad imperatorem proficiscantur, veniam petant, cum eo in gratiam redeant, in eius verba iurent atque renuncient, quid ille de sociis imperet. vix illi abierant, Velipho Boiorum regulus partium filii cum exercitu Tridentum petit, Gephardum a caesare episcopum designatum Tridentinis, licet se nunquam illum recepturos coniurassent, imponit, Albertum captivos reddere cogit, qui spoliati omnibus rebus ad caesarem properant.

Is tum Marsoburgii quinquagenalia concelebrat, Honoricum Maedoburgio pulsum a fidelibus augusti restituit. inde conlectis viribus Ruthardum Mogonciacum vi deducere conatur, unde ob conpilationem et caedem Iudaeorum pulsus fuerat. in urbe augustus erat, extra moenia filius castra facit. ultro, citro internuncii mittuntur bonorumque ope, qui paricidiale bellum et studia partium detestabantur, absque praelio discessum est. caesar Viridoburgium petit, Ariolongum episcopum, quem pater Emardo defuncto substituerat, urbe, templo exigit. ibi Rupertum a sacerdotibus atque populo conmuniter electum a Ruthardo Mogontino episcopo consecrari iubet dimissisque Saxonibus Noreiobergam, parvum tum oppidum, nunc urbem omnium Germaniae amplissimam, cum viribus Boiorum frustra aliquot menses obsidet. oppidani fortiter se tutati sunt, donec augustus iussit, ut se filio traderent.

Is tum Viridoburgii, pulso Ruperto, Ariolongo restituto degebat. caesar Reginoburgium petit, vestigia filii absque cunctatione subsequitur augustus, a civibus scelus filii adversus parentem execrantibus in urbem admittitur; flagitium esse vociferabantur imperatori de republica omnibusque bonis bene merito portas claudere. caesar ab urbe profugit. augustus Hyldericum ibi episcopum designat. Chamabos, Vocciobur genses per Boiemiae regulos devastat, filio vires colligente cumque copiis in altera ripa Rheni fluminis, qui ibi Danubio miscetur, considente. adversam ripam cum Borissoboio Boiemorum regulo atque

6 Veronero *B* 16 collectis *A*

25 *Vgl. auch Vita Heinrici 278* 37 *Vgl. Cosmas, M. G. Scr. IX, 110 und Ott. Fris. chron. VII, 9.*

BSB

divo Litovalda Austriaco, cuius soror Heliopyrga Boiemo nupta erat, occupat ibique castra locat. intercedebat flumeñ (quod non ponte lapideo, uti nunc, iunctum erat), quominus parens ac filius conmitterentur, scelestas manus consererent, paricidiali certamine cognatas acies polluerent. in vado tamen levia atque parva tumultuantium more, ubi Hartovicus partium augusti occubuit, praelia fiebant. tandem exercitus unius diei inducias pacti, familiariter conloquuntur, nefandum abominantur bellum. filius maximis praemiis, pluribus pollicitationibus inductum regulum Boiemiae Litovaldamque, huic Hagnam sororem suam pactus, domos redire persuasit. augustus ab hisce et aliis desertus, fuga sibi consulit, per Hercynium iugum in Boiemiam penetravit, ab duce Boiemiae, qui eum ante paucos dies deseruerat, maximo honore excipitur. inde ab eo ad Vichobertum Moesiaci limitis praefectum, ab hoc et Saxonibus, qui odio in conmiserationem converso reverenter eundem exceperant, ad Rheni oram Confluentesque Mosellae deducitur. plaerique cognita fuga imperatoris ab eo deficiunt, ut animi hominum se, quo fortuna, fere inclinant.

At filius Reginoburgium repetit, fideles augusti, qui intus erant, sibi praemiis conciliat, civitatem in deditionem cogit. pulso Hylderico Hartovicum, filium Angiloberti reguli Charionum, fratrem Rapotonis primi Artobergensis dynastae et Angiloberti, Carnoburgensis limitis et Histriae praefecti, episcopum urbi designat. inde Franciam petit, Viridoburgium capit. Ariolongum pontificatu motum inter sacrificulos suos esse iubet, Rupertum restituit. posthaec Augustam Nemetum petit, caesarea gaza potitur. iam Richardus Albanus pontifex Gephardusque Constantiensis episcopus Roma venerant pontificemque romanum in Germaniam ultimo Decembri venturum renunciant. augustus Richardum coniunctum sibi familiaritatis necessitudine Mogonciaci honorifice excipit, benigne adpellat. inde Confluentiam petit conventusque solennes Mogonciacum ad octavum diem ante calendas Ianuarias edicit. caesar Ruthardum Mogonciacum reducit, quo et augustus venire quam maximo potest apparatu meditatur.

At filius horum suasu, qui potentiam augusti metuebant (nam populus parenti favebat, scelus filii execrabatur) habitu quam maximo

13 Moesaici *B*

9 Hagnam *vgl. Ekkeh. zu 1105 a. E.* 11 per — deficiunt *vgl. Vit. Heinr. 278* 16 ut — inclinant *Justin. V, 1, 11* 20 *Hartwig, Sohn des Markgrafen Engelbert (II.) v. Istrien. Der Bruder des Grafen Rapoto v. Ortenburg und des Markgrafen Engelbert IV. von Istrien u. Kraiburg aber war nicht dieser, sondern ein jüngerer (1155) Bischof Hartwig von Regensburg* 33 *Zum flgd. vgl. auch Vita Heinrici 278 flgd.*

potest miserabili Confluentiam ad genitorem se confert, pedibus eius accidit, errorem suum scelusque confitetur, veniam petit atque ab indulgentissimo patre impetrat; deinde iuramentum dicit, se in potestate fore augusti promittit, modo is pontifici romano obtemperet. pater et filius invicem mutua gratulatione defunguntur, rem omnem ad consilium conventumque deferunt, et cum deo propicio in gratiam redacti forent, caesar tantum apparatum armorum, tot copias frustra esse sumptuosioraque fore, quam quae cives atque populus ferre possit, admonet, cum paucis ad senatum veniendum censet, ubi armorum metu sublato libera potestas decernendi sit et potius iure quam ferro disceptetur resque omnis lege potius quam armis ad ocium deducatur. facile tam salubris consilii ratio recepta est. augustus igitur dimissis, quas contraxerat tutelae ergo, viribus, cum trecentis dumtaxat equitibus, comite filio, e Confluente Mosellae atque Rheni egreditur, ad conventum agendum Mogonciacum procedit, quo interim hostium atque inimicorum augusti magna vis undique ingruit. ubi Bingium sexto septimanae die ante ferias brumales (quas celebres natali servatoris nostri habemus) perventum est, nuncius ingenteis copias Boiorum atque Suevorum, item aliorum adversariorum augusti Mogonciaci convenisse renunciat. idem Ruthardum quoque Mogontinum archimystam caeterosque pontifices et inimicos imperatoris apud plaebem proceresque concionantes deierasse, nolle se ullo pacto contagione pollui eiusque, cui sacrificiis interdictum sit, conloquio, aspectu, sermone, conversatione contaminari, principibus narrat. mox filius augustum adpellat: ‚pater pientissime', inquit, ‚in hoc oppidum, quod proximum est, paulisper tibi secedendum est, donec illos tibi placem atque vos in gratiam redigam' confestimque tercio fide data operam parenti pollicetur, se eidem sedulo inimicos conciliaturum iurat. at ubi augustus Bingium Quartus intravit, portae urbis clauduntur, caeteri imperatoris fideles exclusi oppido, diffugiunt. continuo custodes augusto, acerbissimi eius inimici, ne fuga elabatur, adhibent. filius quasi re bene gesta triumphabundus Mogonciacum properat. populus, qui plus patri quam filio favebat, saevire coepit; indignissimum facinus clamitant, augustum in vincula a filio coniectum, inauditum scelus, haud levi universae reipublicae malo expiandum esse vociferantur.

Inter haec legatus romani pontificis, duo et quinquaginta episcopi, principes, item alii proceres frequentes coeunt Mogonciaci et referunt de republica; sententias dicunt graves, ut quisque acerbissime censuit, crudelissime dixit, ita quam maxime ab inimicis augusti laudatur;

36 *Zum flgd. vgl. Ekkeh. 232 flgd.* 38 sententias — exagitatur *Caes. b. civ. I, 2.*

dixerat aliquis leviorem sententiam, mox convicio aliorum correptus exagitatur. tandem perscribitur senatusconsultum et nemine obnunciante promulgant hostes augusti sacrificiis interdictum, e fastigio generis humani abdicant, universa acta Hyldebrandi comprobant, infirmiores terrent, dubios confirmant. filius augusti iterum conmuni omnium suffragio caesar nuncupatur; eidem sacerdotes, proceres more maiorum sacramentum dicunt. author fit flamen legatusque romanus. Vichobertus dux Moesiaci limitis suscepta legatione ivit ad augustum, ei voluntatem concilii proponit; si quidem salvus esse velit, sibi insignia imperii, sacri penetralia regni reddere iubet. augustus hisce territus, nihil cunctatus paret, crucem, hastam, sceptrum, globum atque orbem, quem Teutones malum vocant, ensem, diadema reddit haecque mox ad filium deferuntur. isque ubi ea accepit, exclusis amicis parentis, suis rebus studentium frequentia Angilaemos procedit; eo ad se patrem duci iubet, ibi in frequentissima corona omnes augustum circumsistunt, conminantur, necem intentant praesentem, nisi imperata confestim faciat, imperio sponte caedat, insignia ipse ultro filio tradat, castella, munimenta, quae praesidio teneat, reddat. augustus tanto rerum articulo constrictus, de vita cum illis, quo rationem salutis animae imposterum habere queat, dumtaxat paciscitur, orat, obsecrat. caetera, quae imperentur, cupidissime se facturum pollicetur. tum Richardus romanus flamen respondet augusto, nullam spem salutis penitus fore, vitam omnino in dubio esse, nisi publice in celebri conventu confiteatur, Hyldebrandum iustum fuisse seque illi iniuste Vichobertum supposuisse atque ecclesiam templumque dei, cathedram apostolicam totius orbis primariam, iniuria adfecisse, iniuste, crudeliter uti saevum hostem persecutum fuisse. augustus ubi haec audit, lachrymis obortis, pedibus sacerdotuli accidit, per deum immortalem obtestatur, obsides illis, quos petant, offert, comitia principum, quorum sententia, si quid perperam fecisse conprobatum fuerit, satisfaciat, ubi libera potestas decernendi sit et tantae res componantur, postulat. omnibus his resistitur, opponitur decretum concilii legatique pontificis maximi. rursus augustus, cum nulla alia ratione eripi manibus hostium posset, sciscitatur, si quidem illa omnia confiteatur, an execratione expiatus sit. suscipit legatus romanus, sui hoc iuris non esse, Romam migrandum, praesentem pontifici maximo satisfacere oportere ait. imperator ergo, ut gladios cervici impendentes evitaret, salutem servaret, quae inimici imperarunt, et dixit et fecit.

28 lachrimis *B* 32 omnis *A u. B*

4 infirmiores — confirmant *Caes. b. c. I. 3, 5* 31 libera — decretum *l. c. 5; 4, 1.*

Posthaec caesar relicto Angilaemis, ubi privati more viveret, parente, Mogonciacum redit. dimisso conventu Burgundiam petit, superiores regiones Rheno contiguas perlustrat. est oppidum Elisatiae, Ruffas Aquas vocant, armis tum atque viris fortibus potens; ibi dum comites caesaris multa avare superbeque in oppidanos committunt, cives correptis armis vim vi prohibere, ab iniuria se defendere conantur excitatoque tumultu caesar suis opem laturus, non cognita causa armatus advolat. saevit ignobile vulgus; cives suis dant signum tintinabulo; viri, puellae, pueri, mulierculae, famuli, liberi concurrunt; furor arma ministrat, hastas, iacula, ligna, lutum, lapides, pulverem in adversarios iactant, perfidos, sacrilegos, impios, paricidas adpellant, caesarem in fugam vertunt moenibusque cum copiis expellunt, insignia imperii caesareamque supellectilem diripiunt.

Caesar ea clade atque contumelia accepta, ratus id fraude parentis factum esse, Angilaemos, ut eum capiat, contendit. certior fit augustus ab amicis, qui secreto eius rebus studebant, fugam capessit, ad Agrippinensem Coloniam profugus pervenit. cives exulem libentissimis animis, maximo honore atque amore, non secus atque rerum dominum recipiunt; omnibus rebus iuvant, quaeque imperarit, cupidissime se facturos pollicentur. ab ipsis imperator in extremos germanici imperii fines, Leodium deducitur. ubi reverenter ab Otoperto episcopo et Honorico duce Luthareorum excipitur et ad omnes deinde christianos principes, maxime ad Philippum primum, occidentalis Franciae regem, literas dat, tragoediam suarum calamitatum explicat, quemadmodum omni honore atque dignitate expoliatus sit atque sibi ereptum imperium, detegit. de acerbitate hostium, factione romanorum pontificum queritur; Hyldebrandi Urbanique, omnium temporum iniurias inimicorum in se conmemorat, a quibus filios suos inductos et depravatos queritur; in se commissum esse, quod et apud hostes religionis nefandum habetur, refert. de obtrectatione, invidia et conspiratione in se Hyldebrandi, cuius ipse honori et dignitati adiutor fuerit, plura dicit; se servasse, ut essent, qui se perderent, aperit. novum exemplum e republica tollendum, ne in perniciem populi christiani latius serpat, docet; se oppresso omnium capitibus insultaturos sacerdotes romanos praedicit. proinde hortatur, ut reges rationem

4 *Ruffach.* — contendit *vgl. Vita Heinrici 280* 8 saevit — vulgus *Verg. A. I, 149* 9 furor — ministrat *l. c. 150* 17 libentissimis — pollicentur *Caes. b. c. I, 15* 24 — adorentur, *S. 163, 8, vgl. das Schreiben bei Sigebert zu 1106, p. 369 flgd.* 25 omni — imperium *Caes. b. Gall. VIII, 50, 4* 27 omnium — tollendum *b. civ. I, 7* 35 ut — dignitatem *l. c. 13.*

BSB

posteritatis habeant, maiestatem, imperium, regnum, populum christianum, suam existimationem et dignitatem a saevissimis tyrannis vindicent, qui sub honesto Christi titulo publicam christianorum libertatem a deo optimo maximo sanguine emptam opprimere conentur et universos christianos in servitutem redigere durissimam diu noctuque manibus pedibusque connitantur, et facturos, nisi reges caveant, neque cessaturos admonet, donec more Antichristi in templo dei sedeant atque ab omnibus quasi deus colantur et adorentur. in hanc sententiam complura, quae in bibliothecis leguntur, imperator tum scripsit. Cuius filius ubi rescivit, eum Leodii esse, eo paschalia ibidem celebraturus properat, poenas de episcopo atque duce, quod hostem recepissent, sumpturus aut patrem in potestatem redacturus. cumque quarto die ante paschalia in urbe, quam Aquas Graneas vocant, resideret, a parente legati veniunt, qui peterent, ut caesar alibi paschalia hoc tempore perpetraret sineretque parentem in extremo imperii fine vitam degere neque beneficia amicorum illi eriperet; malle augustum agricolam in alieno regno quam in suo ludibrio esse atque denique alieno scelere quam filii perire. filius ubi haec mandata parentis accepit, nihilominus in proposito perstat. trecentos equites, qui pontem Mosae occupent, praemittit. augustus in Franciam occidentalem ad regem Philippum aufugere certabat, sed ab episcopo et Honorico confirmatus, manet. huius filius in crepidinibus ripae equitatum in insidiis locat, ipse cum paucis pontem transsit. antecursores caesaris, qui pontem occupare connitebantur, invadit lacessitque, donec totum agmen caesareum adveniret. posthaec simulata fuga per pontem aquae citus fertur, hosteis ad insidias trahit. nam caesariani omnes avidius fugientem insequuntur. ubi pontem superarunt ac̀ post se paululum reliquerunt, ii, qui latitabant, prosiliunt. Honoricus quoque dux Luthareus cum novis copiis advolat; filius eius, qui hactenus fugam simularat, restitit. caesariani circumventi caeduntur, in fugam vertuntur, ad pontem properant seque ibidem stipant. ponte gravitate ponderis corruente, in Mosa submerguntur hacque clade caesar tercio die ante paschalia accepta Agrippinensem Coloniam petit. a civibus portis clausis, Friderico archimysta urbe pulso, aditu prohibitus, Bonnae paschalia celebrat. postridie inde movet, superiorem Germaniam petit.

Mogonciacum procerum conventu vocato, Honoricum ducem proscribit ducatuque movendum decernit; expeditionem in Luthareos

32 subiunguntur *B M*

10 *Zum flgd. vgl. Ekkeh. p. 235 flgd. u. bes. Vita Heinr. 11, 12, p. 280—282.*

BSB

edicit, copias Viridoburgii kalendis Iulii convenire iubet. ubi hoc Honoricus dux Luthareae, Agrippinenses et Leodienses accepere, quae utilia fore credunt, comparant, moenia reficiunt, vallo, fossa muniunt, totis se viribus ad resistendum parant. mense Iunio caesar cum tribus legionibus Agrippinam invadit, urbem obsidere conatur. sed fortiter erumpentibus, qui urbem tutabantur, procul a moenibus castra facere cogitur ibique unum et viginti dies frustra considet. nam cives saepius erumpebant, conmeatum ad castra convehenteis intercipiebant. Caltoburgii dynasta, Saxonum clarissimo genere ortus, intimus caesaris, occubuit, literis rebusque bellicis praeclarus. dum haec fiunt, augustus filio literas mittit, beneficia huic a se conlata eiusque item perfidiam conmemorat, ad deum optimum maximum et in ius vocat; paratum se esse, ut decretis pontificis romani caeterorumque principum stet, adfirmat. iubet proinde eundem ab armis discedere. scribit in eandem sententiam episcopis, principibus, populo, insuper acerbitatem hostium conmemorat, quemadmodum secum fraude actum sit, inculcat. orat, uti ius sibi iniuria adfecto reddant filiumque moneant, ut ab armis discedat, non vi, sed iure gentium in coetu principum secum agat.

Filius in exercitu pro concione recitatis literis ex consilio procerum, ducum, episcoporum, praefectorum Richovinum et Albertum sacrificulos, quosdam proceres cum mandatis ad augustum legat, qui eum fide publica, privata interposita octavo die in castra ad concilium deducant, ubi armis exercituque dimisso coram episcopis, ducibus, militibus, equitibus lege potius quam ferro disceptaret. caesar interea ab Agrippina Luthaream versus castra movet, ad Aquas Graneas stativa habet. Richovinus et Albertus Leodium perveniunt, ibi augustum reperiunt, postulata filii exercitusque renunciant. hisce auditis augustus petit, ut, qui filii mandata detulerint, sua quoque ad eum scriptis mandata deferant. horum haec summa erat: iniquam esse conditionem postulare, ut ipse ab armis discederet atque se inimicis intra octavum diem, cum longius in privato cuilibet negocio leges concedant spacium, conmitteret. se quidem paratum esse, omnia perpeti reipublicae causa, modo domum armati proficiscantur, ab armis discedant, omnis metus tollatur et libera comitia atque omnis respublica senatui populoque germano permittatur. tum fore, uti per colloquia absque vi omnes controversiae componantur; se placitis consilioque principum obsecutu-
rum esse. rem tantam absque Mogontino, Trevero, Premensi archimystis, item sine his episcopis: Curiensi, Fruxinensi, Augustensi,

9 *Graf Dietrich v. Katlenbury* 19 Albuinus et Riwin presbiteri *Ekkeh. 238*
27 petit — componantur *Caes. b. cir. I, 9, 1; 10, 3; 11, 1; 9, 5; 6.*

BSB

Basiliensi, atque his ducibus: Magno Saxonum regulo Theodericoque Boiemiae praesule, praefecto Burgundiae atque Flandrensi aliisque, quibus ius dicendi, veniendi in senatum sit, pacari et tantulo temporis spacio non posse.

Haec ubi in castris caesaris recitata sunt, placuit rursus eosdem legatos ad augustum proficisci, uti, si is vere pacem amaret, propediem, ubi lubeat, ad Aquas Graneas ad filium veniat. dumque illi Leodium venere, augustus morbo corripitur vitaque excedit. per eosdem filio annulum et ensem suum, extremum munus et pignus patrii amoris, cum mandatis mittit. obiit septimo idus Augusti, anno vitae sexto et quinquagesimo, potestatis totidem, minus duobus, Christi domini deique nostri centesimo super sextum et millesimum. regnum Boiariae administravit annos undetriginta. sub eo ducatum Boiorum procuravit annis decem Oto III. nobilissimis maioribus in Saxonia Northaemi ad Visurgim ortus. deinde crimine lesae maiestatis in iudicio convictus proscribitur, in exilium Boiaria pellitur. nec habeo plura, quae de eo narrem. successere Veliphones genere Suevi; sed hos in sextum differo librum.

12 et millesimum *in B nachgetragen, fehlt in A* 15 *In A auf der letzten Seite des Bandes, der das 5. Buch enthält:* Oto dux Boiorum, ex Saxonia ortus de Northeim ad Visurgim. Saxoniam traxit ad rebellionem, contra Honoricum IV.

filii eius

Honoricus Crassus, occisus a Frisiis — Chuno de Bichelinge *(übergeschr.* Northeim), ipse quoque Crassus.

Richissa imperatrix
uxor Lutharii

15 laesae *B* 18 *In A u. B folgt:* Finis quinti libri annalium Boiorum authore Ioanne Aventino.

Liber Sextus.

Haec continentur in sexto libro annalium Boiariae:

Suevorum origo et situs; Veliphonum (quos Itali Guelphos nuncupant) stirps et genus; Velipho primus regulus Boiorum; Velipho secundus Boiariae rector; Honoricus octavus Boiorum dux; Honoricus nonus, cognomento Superbus, Saxoniae, Ethruriae, Noricorum, Vindelicorum, Nariscorum, Rhetorum potentissimus princeps, gener imperatoris Lutharii II. caesaris augusti; Litovalda, filius divi Litovaldae, Boiariae princeps; Austriae, itidem Stiriae situs, origo, marchiones; Honoricus decimus, huius frater, Vindelicorum, Noricorum, Nariscorum rector, primus archidux Austriae atque orientalis Boiariae; divisio orientalis atque occidentalis Boiariae; diploma imperatoris Friderici primi caesaris augusti; Honoricus undecimus, cognomento Leon, Honorici decimi privignus, Saxonum atque Boiorum occidentalium rector; ducum Brunonisvici origo; Noricorum Scalae et Burgusii dynastarum genus; Velipho tercius, Honorici noni frater, undecimi patruus, Lycatium in Vindelicia, Raveburgii in Rhetia tetrarches, princeps Sardiniae, dux Spoleti, marchio Tusciae; Velipho quartus, huius filius; Charionum situs, origo et principes; Artobergenses reguli.

Authores, quos in hoc libro sequor:

David Scotus, vir admodum eruditus atque bonus, socius divi Mariani, qui Reginoburgii sepultus est in templo divi Petri extra moenia; ille primo ludimagister Viridoburgensis fuit, deinde ob eruditionem ac integritatem vitae in aulam ab imperatore Honorico quinto caesare augusto accitus, eius vitam tribus libris complexus est.

7 pontentissimus *A* 11 divisio — Boiariae *fehlt* *B M*

25 *Ueber das verlorene Werk des Schotten David, das Ekkehard u. Wilhelm von Malmesbury benützten, vgl. Wattenbach, Geschichtsquellen³ II, 69. Ekkeh. p. 243 zu 1110 bestätigt, dass Davids Werk in drei Bücher getheilt war. Nach ihm beschrieb David* totam huius expeditionis *[des Romzuges Heinrichs V. 1110 flgd.]* seriem rerumque in illa gestarum, *also nicht, wie A. sagt, das ganze Leben Heinrichs V.*

BSB

Magnus Richobergensis Noricus, flamen Augustinianus, sub imperatore Honorico sexto caesare augusto chronica scripsit.

Praefatio Ioannis Aventini in sextum librum annalium Boiariae.

Tandem ex civilium armorum procellis, ex paricidialis dissensionis fluctibus emersimus ex altoque ad litus appulimus iamque in portu navigamus. quam illa bonis, simplicibus, apertis viris, non dicam christianis, qui ea tempestate vixerunt, doluerint, nescio. quid ego molestiae, hisce dūmtaxat cogitandis ac conmemorandis senserim, non facile verbis explicavero. illud tacere non possum, me velut grandi onere levatum gaudium laeticiamque iam nunc agitare et quidem serio. invenias tamen plaerosque fascicularios, supplementarios, summularios, specularios atque chronicarios (indigni sunt, ut nominentur), qui de huiuscemodi dissensione multa prodant, multa mentiantur, cum rationem, causam, originem huiusce mali penitus ignorent, homines temerarii ac plane impii, qui de rebus sibi incognitis arcanisque, soli deo notis audacter pronunciare audent, indulgentissimo parenti personam saevissimi tyranni imponunt, quasi ipsi dii sint et non errent neque misericordia dei egeant, cum interim ipsi simulata religione animi sint sub vulpe latentes, vicia, virtutes, caelum, inferos, cuncta venalia habeant, quorum deus honor, pecunia, venter et ea, quae sub ventre sunt.

Ego superioris dissensionis ac seditionis (ut brevissime verum hic quoque absolvam) has causas fuisse reperio, quas ordine, quoniam res magna est atque memoranda et ad subsequentium facit cognitionem, subtexo. imperator Honoricus quartus caesar augustus, septimum nondum nactus annum, patrem amisit, ob aetatem obnoxius fraudi fuit.

13 huiusmodi *B*

Auch Wilhelm von Malmesbury (M. G. Scr. X, 479) sagt von David: iter illud [Heinrici V.] ad Romam exposuit. — *Dass A. den Schotten David hier ausdrücklich unter seinen Quellen aufführt, weckt die Erwartung, dass ihm dessen Werk noch vorgelegen sei, und daran mag man die Hoffnung knüpfen, dass aus seiner Darstellung ein Rest des verlorenen sich reconstruiren lasse, der über das aus Ekkehard und Wilhelm von Malmesbury Bekannte hinausgehe. Eine Vergleichung der von Heinrich V. handelnden Capitel des folgenden Buches mit unseren Quellen, insbesondere mit Ekkehard, erweist jedoch leider die eine wie die andere Erwartung als trügerisch. Da nicht die geringste Spur auf eine weitere Quelle als die bekannten hinweist, darf man als sicher betrachten, dass A. trotz seiner obigen bestimmten Angabe das Werk Davids selber nicht gekannt habe. Er kannte und benützte dasselbe vielmehr nur soweit, als es von Ekkehard verarbeitet wurde. Auch die obige Angabe über David enthält nichts, was A. nicht bei Ekkehard a. a. O. gefunden hätte* 2 *Magni presbyteri annales Reichersbergenses, herausgeg. v. Wattenbach, M. G. Scr. XVII, 439 flgd.*

principes proceresque tum omnia voluptate atque utilitate metiri coeperunt, laborem fugitare, sudoris, pulveris impatientes esse, levissimis rebus, gaudiis corporis vacare, venationi indulgere, curam reipublicae deserere, negocia in alios a se relegare, inopum querimonias neque audire nedum cognoscere, viduas, pupillos, pauperes, ignobiles, obscuros, sacerdotes, populares, agricolas, cives suos tineis et soricibus direptui exponere insueverunt, eosdem stellionibus, fumi venditoribus, aurisugis, praetoribus, scribis, lictoribus, leguleis servire siverunt. latrociniis quoque eadem tempestate ex consuetudine licentiaque bellorum civilium proceres iure suo dediti fuerunt. Honoricus ubi ex ephebis excessit, ista, quoad licuit, iure, edictis, vi, quovis modo prohibere conatus est, plaeraque pessimi exempli correxit, quae in perniciem publicam aut etiam per pacem extiterunt. grassatores dispositis per opportuna loca stationibus prohibuit. plaeraque rectractavit, alia severius emendavit. de pace ex integro sauxit, plurimas factiones, quae titulo conlegii novi ad nullius non facinoris societatem coibant, abolevit. omnia conlegia praeter antiqua et legitima dissolvit, legibus parere omnes nobiles, ignobiles coegit. hanc ob rem Saxones atque Turogi, qui in ordinem cogi recusabant, potissimum rebellionem faciunt.

Nordomani quoque grassantur in Italia ultra Romam, citra Mathylda, locupletissima foemina, dominatur. Hyldebrandus cum hisce omnibus etiam aduc privatus societate atque amicicia inita, non solum absque voluntate et siine consensu caesaris, quod hactenus non licuerat, pontificatum maximum occupavit, verum imperium etiam Romae sibi ac successoribus asserere coepit. eius hoc consilium atque ratio fuit sicque animum induxit, probabilia haec atque verisimilia, quae iam subnectam, paulatim obtinere posse coniectatus est; quae cum obtinuisset (uti tandem evenit), tum facile dictum, factum inveniri aliquam causam, quamobrem abdicaretur et deiiceretur fastigio rerum atque in ordinem redigeretur vel potentissimus imperator. atque ratiocinatiunculae tales fuerunt: omnem potestatem a deo Christo, a Christo Petro eius(que) successoribus, romanis episcopis, datam, iisdem religione iureiurandi, conditione parendi perpetua, caeteris vero principibus dumtaxat temporario sacramento, quoad illis libeat, quemvis christianum astrictum esse. licere proinde primario sacerdoti imperatorem praecario dumtaxat regnantem, ubi romano pontifici (qui Christi domini

5 neque *B st.* nedum 7 *Am Rande in A:* finantzer, procurirer 9 eadem quoque *B* 28 obtinuissent *A u. B* 31 rationunculae *B* 32 que *fehlt A* 34 temperario *B*

deique nostri vicem terris eius religioni praesidendo perfungatur) non obtemperarit, abdicare, eidem sicuti cuilibet christiano diras atque inferias more druidum dicere. imperium enim beneficium pontificis maximi esse. item tyrannum quovis modo e republica tollendum neque liberis regum quempiam nisi ab ipsis creatum, quam diu illis placeat, receptum dominari posse. episcopum communem animorum parentem atque pastorem non ab imperatore in curia, sed a sacerdotibus populoque communiter in templo deligendum esse. et sacerdotem, qui uxorem habeat, divinam rem non facere, eius sacrificia summopere a populo, ne contagione polluatur, evitanda neque illis ullo pacto decimas et huiuscemodi donativa tribuenda esse.

Hasque ultimas treis rationes Hyldebrandus in vulgus edidit, reliquas sibi quidem perceptas, nequaquam imperita multitudo omni vento doctrinae (sicuti ait divus Paulus) circumduci solita, tanti honoris specie atque umbra, astu lactata, aures arrigebat. hocque furore tum concitati Germaniae, Galliae, Italiae populi ferrum in sua viscera converterunt, per triginta trés annos a Gregorio et Urbano continenter sanguine ovium belligeratum est. hic fretus Chunradi, filii augusti. amicicia, uterque armis et pecunia Nordomanorum et Mathyldae adiutus. acriter contra ab aliis repugnatum est, donec augustum Paschalis per filium Honoricum e fastigio rerum in privatum statum deturbavit, pollicitus se in Germaniam ad conventum solennem Augustam Rhetiae venturum. dumque eo contendit, certior fit de morte augusti; ad Padum ergo substitit, atque coacto suae partis coetu, acta Gregorii Urbanique comprobat, Clementis tercii, caeterorum episcoporum atque augusti rescindit, pollui religionem, si quispiam sacrificus suffragio prophani cooptatus fuerit fidemve principi dederit; necesse esse cuivis christiano in romani pontificis leges iurare decernit. quisquis posthac eius decretis non steterit ac rationem actorum exposcat, albo christianorum eradit nullique alii ius in christianum senatum veniendi esse rogationem perfert, legem promulgat.

Antehac mystae, monachi, sacerdotes, virgines, sacratae foeminae, episcopi rebus divinis, studio literarum, scribundis libris (delegata domus, penatium, agrorum cura in prophanos) dumtaxat operam dabant, rerum fluxarum caducarumque administratione contaminari, pollui se credebant. pecuniae igitur praediorumque, rei familiaris curam in

2 sicut *B* 22 solemnem *B* 29 *In B fehlt* ac *und das ftgd.* — exposcat *ist eingeklammert.*

14 *Eph. 4, 14* 23 *Vgl. Ekkch. zu 1107, p. 241* 24 — promulgat *vgl. l. c. zu 1106, p. 240.*

procerum quempiam, qui vicinus aut author contubernii erat, a se
7 A relegabant. / illum caesar dabat, qui sacerdotibus victum et vestitum,
pauperibus inde alimenta tribueret, huncque boethum germanico atque
graeco vocabulo, hoc est patronum curatoremque vocabant. primum
tum inmunitatem libertatemque amoto huiuscemodi administratore sacer-
dotes receperunt. polliciti quotannis romano pontifici nummum aure
um (quem Byzantium vocant diplomata) pensitare, facile tum Paschale
de alieno largiente tributumque accipiente, qui aliam quoque rationem
in vulgus dissipavit: communem pastorem conmuniter ab omnibus, grege,
ovibus et arietibus, hoc est sacerdotibus, plaebe deligendum esse. at-
que rursus per sexdecim continuos annos pro hisce aucupiis armis,
non citra sanguinem decertatum; omnia divina humanaque permixta
7 b sunt. / contra caesar et alii plaerique, episcopi et proceres summopere
nitebantur nec animi tamen romanorum pontificum frangebantur, / ~~quo-~~
~~minus~~ maiores necessitudines conpararent, quibus cogi possent impera-
tores, reges, principes, episcopi, senatus, populus, nisi id probarent,
quod ipsi constituissent. nec per septies septem annos destitere, donec
voti conpotes facti sunt tantumque bolum ex faucibus imperatorum
eripuere.

Imperatorque comitiis pontificiis, republica christiana non solum
excidit, sed et comitia caesarea irrita esse extortum, nisi pontifex
romanus author fiat. caesareque primum excluso, mox populo, pau-
corum potentia crevit, imperatoris maiestas, principum authoritas, res
et populi deminuta est. nec diu hac licentia sacerdotes & episcopi laetati
8. A sunt. / sacrificuli, mystae episcopis, omnes maximo pontifici (et) Roma-
nensibus serviunt, hisce tributarii, vectigales, stipendiarii sunt. hi,
qui minus habent, quicquid corradunt, quicquid unciatim defraudando
genium miseri comparcunt, ditioribus addere coguntur idque illi uni-
versum arripiunt, haud existimantes, quanto labore partum sit. cuncti
episcopi pro sua inscitia in ordinem redacti sunt, universis servitus
imposita est, in unius cuncta potestatem redacta sunt.

Quando vero eius tanta potestas est, cur non illa perpetuo, ne
nobis tot sint domini, utitur? modo ait, modo negat, quasi pilam
quolibet propellit, rursus, ubi usus venerit, arripit. cum tanta messis,

1 et *st.* aut *B* contuberii *A u. B* 14 frangebantur, sed admonebantur, quo maiores *A* 28 *In A am Rande:* ab dem maul abprechen 32 Quando — parere studeant *in A eingeklammert.*

3 *Vogt; vgl. Bd. II, S. 32 unter Voeth und Voethei* 7 *U. a. Urkunden der Klöster Rott, Baumburg; M. B. I, 357; II, 185* 18 tantum — eripuere *Ter. Heaut. IV, 2, 6* 26 hi — partum *Ter. Phorm. I, 1, 7—12.*

cur non metit? cur non amat? cur non pascit, quando tot oves fame pereunt? cur ovili capros, hircos, lupos, libidinosos, adulteros, virginum, sacratarum foeminarum stupratores, cocos, muliones, latrones, argentarios, nummularios, fucos, pecuniarum aucupes, luxu perditos, perfidos, periuros, literarum omnium penitus rudes imponit? non audita loquor, ea, quae hisce oculis video, narro. cur lupis oves committit? cur gregem suum simulatoribus religionis perniciosissimis, rem suam dumtaxat agentibus servire, cur pueros et effoeminatos agnis suis dominari permittit? Xistus quartus pontifex maximus clarissimo principi Alberto genitori ducum nostrorum illiusque popularibus, ut absque praecio sexto septimanae quoque die, item aliis solennibus iejuniis, ovis, caseo, lacte libere vescantur praecipit; extat diploma, cur Reginoburgensium personatus vicarius contra edictum summi pontificis, non veritus eius fulmen, illa nos a se emere cogit atque nostra nobis vendit hasque nundinas demum ante triennium abhinc instituit.

Episcopi nostri quales sint, pudet dicere. pauperum alimentis canes, equos, ne dicam scorta alunt, potant, amant, literas omneis velut contagionem vitant. nullam curam inopum, quorum opibus incubant, agunt. nihil in eisdem praesidii est pauperibus, superbia, luxu, armis cum quovis, vel persicis regibus, locupletissimo imperatore decertant. qui imperat, leges imponit, praescribit, iubet, vetat, si tacet, satis laudat. cur canis mutus est et non latrat? luposque clava Herculis in malam crucem abigit? imperatores, reges et principes nostri, tot caelites, paupertatis christianae amatores et nullius praeterquam pacis ac literarum studiosos nobis dedere, nempe divos Corbinianos, Landobertos, Haemeranos, Arionardos, Hyldulphos, Vergilios, Rupertos, Pilegrimos, Columbanos, Gallos, Eburonardos, Hartovicos, Chunrados, Otones, Veliphoganges, Albertos, Marianos, Synnopertos, Hyldericos, Gothardos. at si diis placet, nunc venatores, inauspicatissimum in sacris literis genus hominum, omnibus imponuntur, sanctissimis patribus ad haec conniventibus. Christus, summus rerum imperator, deus natus sempiternus, cui totius orbis imperium hominum deumque fatis pater destinavit, caeleste solium, imperium aeternum reliquit; vermis et non homo factus est, ut nos collocupletaret. at illi obscurissimis crepundiis atque egentissimi, sine tribu, sine nomine procreati, ut ditentur, ut opibus, potentia, imperio rerum, quae Christus spinas vocat, potiantur,

9 Xistus — instituit *auch in B eingeklammert* 11 sextae *B* 22 et *fehlt B* 35 egentissimis *B*

9 *Herzog Albrecht IV.* 22 cur — latrat *Jes. 56, 10* 36 Christus: *Matth. 13, 22.*

ferre parem, nedum superiorem non possunt, Christi sanguine rédemptos in maximam servitutem redigunt, in gregem eius crudelissime saeviunt. ea est temporum infelicitas; non licet loqui, quae sentis, nec sentire, quae loqueris. oves tondere, deglubere, occidere, uti libuerit, sub specie religionis longinqua est consuetudo.

Si quis in legem Christi praevaricatus fuerit, si quis convicium in maiestatem divinam, in deiparam virginem, in reliquos caelites iactitarit, superos maledictis execratus fuerit, impune abit. nemo huic negocium facessit aut diem dicit; at qui illos homines non deos esse, errare posse docuerit, ad modestiam, paupertatem Christi cohortatus fuerit, humanae imbecillitatis admonuerit, erro pestilentissimus iudicatur, sexcentas ei scribunt dicas. sacrosanctam philosophiam divinitus a spiritu sancto editam interpraetando suis moribus aptam faciunt, ambitioni suae servire cogunt, scita decretaque Christi non servare, sed servire ~~sibi volunt~~. legibus a Christo latis semet ipsos solvunt, placita eius contemnunt, nedum illis parere studeant.

Multum refert, in quae quisque tempora inciderit. extat decretum in libris pontificalibus et annalibus Europae, praecipue in Carolo Magno, ubi regibus, imperatoribus sacerdotia omnia largiri, pontifices maximos, minores capere licet, hos in illorum verba iurare ius fasque esse declaratur, contra sentientibus dirae atque inferiae dicuntur, et id, quod antea religio atque pietas fuit, nunc pagina (ut aiunt) versa, iniusticia atque irreligiositas esse coepit. mali, avari, lascivi, parum studiosi olim non esse sacerdotes censebantur eorumque sacra, ne quis contagione pollueretur, populus iussus fugitabat; nunc contra est; pietas vera, charitas mutua, libertas christiana extincta est, superstitio, protervitas, pervicacia, periurium, amor sui crevit, boni mores interiere. crimina fervent, squalens legum sylva, lites, calumniae adolescunt. humanorum decretorum ergastula invasere, mortalium commenta sacram philosophiam contaminant, sanctissima, levia praecepta Christi extrudunt. fastus, avaricia, luxus, ambitio, simulatio invaluere. unius avariciam totus orbis explere nequit. invicem saeviendo, mordendo, invidendo, criminando, insidiando, rapiendo, fraudando, paciscendo, fallendo occidimus atque perimus. sic fit, sic homines sunt, regnare omnes concupiscunt, parere recusant; plures mali quam boni. nusquam fides tuta, pietas, iusticia (sicuti in vulgato est proverbio) terris exulat, in coelum remigravit, ibidem habitat. hisce enim moribus insticiam

22 hunc *st.* nunc *B*

3 — loqueris *Tac. H. I, 1* 17 — inciderit *Plin. n. h. VII, 106.*

nemo dabit, nisi qui Christum mendacii insimularit frustraque eundem universis vivis et mortuis, diis et hominibus, geniis, laribus, superis, inferis, medioximis diem dixisse crediderit. ipsa si cupiat salus, servare nos prorsus non potest, imbecillitate aliorum, non nostra virtute valemus. unde tot vanae leges et proximae quaeque duriores. quis igitur, etiamsi maxime velit, rempublicam plurium arbitrio temere conmittat ac non potius in retinenda perseveret? equidem mundum ad antiquum morem, veterem disciplinam revocare aut ad pristinum splendorem mortaleis redigere ~~nolim~~ iampridem increbruit: veritas rustica atque acerba est, odium parit. insanus sit, necesse est, qui id, quod vult, dicere pergit et id, quod non vult, confisus factione; non deo, perpeti detrectat et testis atque beatus esse recusat. non enim sapientiae christianae (sicut est caeleste oraculum), sed pecuniae omnia obediunt, quamobrem:

Quisquis habet nummos, secura naviget aura
Fortunamque suo temperet arbitrio.
Magna loquor, quidvis nummis praesentibus opta,
Et veniet, clausum possidet arca Iovem.

Sed de hisce satis superque; nunc ad incoeptum redeo et de Suevis, qui posthac Boiaria aliquot annos potiti sunt, pauca prius explananda sunt.

Cap. 1. Suevos antiquissimos, latissimos, bellicosissimos atque notissimos Germaniae Magnae populos fuisse, interiora Germaniae maioremque partem intra Danubium, Albim, Vistulam amnes, Hercyniam sylvam, sinum Codanum (ubi nunc Saxones partim, partim Venedi, Boiemi, Moravi, Bolii, Lusatii, Pomerii et aliae Schlavorum nationes ferocissimae consident), obtinuisse, propriis nationibus, nominibus discretos, a Suevo octavo rege Germaniae cognominatos esse, apud inlustreis constat scriptores. Hylderico atque Litavico Magno regibus Francorum in Germania atque Gallia citra Ligerim et Albim imperantibus avitas dereliquere sedes, ad fontes Rheni Danubiique in Germania et in Gallia atque Rhetia Italiam tenus pulsis Romanis domicilia coeperunt, ubi quondam habitasse Hermunduros, Helvetios, Rhetos, sobolem Ethruscorum invenio.

Et sicut Strabo Teutonicus suae tempestatis doctissimus prodit,

12 esse *fehlt B*

9 veritas — parit *vgl. Bd. II, 172, 2* 15 — Jovem *aus Joh. Victoriens. ad ann. 1250; Böhmer, Font. I. 285 (Petron. Sat. 137)* 35 *Abt Walafrid Strabo v. Reichenau, gest. 849. Zum flgd. vgl. dessen Prol. vitae St. Galli; Mabillon, Acta Bened. saec. 2., p. 228.*

Suevia triplex est: pars in Germania Magna inter Rhenum Danubiumque amnes continetur, pars intra Hercyniam sylvam, Lycum, Rhenum, Danubium ad Italiam pertinet; caeteri in Gallia celtica consident, nunc Suitones Helusatiique adpellantur. qui Germaniam incolunt, propriis nominibus sunt Rhetii, Rhemi, Viridobergenses, Badenses ducatuum; haec nomina ad utramque Nigri amnis ripam. qui Rhetias tenent, Alpini, Hoegii, Engadini, Curienses, accolae vallis Venustae atque Oeni superioris nuncupantur.

Fuisse autem in Suevia gentem Aldorypham praecipuam et huius aemulam Baebelinam atque Gibelinam (vicus est, ubi educatum imperatorem Fridericum primum caesarem augustum aiunt) authores habeo. hinc Friderici, Honorici, Chunradi, illinc Veliphones, qui et Veliphardi (quos Itali Guelphones nuncupant) procreati sunt, hi imperatoribus rebellare, illi obsequentissimi esse soliti. quamobrem aduc ab ipsis Italia fautores atque amicos caesaris Gibelinos, hostes Guelphos vocitat.

Qui primus Aldoryphorum Veliphonis cognomen tulit, ab auspicio rei militaris bonoque omine belli traxit. canis enim, lupus atque vulpis, quorum catulos Veliphonas Teutones vocant, auspicata sunt Germaniae genti bellicosae animalia Martique dicata. Veliphones autem (ab) Aldorypho castello, Raveburgio oppido, familia vetere et honorata atque ex principibus Sueviae orti, centum atque novem annos potiti sunt Boiariae ducatu, Lycatibus, pago superioris Boiariae, trecentis amplius annis. non ab re fuerit stemma proponere; imagines et elogia universi generis exequi longum est; familiae breviter adtingam.

Tempore Pipini regis Francorum Varinum, eius filium Eisenobardum in aula Caroli Magni clarum fuisse reperio. familiam post hos inlustravit Velipho, cuius liberi Iuditha augusta, uxor imperatoris Litavici Pii, mater imperatoris Caroli Calvi caesaris augusti, Rudolphus et Chunradus. soboles horum Eticho progenuit Honoricum, Litogardam, uxorem Litavici secundi regis Boiorum, et Bardonem, qui a Cimbris necatus est aquis. Litavicus secundus rex Boiorum atque Francorum, filius Litavici inlustris, frater germanus imperatoris Caroli tercii augusti et Carolomani regis Boiorum et Italiae, socero adfinibusque suis Ambrones Lycatiosque, primae Boiariae pagos, dono

5 Viridoburgenses *B* 8 nuncupatur *B* 19 veliphenas *A*

9 *Von Altdorf bei Ravensburg* 10 *Von Böblingen und Weiblingen; Staufer* 26 *Vgl. Vita Otmari und Monach. Sangall., M. G. Scr. II, 49, 752* 31 *Bardo, frater Liutkardae reginae, wird genannt in Erchanberti Breviar., M. G. Scr. II, 330;* — aquis *vgl. oben Bd. II, 614, 29; 36 flgd.*

dedit. Etichonem apud Ambrones contubernium duodecim druidibus (quos Honoricus filius deinceps ad Altonis Monasterium migrare iusserit) condidisse, ibidem sepultum esse literis traditur.

Eius nepos Honoricus ex Hata Hochovaritensi, Damasia Andechysioque castellis Boiariae orta atque educata, divum Chunradum pontificem Constantiae, Etichonem, authorem nobilitatis Rhetiae Curiensis, Hezilocellarum, Usteriorum, Rapertovillariorum, et Rudolphum tulit. Rudolpho Velipho secundus progenitus. hoc alter quoque Rudolphus, ille Veliphoviae (quae nunc villae sunt in ripa Geloni in Vindelicia superiore) habitavit, unde is locus ab eo cognomen traxit; Veliphonis praetorium valet, ab Undenodorypho monasterio tria millia passuum abest. huncque Veliphonem primum, nimirum Lycatiorum atque Ambronum tetrarcham scriptores Boiariae vocant.

Rudolphus secundus, huius filius, uxorem habuit Itham Suevam genere, haud longe a lacu Brigantino ortam, filiam Chunradi Oeningensis, neptem imperatoris Otonis Magni ex filia Richolita, sororem Chunegundae coniugis Friderici Damasiae atque Andechysii principis. ex qua liberos Veliphonem secundum et Honoricum atque Richolitam procreavit, quorum minimus natu Honoricus in venatione ab apro percussus periit Loeniis (pagus est Noricorum, Athesis praeterfluit, inter Pisonium atque Meraniam urbes) Richolita Adaloberoni Eburobergensi nupsit. Velipho matre adnitente Altonis Monasterium ab Ugris excisum, direptum instaurat, consecraneis divi Benedicti reddit. Rudolphum magistrum, deinceps Arionardum et Honoricum praeficit; Itham genitricem ibi sepelit. divo Honorico et Chunrado secundis, imperatoribus romanis repugnare ausus, cum Brunone episcopo Augustensi, fratre divi Honorici, bella gessit. eius coniunx fuit Irmogarda Glycoberga, soror divae Chunigundae augustae; transtulit ex Vinogarda Sueviae templo sacratas foeminas in Altonis Monasterium, aedem Boiariae, hinc monachos illo conmigrare iussit, in Boiaria humata est. ab his sunt Chunegunda, mater Veliphonis ducis Boiorum, et Velipho regulus Charionum, avunculus huius, qui absque liberis ante matrem

5 Andechisioque *B* 18 Veliphonum *B* 28 Glycoberga *fehlt B*

3 *Vgl. Hist. Welforum Weingartens., M. G. Scr. XXI, 459 flgd., welche auch Quelle für das flgd.* — periere, *S. 176, 32, ist, aber nichts von Bardo berichtet* 4 *Beata in der Hist. Welfor. Vgl. auch oben Bd. II, S. 613, Z. 22* 7 *Hirschzell bei Kaufbeuren, Uster, Rapperswyl am Züricher See. Vgl. Hist. Welfor. 459, deren Handschrift aus Fulda ursprünglich Heriliscella, nicht Heciliscella hatte. Ueber die Edlen von Hirschzell s. Baumann, Gesch. des Allgäus, I, 610* 9 *Jetzt Welshofen an der oberen Glon, aus dessen Namen allein A. auf den Bewohner zu schliessen scheint* 20 *Lana bei Meran* 28 transtulit — Monasterium *Herim. Aug. zu 1036.*

anno christianae salutis millesimo quinquagesimo quinto obiit. Chunegunda in matrimonium data fuit a parentibus Aetio (aliis est Azo) Astensi praefecto, quem nunc ducem Ferrariae esse quidam tradunt. unde ortus est Velipho dux Boiorum, qui adnitente matre atque avia, ab imperatore Honorico quarto haeres avunculi institutus et ab eodem ducatu Boiariae praefectus est, anno ab orbe servato 1071.

Sexto deinde anno, quod Hyldebrandi Rudolphique rebus studeret, ducatu motus atque proscriptus, in vincula coniectus est. unde elapsus Raveburgii se munivit, Augustam Rhetiae, Fruxinum Vindelicorum de improviso coepit, diripuit. Segifridum episcopum Augustanum captivum abduxit, biennio in diligenti custodia Raveburgii servavit. viginti annos exulavit, tandem deserta Urbani et Hyldebrandi secta ab imperatore restituitur, ducatum Boiariae non solum sibi, sed et filiis suis Veliphoni et Honorico, quos ex Iuditha, filia Baldovini Flandri, tulit, impetravit. mystis et civibus Augustanis et Fruxinensibus certis praediis atque pecunia satisfecit; quod violatum erat, certis operis atque officiis compensavit. Raedobochos novum conlegium augustalibus flaminibus in superiore Boiaria instituit. postea in Palestinam kalendis Aprilibus cum Herrando Antoburito, Veronardo Charino et Honorico Reginoburgensi praefecto, Otone et Echardo, Schirorum regulis, Hylderico episcopo Bathavensi, Friderico Bogio, cum Uta, matre divi Litovaldae Austriaci, et Theodomaro archimysta Boiorum per Charionum fines, a tergo relictis Ugris, militatum profectus est. in urbibus Moesiae atque Hadrianopoli hibernavit. inde per Thraciam Constantinopolim pervenit, honorifice ab Alexio imperatore excipitur, a quo navibus per Bosphorum Thracium in Asiam transvectus, per Bithyniam atque Nicomediam iter fecit. magna difficultate, Turcis undique lacessentibus, fame, inopia, peste comitibus absumptis, Hierosolyma penetravit, viam ferro sibi aperuit. tandem omnibus amissis, dum reverti domum parat, in Cypro Paphi decedit ibique humatur anno aerae nostrae millesimo centesimo super primum. Veronardus et Honoricus, Fridericus Hierosolymis periere. Utha et Theodomarus

1 *Am Rande in A:* Albertus Corona *[Albert Krantz, Verfasser der Wandalia, Coloniae, 1519, und der Saxonia, Colon. 1520]* ait, Albertum archiepiscopum Hamoburgensem fuisse fratrem Welphi ducis Boiorum, filios Chunzonis

6 ducatu *A u. B* 27 Nicodemia *A*, Nicodemiam *B*

4 — praefectus est *vgl. oben S. 105, 15 flgd.* 8 *Vgl. oben S. 131, 36. Zum flgd. vgl. wieder Hist. Welfor. 460, 461 u. oben 137, 13* 12 ab — impetravit *vgl. oben 149, 27 flgd.* 15 mystis — conpensavit *wiederholt aus* 148, 20 17 *Raitenbuch oder Rotenbuch an der Ammer* 19 *Vgl. oben S. 150, Z. 1 flgd.*

BSB

contrucidati sunt ab hostibus. itinerarium huiusce expeditionis atque historiam extare, sunt, qui prodant; sed ego nondum legi neque inveni. /

Cap. 2. Velipho secundus dux Boiorum, Ambronum et Lycatiorum quintus, Aldoryphorum sextus huius cognominis dynasta, Mathyldam, illam primariam Italiae foeminam uxorem duxit. ea fuit filia Bonifacii, neptis Theodovaldae, proneptis Otonis. templum amplissimum Padelironae consecraneis divi Benedicti in agro Mantuano haud longe a Pado extruxit, ubi eius mausoleum extat, quod vidi anno abhinc sexto, dum ibi benigne excepti sumus, cum inlustri principe Arionisto. is tum amore literarum in Italiam Ticinum profectus atque arma Francisci Galliarum occidentalium regis (qui capto Maximiliano duce, profligatis Suitonibus, militis germani auxilio Mediolanum occuparat) fugiens ad Franciscum Mantuanum regulum, amitinum suum, divertit illoque spectandi causa profectus est.

Veronerus quoque iureconsultus rogante atque iubente hac Mathylda, Veliphonis secundi, ducis Boiorum uxore, leges romani populi a Iustino imperatore invulgatas hactenusque neglectas, situ et carie obsoletas, cum tineis et blaptis depugnantes, recognovit atque publicavit, continenti scriptura expositas in libros capitaque divisit, sententiam paucis summatim praescripsit, legendo, conmentando, interpraetando easdem etiam caeteris notas fecit, parum aduc divulgatas diligentius retractavit. Aeneas Sylvius, qui est Pius secundus pontifex maximus, tradit hancce Mathyldam romano episcopo testamento legasse id, quod patrimonium Petri nominant, tumque vox caelitus edita (uti a gravissimis accepi theologis), venenum melle litum foeminam propinasse christianis. sed ad secundum maritum mulieris redeo.

Is Honorico quinto caesari adversum augustum parentem favit. Romam ad pontificem maximum Paschalem cum mandatis missus, caesaris legatos Tridenti captos, ductis eo copiis liberat. Gephardum a caesare Tridentinis episcopum designatum, a civibus, qui partium augusti erant, exactum, armis restituit. per idem tempus imperator

18 Justino *sic A u. B* 19 blaptis *sic A u. B*

2 Sunt, qui prodant *vgl. Ott. Fris. chron. VII, 7* 3 *Auch bis jetzt ist eine solche Schrift nicht bekannt geworden; vielleicht bezog sich die Nachricht Otto's von Freising nur auf die Passio Thiemonis archiep. Salisburg., M. G. Scr. XI, 52 flgd.* 8 *Polirone* 10 *J. J. 1515* 16 *Warnerius de Bononia, bekannt unter dem Namen Irnerius;* — retractavit *vgl. Burchardi et Cuonradi Ursperg. chron., M. G. Scr. XXIII, 342* 18 *Chron. Ursperg. hat richtig:* Justiniano 29 — restituit *vgl. oben S. 158, Z. 1 flgd.*

Honoricus quartus caesar augustus Leodii mortem obiit, finem paricidiali bello fecit. filius eius Honoricus quintus, qui adversus parentem arma nefanda moverat, composita Germania inferiore, caeteris omnibus, qui parenti adhaeserant, gratiam facit, solum Honoricum ducem Luthareorum ex consilii decreto dignitate abdicat in vinculaque coniicit. Luthaream Godofrido Lovaniensi tradit. verum Honoricus ex custodia sua industria elapsus, ducatum vi repetit, Aquas Graneas occupat. Godofridus subito inrumpit, Honoricum terga vertere cogit. eius uxorem fuga sibi consulere, ignominiosum foeminam capere ratus, permisit.

Caesar pacatis rebus in Boiariam concedit, Reginoburgium, inde Augustam Rhetiaè petit, frustra ibi diutius Paschalis pontificis maximi adventum expectat. nam eo is se venturum promiserat. at ubi de morte augusti certior factus est, ad Padum substitit, in Germaniam proficisci detrectat. in Italia 12 kalendas Octobris concilium episcoporum concelebrat. Hyldebrandi acta, opes factionis, absentium animos literis, praesentium verbis confirmat. Gephardum Tridentinis, Chunradum Iuvavensibus consecrat pontifices, conlegia, contubernia inmunitate donat, tributum annuum (sicut diplomata eius ostendunt) imponit. ad se deficientibus absque cunctatione gratiam facit, obstinatis, nisi ante diem praescriptum resipiscant, sacrificiis interdicit. in scrinio sacri pectoris romani episcopi omnia iura contineri, iusta omnium condita esse nec eundem religione mendacii astringi posse pronunciat; proinde debere homines consideratius iam loqui cum illo atque pro legibus habere, quae dicat; quicquid adversus romanum senatum pontificalemve se extulerit, contundendum esse decernit. conventu peracto ad caesarem legatos cum mandatis mittit; se in Germaniam venturum, ubi de summis utriusque rebus conloquatur, promittit. inde Romam ipse, at caesar Reginoburgium ad hiemandum petit, adventum Paschalis praestolatur. verum is se in Gallias Cluniacum confert. postea Augustobonae in Trecassiorum et Galliae Lugdunensis urbe, conciliato sibi Galliae episcoporum favore, ad captandam plaebis auram, leges turbulentissimas rogat atque perfert. caesarem de creandis pontificibus ad disquisitionem vocat; ipsum pontificalibus comitiis excludit, ea ad plaebem transfert, nempe communem omnium pastorem conmuniter omnium suffragio capiendum esse statuit; pollui religionem, si quispiam sacris addictus caelestis atque inmortalis

15 calendas *A*

2 — permisit *vgl. Sigebert zu 1106 u. 1107* 11 — pontificis *vgl. Ekkehard zu 1107 u. zu 1106, p. 240* 15 12 kal. Novembr. *Ekkeh.* 31 apud Trecas *Ekkeh.*

imperatoris ceremoniarum consors sit, terreno atque mortali regi se in clientelam atque servitutem dicaverit. sacerdotiorum administrationem ad pontificem maximum, armorum ad caesarem pertinere. a singulis igitur episcopis iusiurandum exactum, futuros in potestate romani pontificis.

Quintus per edicta ita obnunciat: non licere Gallis curiosis aliena, quae nihil ad eos attinent, curare, cuilibet facile esse de alieno largiri. christiani orbis imperium sibi a deo optimo maximo impositum esse, proinde se de veteri more et ritu priscae religionis sacris supremae maiestatis placitis non defuturum daturumque iure suo operam, ne quid respublica detrimenti capiat; extare vetustissimam sanctissimorum patrum legem, tempore Caroli Magni perlatam, qua Paschalis atque cum eo sentienteis per omnium sacerdotum religiones devoventur atque proscribuntur. nullo pacto fas iusque esse fastuoso pontifici, levissimis Gallis, magis superstitiosis quam religiosis tot divos, tot pientissimos pontifices maximos, minores, mystas, monachos, reges, imperatores, superos atque caelites impietatis condemnare. se, quoad vita suppetat, non passurum, ut instituta a maioribus accepta, per tot annos hactenus observata fraude et astu paucorum cum maxima christianorum morum pernicie obliterentur. pontifices, episcopos, mystas, monachos ab imperatoribus atque regibus collocupletatos esse. ubi his pares opibus facti sint, more perditorum, quo plura donata fuerint, plura concupiscere illisque sordere prima quaeque, ubi maiora sperarint, titulo honesto libertatis ecclesiasticae fraudulentos homines grassari, illud conari, ut se excluso paulatim etiam populum, sacerdotes, episcopos, alios in ordinem atque servitutem tandem redigant atque arma in eos, quorum beneficia possident, ne haec aliquo pacto repeti queant, vertant. pontifices romanos orbis imperium animo cogitare, regnum christiani populi adfectare, non quieturos, donec oppresso caesare omnibus iugum servitutis, quod ipsi excussere, imponant, Christi cruciamenta declarare, quaenam sit rabies sacerdotum, adversus inmodicam concupiscentiam, cui se semel animus devoverit, nullum stare terminum, se pene impuberem, imperitum omnium rerum ab illis egregiis pastoribus dolo circumventum in patrem charissimum concitatum esse armaque horum consilio sumpsisse. nunc genitore oppresso adversus se conspirasse neque modum ambitioni ponere, nisi alios omneis dignitate, honore expolient et quo ipsis, quicquid libeat, liceat, ab singulis iuramentum,

6 *Das flgd.* — epistolae, *S. 180, Z. 3, scheint A., nur anknüpfend an Sigebert zu 1111, p. 373, frei componirt zu haben* 23 illisque — sperarint *Curt. X, 10, 8* 31 adversus — terminum *l. c. 6.*

BSB

se futuros in eorum potestate, quicquid illi dicant, pro legibus habituros atque tandem pro deo adoraturos, exigant.

In hanc sententiam multae ultro citroque datae sunt epistolae. novissime caesar rescripsit: quamvis veterem consuetudinem atque ritum a tot sanctissimis patribus per tot annos observatum iure atque armis retinere possit, nihil tamen sua referre, si pontificalibus comitiis excidat, modo episcopi, mystae, monachi praedia stipendiaria, fiscos militares, nervos reipublicae, arces, civitates, urbes, oppida, vicos regios, castella reipublicae atque caesari reddant, decimis contenti vivant, dei et pauperum populique causam, philosophiam divinam interpraetando, vita inlustrando, crucem Christi praeferendo, agant atque universis christianis paupertatem atque simplicitatem servatoris nostri, comitum eius aemulando, praeluceant. convenit itaque inter pontificem maximum atque caesarem, uti sacerdotes, flamines, pontifices maximi, minores, medioximi, omissis huiuscemodi reipublicae (ut Christus magister noster adpellat) spinis, victu parabili ac parco contenti, Christi praeceptoris nostri, quoad liceat, modestiam, paupertatem sectentur, pauperum curam agant, populum doceant, studio literarum operam navent. atque ad hanc legem promulgandam iam Paschalis Romam ex Galliis redierat.

Et caesar, quam maximo potest adparatu, italicam expeditionem meditatur conventuque Reginoburgii peracto eam indicit. mense Augusto ex Germania in Italiam cum copiis movet, quosque (inter quos praecipuus fuit David Scotus, harum rerum scriptor) divini humanique iuris consultissimos, quorum arbitrio domesticus motus, perniciosa discordia, civilis seditio, qua per duodequinquaginta annos continenter respublica adtrita est, tolleretur atque penitus extingueretur, secum ducit. pontificia potestas, specie quidem ecclesiasticae libertatis tuendae, in cuius auxilium conparata est, re autem dominationem sibi acquirens, studium populi, sacrificulorum favorem legibus popularibus, pontificalibus decretis aucupabatur. ipsa atque eandem occupantium inexplebilis honorum et regni fames omnium seditionum causa fuit. inerat omnibus species aequitatis. quid enim tam iustum quam pastorem conmunem conmuniter omnium ovium suffragio deligi? quid tam aequum, quam ut nihil in republica christiana temere, nihil avare, nihil superbe fieret, sed cuncta, quasi praesente deo, eius legato authore

8 militares *fehlt B* 11 vota *von neuerer Hand corrigirt st.* vita *B* perferendo *B* 28 secum ducit *fehlt A u. B*

4 — redierat *vgl. Sigebert zu 1111* 15 *s. oben S. 171, Z. 36* 21 — ducit *vgl. Ekkeh. zu 1110* 24 *vgl. auch oben S. 166, Anm. zu Z. 25.*

BSB

gererentur? quid porro tam rationi consentaneum, quam sacris aris addictos inmunes esse, ne fidem dextrae humano sanguine pollutae dare adigerentur? quid denique tam populare et ad ius libertatis christianae aequandae tam efficax, quam ut liberis nemo nisi iustus rex et ab ipsis creatus, et quam diu bene beateque vivat atque illis libuerit, imponatur? sed haec ipsa in perniciem erupere. latuit anguis sub herba et misera respublica christiana dilacerata est discordia paricidiali. primam facem certaminum accendit Hyldebrandus, qui et Gregorius septimus. hic pulsus Roma, extorris aris, focis Salernii interiit. statim Victor et Urbanus vindices legum Hyldebrandi non minore motu incaluere, terrore atque tumultu omnia conplevere. hic filios adversus parentem caesarem augustum arma sumere persuasit ipsoque sublato nihilo minus Paschalis eadem via rem adgressus, acrius conflavit incendium, dum leges Hyldebrandinas asserere non destitit.

Caeterum pars exercitus (inde enim divertit oratio) per iuga Tridentina, pars per Cottias Alpes in campos Italiae penetrarunt. caesar Eporedia egressus, coniunctis copiis, Novaria expugnata, combusta, in ditionem cispadana Italia recepta, Padum transsit, Placentiae castra facit stativaque habet. Parmae Mathyldam, uxorem Veliphonis reguli Boiorum, in fidem atque clientelam accipit, quicquid resistere ausum fuit, perdomitat. Appennino superato Florentiae substitit ibique brumales ferias concelebrat. inde Aretio vi ad obsequium subacto ad Aquampendentem procedit, ibi legatos suos cum mandatis Romam missos atque cum romani pontificis atque populi oratoribus reversos offendit. rursus alios in urbem ad pontificem maximum proficisci iubet.

Interim Sutrium progreditur; ibi amici caesaris atque pontificis romani conveniunt, caesari referunt, Paschàlem postulare, ut caesar clientela episcoporum se abdicet, caeterum ab sacerdotibus et templis ducatus, praefecturas, tetrarchias, vectigalia, praetoria, tributa, praedia stipendiaria, agros, vicos regios, arces, urbes, castella, ius cudendae monetae, imperii caèsarisque beneficia, regia munia et huiuscemodi imperii patrimonium nervosque reipublicae recipiat. annuit postulatis caesar hac lege, ut id in conventu procerum, pontificum imperii celebri fieret diplomateque ex consilii decreto confirmaretur. uterque hanc conditionem accepit. pontifex obsidibus datis pactum confirmat, fidem dat sic fore. caesar acceptis obsidibus Romam accedit, a pontifice, senatu populoque romano eo honore, quo principem orbis atque urbis

16 per *nach* pars *fehlt B*

6 latuit — herba *Verg. Ecl. III, 193* 15 — substitit *vgl. Ekkch. l. c. und Ott. Fris. chron. VII, 14;* inde — oratio *Curt. X, 6, 1.* 22 ibique — lectis epistolis *vgl. Ekkch. zu 1111.*

decuit, excipitur. per portam argenteam ad templum divi Petri deducitur; ibi recitato foedere, lectis epistolis ultro citroque missis, maximo pontifice illud iure suo ritu solemni confirmare conante atque id, quod aequum bonumque foret, iuxta promissa se conprobaturum adseverante, episcopi plaerique, maxime Chunradus archimysta Iuvavensis, ex Abusinae patriae meae regulis ortus, intercedunt, obnunciant, vociferantur, nullum ius spoliandorum episcoporum templorumque opes ecclesiasticas deo dicatas in prophanos transferendi Paschali esse; se vero vectigalia, portoria, oppida, regiones a maioribus sibi relicta quaesitaque hactenusque possessa non tam facile amissuros.

Honoricus Cophoburgioraeno castello superioris Boiariae ortus stricto ense Chunrado Boiorum primario episcopo obstinatius refraganti mortem, nisi principibus romanis adsentiatur, conminatur. atque ille impavidus porrecto iugulo: ‚feri sane, si lubet', inquit, ‚devotum caput'. caesar intercedit, ab inminente nece Chunradum eripit, Honorico: ‚apage', ait, ‚nondum tempus est'. ita dies ille solis, qui tum erat media quadragesima, disceptationibus protractus est in noctem. noctu Romani arma corripiunt, copias caesaris invadunt. caesar suis auxilium fert, fortiter resistit, hosteis in fugam vertit in Tiberimque agitat ibique submergit moenibusque urbis dirutis, dispositis per regiones stationibus, perdomitis hostibus, urbe egreditur. ante moenia Romae castra locat, secum pontificem, romanos flamines abducit atque Hylderico, fratri Honorici Eppostoni, reguli Charionum, monachorum divi Galli in Suevia antistiti, patriarchae Aquileiensi conmendat. paschales ferias in castris perpetrat. ibi tum bonorum virorum opera, potissimum Veliphonis Boiorum reguli, mariti Mathyldae, controversia composita est hac lege atque omine, ut caesar posthac perpetuo absque ambitu, sine praecio pontifices caperet, sicuti hactenus semper more maiorum factitatum foret, sacerdotia, pontificatus sine pecunia daret, sicuti hactenus quasi iure haereditario consuevisset, sacerdotes, episcopi, regia beneficia, salica praedia, quae possiderent, retinerent pontifexque romanus harum conditionum author fieret.

3 solenni *A* 8 Pascali *B*

5 — tempus est *vgl. Vita Chunradi archiep. Sal. p. 68* 11 quidam ex satellitibus regis, Heinricus cognomento Caput *Vita Chunr. Er war nicht, wie A. zu meinen scheint, von der Kopfburg bei Erding, sondern, da er als königlicher Dienstmann bezeichnet wird, entweder ein Haupt von Pappenheim oder der vom Annal. Saxo p. 753 als Heinricus cum Capite de Misna genannte Ritter* 17 dominica quadragesimae *Ekkehard zu 1111, der für das flgd.* — abducit *Quelle ist* 22 — conmendat *vgl. Vita Chunradi l. c.;* — perpetrat *Ekkeh. l. c.* 25 *Vgl. Hist. Welfor. 162 u. zum flgd.* — fieret *Sigebert zu 1111, p. 374.*

BSB

His ita confectis caesar octavo post paschalia die a senatu populoque romano magno gaudio in templum divi Petri deducitur, a Paschali consecratur augustusque cognominatur. posteaquam evangelium recitatum est, Paschalis pro concione testes universos esse iubens, veterem ritum capiundi pontificis caesari restituit, eidem iuxta patrum decreta addicit. deinde lege hac atque diplomate dato porrectaque sacra hostia: ‚domine', inquit, ‚hic est dominus deusque noster ex Maria virgine natus, pro nobis in crucem actus, sicuti sacrosanctus christianorum coetus credit;. accipe pignus verae amiciciae, qua mutuo reconciliati sumus'. factum hoc idibus Aprilibus indictione quarta, anno ab restituta salute millesimo centesimo undecimo. mox contradicentibus pontifex maximus more maiorum diras atque inferias dicit. nemo non tum laeticiam agitabat, pacem tot annis desideratam terrisque depulsam caelo tum reducem gratulabantur; ad pristinam maiestatem imperium resque publica christiana rediisse, concordia perpetua stabilitum videbatur.

Paucis post diebus imperator reditum parat, Paschali, flaminibus, pontificibus maximis, minoribus, medioximis amplissima, supra quam cuiquam credibile est, dona facit. posthaec a pontifice, sacerdotibus, senatu populoque romano abeunti bene praecantibus, per aliquot spacia itineris deductus, Apeninum transsit in Germaniamque reversus Nemetocennae iusta parenti magnifice facit. Albertum Sarobrigam, magistrum sacri scrinii, more maiorum pontificem Mogontinum declarat. inde Boiariam petit, Reginoburgii atque Bathaviae conventus agit. Colomanus tum rex Ungariae Almum fratrem suum regno pellit. is profugus Bathaviam ad imperatorem se confert, opem eius implorat. augustus facile copias auxiliares pollicetur. nam Colomanus quasdam urbeis liberas atque maritimas Dalmatiae occuparat. infesto igitur exercitu in Ungariam Quintus contendit, Pisonium, urbem primam Ungariae, obsidione claudit. Colomanus rex ad conloquium caesaris venit, urbes Dalmatiae restituit, augustus fratres in gratiam redigit. inde Bolios, Boiemos, Flandros imperata detrectantes pari facilitate ad obsequium cogit.

1 — addicit *vgl. Ekkeh. zu 1111, p. 245* 6 — undecimo *vgl. Sigebert l. c.* 11 — declarat *vgl. Ekkeh. l. c.* 21 *Speier;* Sarobrigam: *Ott. Fris. G. Fr. I, 21* 23 *Vgl. die Urk. Heinrichs V. v. 24. u. 25. Juni 1111 aus Passau und v. 4. Juli aus Regensburg; Stumpf Nr. 3065—3067* 23 — claudit *vgl. Ekkeh. zu 1108 und Ott. Fris. chron. VII, 13. A's. chronologische Anordnung ist hier und unten Z. 31 irrig* 25 *Den Ort der Zusammenkunft nennt weder Ekkeh. noch eine andere bekannte Quelle* 28 *Pressburg* 29 — redigit *scheint auf eine unbekannte Quelle zu deuten, wofern es nicht nur aus Sigeberts (zu 1108):* facto pacto redit *(Henricus) gefolgert ist* 31 — cogit *Ekkeh. zu 1109, 1110, 1107.*

BSB

Dumque in Boiaria Reginoburgii hiemat, divus Oto Babobergensis episcopus contubernium atris druidibus extra moenia urbis construxit, Brupheniam vocant. Abudiacum vicum caeteraque praedia, quae divus Honoricus Babobergensi templo condonarat, monachis tribuit. eadem tempestate Honoricus et filius eius Arionistus, Circobergenses reguli, arcem suam Mallathartedoryphos in inferiore Vindelicia propter Lavarum amnem sitam in templum conmutant. Hartovicus Reginoburgensis episcopus dicat, sacris divi Benedicti initiat, Burgardum magistrum legit. per idem quoque tempus Beritholdus Andechysii Damasiaeque dynasta in vertice Matronae montis, qui in prima Vindelicia divo Petro dicatus Oeno continuatur, aedem consecraneis divi Benedicti condit. Damasiae quoque conlegium cum filio Poppone auxit. Oto Vitelipagi, Beritholdus Lechomondi, id est Lycostomatis regulus, ambo ex Schira oriundi, progenitores principum nostrorum, in ripa Geloni fluminis Eisoviae in monte divi Petri aedem atris monachis dedicant. et paucis post annis Bruno magister eius conlegii cum symmystis, consilio Alberti Mogontini et Chunradi Iuvavensis archiepiscopi Schiram migrat. nam id castellum, incunabula principum nostrorum, Beatrix, uxor Arionulphi Dachunensis, cum filiis Chunrado et Otone, Oto Vitellipagi habitans, cum patruelibus suis Otone, Veronardo et Eccardo in templum commutavere huiusque rei Quintus et Paschalis authores facti sunt.

Circa eundem temporis tractum divus Nordobertus ex Santhone, oppido inferioris Germaniae, quod Traianam Romani vocant, ortus, conlegium novorum mystarum, quos Praemonstratenses vocant, fecit. eodem etiam tempore Hartovicus episcopus Reginoburgensis Valentiam, templum divo Georgio dicatum, pulsis monachis, tradit Augustalibus flaminibus, accito Hartovico, magistro eius sectae, ex Norico de aede divi Floriani. Chunradus itidem episcopus Reginoburgensis quinque post annos monachos rursus restituit ipsisque Fridericum praefecit. monasterium id Danubio septum, quinque millia passuum ab Abusina patria mea, aquilonem spectat. ibi cineres Artobrigae (quae teste Claudio Ptolemaeo diligentissimo cosmographo caput olim Vindelicorum

1 — monachis *(Kl. Prüfening)* tribuit *vgl. Mon. Boic. XIII, 2, 141 flgd.?* 6 *Mallersdorf an der Laber;* — legit *vgl. M. B. XV, 255 flgd.?* 12 *St. Peter am Madron, irrig als Gründung der Grafen v. Andechs bezeichnet in dem Messbucheintrag M. B. VIII, 593* 12 — facti sunt *vgl. Chounradi chron. Schirense, M. G. Scr. XVII, 618 flgd.* 26 *Weltenburg;* — Floriani *vgl. M. B. XIII, 353* 30 *1128;* restituit *vgl. l. c. 354 flgd.;* — praefecit *wohl gefolgert aus dem Cod. trad. l. c. 333.*

erat) monstrantur, sicuti in secundo et tercio volumine scripsi; Thessalonus primus illud condidit.

Per idem etiam tempus Theodovalda Voccioburgensis, Theodovaldae Chamaborum limitis praefecti et Litogardae filius, cum uxore Adolaeda Richopagum apud Nariscos in ripa Rheni divo Benedicto condidit. idem quintodecimo deinceps anno Valdosassoniam, amplissimam Nariscorum aedem, monachis Cisterciensibus extruxit. divus Oto Babobergensis episcopus accepto a caesare conmeatu, Pomeranis, accolis sinus Codani, religionem Christi interpraetatur. divum Marianum Scotum, conterraneos eius, Isacium, qui centum et viginti vixit annos, Clementem, Muricherodachum, Ioannem, Candidum et Donatum, imperatore Honorico quarto imperante Reginoburgium in Boiariam venisse, iuxta templum divi Petri extra moenia a civibus, praecipue Bezelino quodam, eis aediculas conditas esse, supra in quinto libro retuli. hac fama moti plures Scoti de Hibernia adventarunt, quibus septem illi praefuere, quorum ultimus Clemens fuit. ubi angustius habitare coeperunt, Fridericus Phronthusius, Oto Ritoburgensis praefectus urbis, frater eius Honoricus, cum uxore Bertha, quae fuit filia divi Litovaldae Austriaci, Litogarda uxor Friderici Bogii curatoris templi Reginoburgensis, Gundagrius et Veronaero Lavari, grande monasterium divo Iacobo atque Gariodrudae intra moenia urbis condunt. Lavari et Ritoburgenses praedia apud Nariscos tribuunt; illorum ibidem monumenta extant. Bertha ibidem sepulta vineas in Austria donavit. Hartovicus episcopus Reginoburgensis templum dedicavit, anno ab orbe servato 1120. primus praesul fuit Mauricius. authores sunt Calistus pontifex maximus et imperator Honoricus quintus caesar augustus. Mauricio successit Christianus. fabulae igitur sunt, hoc monasterium a Carolo Magno conditum esse, qui ante trecentos annos ex hac vita migrarat. Chunradus tum quoque Saliburgensis archimystes apud Richalios in Norico conlegium mystis Augustinianis instituit, Zenonis vocant. primus antistes fani eiusdem Lanzo. sed ad Quintum redeo.

Is Reginaldum Barensem dynastam in confinio utriusque Franciae

32 *Am Rande in A:* Bar le duc.

1 *vgl. Bd. II, S. 152, 20; 336, 28* 5 *Reichenbach am Regen;* — condidit *vgl. M. B. XIV, 406* 6 *1133; Waldsassen;* — extruxit *vgl. Reg. Boic. I, 136* 14 *vgl. oben S. 94, 30 flgd.;* — Christianus *vgl. Vita st. Mariani, Acta Sanct. Boll. Febr. II, 368, 369* 23 *Dieselben wurden bei einer Restauration der Schottenkirche im vorigen Jahrhundert entfernt; nur ein Wappen der Herren von Laber ist im Kreuzgange über dem südl. Thore erhalten. S. Graf Walderdorff, Regensburg³, S. 176, 177* 28 *Vgl. oben S. 133, 23 flgd.* 29 — Lanzo *vgl. Mon. Boic. III, 527 flgd.* 32 — abducit *vgl. Ekkeh. zu 1113.*

BSB

imperata facere cogit, Bario castello (nunc est praetorium Luthareorum reguli) expugnato captivum abducit. Mogonciaci Mathyldam, filiam Honorici regis Angliorum, uxorem ducit nuptiasque facit. omnes principes potentia caesaris territi metuque perculsi ob amiciciam, quam cum pontifice romano inierat, apparuere. Lutharius Saxonum dux in celebri procerum corona nudis pedibus et discinctus procumbens veniam supplex petiit et impetravit. verum Alberto Mogontino pontifice authore plaerique proceres et sacerdotes, maxime Saxones, adversus imperatorem conspirant, domum iugum excussuri remeant. augustus indicio ad se delato Albertum Mogontinum in vincula coniicit. unde elapsus ad Saxones se confert. Fridericus quoque Agrippinensis episcopus cum civibus rebellionem facit. Godofridus atque Honoricus Luthareae inferioris duces imperata etiam detrectant.

Plaeraque tum prodigia bellum civile portendisse iu fastos relatum est; sanguine pluit, lavans caput cruore manus pollutas invenit; terra intremuit; urbes, domus eversae, dormitantes noctu cubilibus excussi sunt. tonitrua, fulgura crebra mortales attonitos fecerunt. dira grando segetes, homines, pecora adtrivit. Leodii subito tranquillo aere turbo coortus fulmine tres sacerdotes compraecantes in templo vesperi, pridie eius diei, quam Christus triumphabundus caelos conscendit, extinxit, moenia, aedes subvertit, fetor pestilens subsecutus est. nubes solutae fluminumque more effusae pecudes, casas, villas cum hominibus aquis operuere. nubes sanguineae, crux, homo candens in coelo visus; exitium orbi terrarum adventasse credebant.

Rursus Germania in sua viscera ferrum convertit. solum Fridericus et Chunradus, hic Franciae, alter Sueviae regulus, et Godofridus praefectus praetorio Rheni, imperatorias tutabantur parteis. caeteri omnes iugum excutiunt, saeviunt; cuncta incendiis, caede conplentur. urbes, oppida, vici, arces, castella diripiuntur, ad egestatem et solitudinem rediguntur licentiaque et consuetudine belli civilis grassatores plurimi passim villas, civitates, itinera obsident, viatores, cives, rusticos, sacerdotes sine discrimine spoliant, fana donis referta expilant. dum haec in Germania fiunt, legati Caloioani, qui Alexio parenti successerat, imperatoris Constantinopolitani, Romam venere et honorifi-

27 partes *B* 29 urbeis *B*

2 — detrectant *vgl. l. c. zu 1112 u. 1114 u. Ottonis Fris. chron. VII, c. 15* 14 — credebant *vgl. Anselmi Gemblac. continuatio Sigeberti zu 1117, M. G. Scr. VI, 376, 377 u. Ekkeh. zu 1117, 1118, 1120* 25 — conplentur *vgl. Ott. Fris. l. c.* 26 Godofridus — Rheni *vgl. Otton. Fris. Gesta Frid. I, c. 12, p. 358* 33 — coniungatur *Quelle?*

centissime excepti sunt. Romani eisdem ad quintum lapidem officii gratia obviam procedunt. postridie Paschalis pontifex maximus sacerdotes, senatum, populum, acturos de communi omnium salute atque libertate urbis reginae mundi, in templo Constantini coire iubet. legati orientalis imperatoris introducti super omnes ad dextram Paschalis conlocantur. deinde paucissimis ita verba faciunt: ‚salutat universos orbis terrarum dominus imperator orientalis postulatque, ut relictis insanis, discordiosis, furibundis et ebriosis Germanis, saevissimis praedonibus, qui famem et egestatem suam latrociniis explere coguntur, ad verum, antiquum et legitimum imperatorem redeatis. is non solum ecclesiae se propugnatorem praestabit, sed etiam viduas, pupillos infimumque quemque auro, argento ditabit.‘ haec ubi dicta, adclamatum est more gentis: ‚perplacet; reddamus diadema legitimo et antiquo rerum romanarum principi; deficiamus a Teutonibus seditiosis et stolidis ad veterem romani imperii moderatorem; vetus Roma cum nova, occidens cum oriente rursus coniungatur‘.

Post haec Paschalis concionatur in imperatorem Honoricum quartum atque eius filium Quintum, crimina, iniurias, vicia commemorat. Petrus Leon praefectus urbis, Ioannes Caietanus, Hugo Cluniacensis antistes, caeteri pacis studiosi obnunciant, clamant, perstrepunt, vociferantur Paschalem maximo reipublicae, Italiae, Romae, omnium denique incommodo, contra fas atque aequum pacem exuere, foedus dissolvere, pactum praevaricari, christianam religionem discordiae malis scindere atque polluere. fit tumultus, conventus dissolvitur. postridie in eandem aedem episcopi partium Paschalis, vocato ad arma populo, frequentes obstinatique concurrunt, confluunt. at Paschalis excluso populo, accitis in curiam quibusdam flaminibus, Italiae, Siciliae, Galliae, Britaniae episcopis, maxime Chunrado Praenestino, Beluacensi, Rhemensi episcopis, legato Burgundiae, quibus omnibus potentia germani principis formidolosa erat, contra nitentibus pacis studiosis ac statum temporum, perniciem communem, clades futuras, civilia arma, christianorum necem, dissensiones, seditiones deplorantibus, in imperatorem Honoricum quintum concionatur, ingratum vocat, eundem a se patronum divi Petri nuncupatum, tamen cuncta caede, incendiis, rapina, sacrilegio complesse, castella vi expugnasse commemorat. alia convicia, quae ira suggessit, in caesarem iactat, sacrilegii, caedis, homicidii, latrocinii, tumultus concitati condemnat. deinde Hyldebrandum atque Urbanum amplissimis verbis collaudat, acta eorum comprobat. im-

2 — iubet *vgl. Ekkeh. zu 1116* 17 — interdictum *vgl. Ekkeh. zu 1116, p. 250, 251; daneben aber scheint noch eine andere Quelle benützt zu sein; vgl. S. 188, 16.*

BSB

peratorem, prophanos quosque a rerum divinarum cura, a sacerdotiorum procuratione, ab opum ecclesiasticarum rerumque ministratione, decreto submovet, comitiis pontificalibus arcet, excludit, omne ius interdicto caesari adimit, nullam eius rationem in illiusmodi habendam censet, pontificem maximum mendacii religione obstringi non posse decernit inductoque priore decreto diploma privilegiumque sibi captivo vi atque armis, in castris, sub papilionibus a tyranno extortum, ut sua Roma servitute atquè saevicia inmanissimorum latronum liberaretur. pravilegium nuncupat, quod modo ratum erat, irritum efficit, quod dictum, indictum est, contra sentientibus sacrificiis interdictum. deinde Friderico Agrippinensi, Chunrado Iuvavensi archiepiscopis scriptum imperatorem in numero impiorum conputatum esse e curia christianorumque submotum et ad auxilium ecclesiae romanae invitantur illi archimystae. extant epistolae atque huiuscemodi, quae ego breviter perstringo, quemadmodum gesta sunt; servantur in bibliothecis nostris in literas relata a quodam legato augusti, qui interfuit et quid quoque die a singulis dictum factumve fuerit, imperatori renunciavit.

Dumque talia in Italia Romae fiunt, Chunradus archimysta Boiorum ad Saxonas deficit, Hugonem episcopum caesarianum Brixina movet, Rhenobertum monachorum Saliburgensium praesulem sufficit, Honoricum quoque Fruxinensem episcopum abdicare conatur. Vischopagum, alia templa, quae is consecrarat, resecat, Fruxinum inde se confert, Honoricum Paschalis decreta refellentem dignitate moturus. verum mystae eiusdem fani, qui tum doctissimi omnium sacerdotum Germaniae censebantur, acta Paschalis velut sacris literis contraria rescindunt, Chunradum urbe exigunt. qui a Saliburgensibus quoque exclusus, in Saxoniam aufugit. Saxoniae proceres, episcopi, archimystae hi: Chunradus Iuvavensis, Albertus Mogontinus, Fridericus Agrippinensis, Theodericus, legatus Paschalis, in Agrippinensi Colonia coeunt, augustum et episcopos ab eodem more et ritu priscae religionis in senatum pontificalem adlectos devovent, imperatori hisque pastoribus rebellantibus, mandata detrectantibus, belligerantibus adversus caesarem veniam scelerum condonant, caelum aperiunt, caeteris claudunt. fidem

9 facit *B* 10 sententientibus *A* 19 Hagonem *A u. B*

11 *Das Schreiben an Friedrich von Köln s. bei Pez, Thes. VI, a, 300; Jaffé, Nr. 4843* 16 *Uns ist kein derartiger Bericht bekannt* 18 — aufugit *vgl. Vita Chunradi archiep. Sal., M. G. Scr. XI, 76* 22 *Fischbachau bei Miesbach;* — resecat *vgl. Chounradi chron. Schirens., M. G. Scr. XVII, 618, c. 12* 27 *zum flgd. vgl. Ekkeh. zu 1116, p. 249 u. 252.*

igitur servantes oppugnantur, sub specie religionis stupra, incestus, sacrilegia, passim conmittuntur, caedes, incendia impune fiunt.

Augustus se suosque tutaturus Agrippinam Coloniam petit, agris circa vastatis, in Saxoniam tendit, cum Saxonibus contendit. Segifridus ac Horo Manovelta, proceres Saxonum, praelio succubuere atque occisi sunt. inter haec Chunradus in Francia et ad Danubium, Fridericus in Suevia et iuxta Rhenum, sorore imperatoris geniti, fortiter acta avunculi tutantur. Emicho dynasta, partium Alberti Sarobrigae, episcopi Mogontini, authoris huiusce belli civilis, a Friderico occiditur. Stephanus, Colomani regis Ungariae filius, Boiemiam de improviso invadit, praedas abigit. Litovalda Austriacus cum duce Boiemiae Ladissolao subsequuntur vestigia Ungarorum, ad Eisenostadium (quod ferreum oppidum significat) progrediuntur; agris circum circa vastatis, incolomes revertuntur.

Iisdem diebus Velipho secundus dux Boiorum absque liberis Cupheringii (vicus est Lycatiorum) obiit anno potestatis duodevicesimo, aerae christianae millesimo centesimo undevicesimo. corpus Aldodoryphos deportatum est. tum quoque uxor eius Mathylda in Italia vita defuncta est. augustus cum uxore Italiam intrat, illius ope iure haereditario (nam cognata fuerat) possidet. eodem tempore Paschalis Romae, ad quem augustus cum mandatis legatos miserat, moritur. priores pontifices romani ad diplomata, epistolas, libellos omneis hactenus imperatoris annos addiderunt, primus Paschalis hisce tacitis suae potestatis numerum adscripsit huncque primum immunitate donasse conlegia, licet ab aliis extructa, reperio. hocque vita defuncto Romani certiorem faciunt imperatorem, petunt, ut Romam veniat atque comitia pontificalia cum sacerdotibus, senatu populoque more maiorum habeat. inter haec quidam Ioannem Caietanum magistrum epistolarum pontificem designant, Gelasium adpellant. is ubi adventare ad urbem im-

5 Manoveltae *B* 12 Eisonostadium *B*

5 — occisi sunt *vgl. Ekkeh. zu 1115: Hoger [Hoier von Mansfeld.] Dort heisst es von Hoger:* qui dudum inter multa, quae bellicose egerat, Sigifridi, palatini comitis nece se famosissimum in aula regis effecit. *Die Verbindung des Segifridus (über diesen vgl. auch Ekkeh. zu 1113) mit Hoier bei A. dürfte nur auf Missverständniss dieser Stelle beruhen* 8 — occiditur *vgl. Ekkeh. zu 1117* 10 — revertuntur *vgl. Otton. Fris. chron. VII, c. 15, p. 256* 15 — deportatum est *vgl. Hist. Welfor. Weingart. 462* 18 — defuncta est *vgl. Ekkeh. zu 1115* 19 — possidet *vgl. Anselmi contin. Sigeb. zu 1116* 20 — moritur *vgl. Ekkeh. zu 1118* 22 *In dieser Ausdehnung nicht richtig. A's. Irrthum ist um so auffälliger, da er in den Stifts- u. Klosterarchiven sehr viele Papsturkunden, die älter als Paschal II. sind und den Kaiser im Datum nicht erwähnen, gesehen haben muss* 28 — obiit *vgl. Ekkeh. zu 1118, 1119.*

peratorem accepit, in Galliam aufugit; tercio ab augusto et Romanis revocatus, redire ad ovile noluit, Cluniaci obiit.

Tum Quintus et Romani veteri consuetudine Mauricium Burdinum, archiepiscopum Braccensem, Hispanum, pontificem legunt, Gregorium octavum adpellant. profugi dissimulata huius consecratione Vidonem archiepiscopum Viennensem, germanum Stephani Burgundionum tetrarchae, avunculum Valdovini Flandri, consanguineum imperatoris, pontificatui maximo imponunt, Calistum vocant. is a sociis emendicatas pecunias, ubi augustus ex Italia in Germaniam redit, Romanis distribuit ad Urbemque triumphabundus deductus est. Gregorius Sutrium aufugit atque in vincula coniectus est. Quintus impar factioni pontificum romanorum, diffidens rebus suis atque eventum causae suae desperans, cum Calisto in gratiam rediit ex summaque discordia principes romani reconciliati sunt. augustus comitiis pontificalibus, clientela episcoporum destitutus, arbitrio coetus ecclesiastici excidit, pontificatus universi sacerdotiaque beneficia romani pontificis facta sunt. nunc rursus ad Boios redeo.

Cap. 3. Honoricus octavus, frater Veliphonis secundi, primi filius, Voliphyldam, Magni ducis Saxoniae filiam, coniugem habuit, ex ea septem liberos, treis mares, quatuor foeminas, Honoricum, Veliphonem, Chunradum monachum, Iuditham, Sophiam, Mathyldam, Voliphyldam procreavit. cum fratre undeviginti annos, post mortem illius quinque ducatum Boiariae administravit. Raveburgii decessit anno ab orbe servato 1125. fatum mariti subsequitur uxor die deinceps sextodecimo. amborum corpora Aldodoryphos delata sunt.

Eodem anno divus Oto, qui Pomerios, ut religionem Christi reciperent, persuasit, Babobergomum rediit et imperator Honoricus quintus caesar augustus Traiecti obiit, decimo calendas Augusti. successit Lutharius secundus, Saxoniae regulus.

Atque hunc Honoricum octavum regulum Boiorum primum omnium privatis auspiciis donationem fecisse, diploma dedisse, hoc sua imagine signasse, id, quod antea imperatores, reges et caesares dumtaxat factitarunt, reperio. initium, finem, exemplum eius tabulae sub-

3 — coniectus est *vgl. Ekkeh. l. c. u. zu 1121*; *Anselmi contin. Sigeberti zu 1118 bis 1120, p. 377*; *Ott. Fris. VII, 15* 4 *Von Braga in Portugal* 13 — facta sunt *vgl. Ekkeh. zu 1122 u. Ott. Fris. chron. VII, c. 16* 18 — delata sunt *vgl. Hist. Welfor. Weingart. c. 15, p. 462, 463* 26 — rediit *vgl. Ekkehard zu 1125* 28 *10. kal. Iunii: Ekkeh. l. c.* 33 *Für Kloster Ranshofen; Mon. Boic. III, 314.*

BSB

scribo: ‚in nomine sanctae et individuae trinitatis Henricus divina favente clementia dux BAVVARIORVM consensu WLFHYLDÆ uxoris decimas in pago Raneshoven de nemore Willehart tradit ad aram divi Pancratii et alia quaedam praedia. actum Raneshoven anno Christi 1125, praesente Otone palatino, Friderico de Regenesburc advocato, Helperto de Geren. Henricus dei gratia DVX BAVVARIÆ. data Raneshoven in palatio 3. kal. Aug. per manum Bernhardi notarii.' interregnum tum fuit. liberos deinceps eius narrabo.

Chunradus ad Agrippinensem Coloniam erudiendi gratia missus, ubi adolevit, inde cum quibusdam condiscipulis ad Claramvallem, celebrem divi Veronardi aedem, migravit; eiusdem ceremoniis initiatus, Hierosolyma supplicandi gratia profectus, morbo corripitur, revertitur; Barii, municipio Appuliae, ante parentem obiit. Iuditha uxor fuit Friderici praesidis Sueviae, mater vero imperatoris Friderici primi caesaris augusti, quem Itali Barbarussam vocant. Sophia Beritholdo Zaringio nupsit. hoc mortuo ad secundas transsit nuptias. venit deinde in manum Litovaldae, Stirii limitis praefecto; peperit Odagrium; ille obiit post natum Christum anno millesimo centesimo undetricesimo. Mathylda primo Theodovaldae iuniori Voccioburgensi dynastae nuptum conlocatur; eo defuncto Gephardo Sulsopago in matrimonium datur. Voliphyldam Brigantinus Rhetorum tetrarches uxorem duxit. Honoricus nonus, Superbus cognomento, patri Honorico octavo in ducatu Boiariae succedit.

Iisdem diebus Lutharius Saxo, exhaeredatis Friderico Sueviae atque Chunrado Franciae regulo, fratribus germanis, nepotibus imperatoris Honorici quarti, astu fraudeque archimystarum Alberti Mogontini et Chunradi Saliburgensis caesar declaratur. nemo erat, qui imperium Friderico, sanguini augustorum, non destinabat. verum, ut dixi, Lutharius astu Alberti atque Chunradi opera rebus impositus, illius potissimum suasu Fridericum et Chunradum, prolem caesaream, sobolem augustorum opprimere atque plus aequo in ordinem redigere conatur. quamobrem illi sacra caesarea et imperii insignia, quae morte avunculi ad eos redierant, Luthario tradere recusant, sed et armis sumptis se atque suos tutari pergunt. Chunradus ab Italis invitatus

19 Litovaldae *st.* Theodovaldae *B* 21 *Am Rande in A:* Wulphyld. 24 exhaereditatis *B*

9 — praefecti *vgl. Hist. Welf. l. c.* 18 *Vgl. Annal. st. Rudberti Salisburg. zu 1129; p. 775* 19 — duxit *vgl. Hist. Welf. l. c.* 22 — succedit *vgl. l. c. c. 16* 27 *Vgl. Otton. Fris. Gesta Frid. I, c. 16;* — inungitur *vgl. Ott. Fris. chron. VII, c. 17, p. 256, 257.*

Mediolanum penetravit, ibi ab incolis rex Italiae constituitur, ab Anthelmo, urbis archiepiscopo, inungitur.

Lutharius Gariodrudam unicam filiam Honorico rectori Boiorum despondet isque confestim equitatum cum primariis Boiariae foeminis, qui sponsam ex Saxonia abducant, mittit. inter haec ipse more gentis auspicaturus bonis ominibus principatum, concilium Reginoburgii cogit, pacem publico edicto sancit, lites dirimit, ius dicit, proceres Boiorum ab armis discedere, concordiae bona colere praecipit, latrocinia vetat capitaliaque fore decernit. praetorem, qui praesidendo iuridicundo intentus vicem suam fungeretur, Reginoburgio imponit. peracto conventu sponsam Augustae in confinio Rhetorum atque Vindelicorum excipit. in campo Lyci supra Augustam inter Fridobergomum et Morinos, qui locus romana lingua Concio legionum vocari solet, nuptias octavo quinquagenalium die facit. frequentes Boiariae atque Sueviae primores interfuerunt. confectis nuptiis nuptam Raveburgium migrare iubet, ubi tota aestate degit. dux ad socerum in Saxoniam se confert. Marsoburgii in celebri conventu Graedingam, Noreiobergam, episcoporum, praesulum Boiariae tutelam ab eodem in fidem accepit. operam suam adversus Fridericum, sororis suae maritum, iureiurando pollicetur.

Interim dum in Saxonia longius abest, Fridericus Bogius, aedis Reginoburgensis curator, consobrinus illius, coniunctis sibi quibusdam proceribus Boiorum, quibus pax odiosa erat, praetorem ducis Reginoburgensibus datum interficit; dolebat honorem atque commodum suum in urbe deminutum iri Honoricique augescere. caesar et Boiariae praeses versus Boiariam arma ex Saxonia movent. Lutharius comite Hylderico Boiemorum duce Noreiobergam obsidione claudit frustra. cives fortiter se defendunt, adventantibus in auxilium obsessis Chunrado Francorum, Friderico Suevorum procuratore erumpunt, caesarem caedere cogunt. isque Babobergomum, inde Viridoburgum se confert, hinc Rheni oram lustrat. Nemetas, qui rebus Chunradi atque Friderici, tanquam cognatorum caesarum, qui apud eos sepulti erant, favebant, circumsidet. in eiusdemque urbis agro Linoburgium castellum et monachorum templum, quod Fridericus firmissimo praesidio tenebat, fame ad deditionem iam coegerat, nisi Hyldericus Horningensis Suevus socios deditionem faciundam consultantes confirmasset,

15 novam nuptam *A*

3 — pollicetur *vgl. Hist. Welf. c. 16* 13 *in der Burg Gunzenlee* 16 Marsoburgii *Annal. Saxo zu 1127* 20 — augescere *vgl. Hist. Welfor. c. 17* 24 — circumsidet *vgl. Ott. Fris. Gesta Frid. I, c. 16, 17, p. 360* 32 — largiuntur *vgl. l. c. c. 14, p. 359.*

BSB

satis superque annonae superare, nimirum satius esse dictitans, ventribus crassis monachis pasci quam castrum tam turpiter in manus hostium tradere. quod ubi druides accepere, abunde conmeatum praesidio militari largiuntur.

Interea Honoricus in Boiaria Falcostonos (a principibus nostris ante paucos annos Hieronymo Stuphio datos), vicum et arcem Boiariae transdanubianae munitissimam, Boiemiae atque Hercynio saltui continuam, quae tum Friderico Bogio parebat, obsidet relictisque ibi octingentis equitibus, quibus sororem suam Sophiam, quae tum mortuo marito Litovalda Stirio ad fratrem concesserat, praeficit, ipse ad socerum cum sexcentis equitibus contendit. ultra Rhenum adversus Friderici incursationes considet, Fridericum noctu irruentem exploratis eius conatibus in fugam vertit, fugientem usque Gryningiam persequitur. Nemetes Alberto episcopo Mogontino arbitro caesari se dedunt. Honoricus ad Boios reversus Falcostonos expugnat atque incendit. posthaec Fridericum Suevum, sororis suae Iudithae maritum, apud Dyoveltas ad conloquium invitatum dolo capere nititur. Fridericus evasit, Maemingiam, Raveburgium, Aldodoryphos, plaerosque Sueviae vicos, qui sub ditione Honorici erant, diripit, exurit. par pari Honoricus refert, fines Friderici cum copiis ingreditur, a Togodoryphis, Danubiano vico, usque Stuphios, Ulmam quoque, depopulatur, cuncta caede, incendiis complet.

Moritur tum Chunradus, qui et Chuno, Reginoburgensis pontifex. cives, sacerdotes authore Friderico procuratore mystarum, non expectato adventu ducis, nulla eius ratione habita, citra eius consensum Honoricum Voliphorathusium, patruum Otonis Voliphorathusii reguli, episcopum designant. hoc ubi Honoricus Boiorum rector rescivit, edita comitia irrita facturus ad caesarem festinat. Voliphorathusius eius conatus antevenit consiliumque frustratur. Iuvaviam propere se confert, a Chunrado archimysta ritu solenni inauguratur. Angilofridum antistitem divi Haemerani abdicat, monachos devovet hisque a capite ieiunii ad septimum calendas Augusti sacris interdictum fuit. censum a Paschale impositum reddere detrectabant. episcopus igitur iussu Innocentii secundi pontificis maximi vi templum occupat, calices

9 cum *st.* tum *B*

5 — incendit *vgl. Hist. Welf. l. c.* 16 — evasit *vgl. Otton. Fris. Gesta Frid. I, c. 19* 17 *Zwiefalten* 18 — complet *vgl. Hist. Welf. c. 18* 23 — inauguratur *vgl. l. c. c. 19* 31 — devovet *Quelle?* — detrectabant *vgl. Ann. Ratisponens. zu 1137, M. G. Scr. XVII, 586:* [usque ad 12. kal. Aug.] 34 — conpilat *vgl. Ried, Cod. dipl. Ratisbon. I, p. 194 u. Anm.?*

aureos conminuit, bullas, diplomata, privilegia conburit, plumbea monumenta reperta in sepulchro Beritholdi praesulis liquefacit, fanum conpilat.

Dux praedia, vicos episcopi devastat, Stuphium, Danubianam arcem, de improviso invadit, expugnat praesidioque firmat. quam rursus episcopus obsidet fameque obsessis annona deficiente expugnare conatur. dux vi obsidionem episcopum solvere cogit, conmeatum in arcem deportat. inde superiorem Boiariam petit, quam cum paucis peragrat. Oto nepos ex fratre episcopi, de improviso de Voliphorathusio erumpit, hostili animo ad ducem adfectat viam; quippe eius equum agnoscebat. quidam comitum rectoris Boiorum equo suo hunc imponit, ipse equum eius insedit atque terga vertit; Oto hunc Honoricum esse ratus insequitur depraehensumque multis vulneribus confossum trucidat. interea Honoricus elabitur, comparatis copiis agrum Voliphorathusianum Februario devastat, intra, extra Alpes Penninas cuncta depopulatur. Homerasium castellum obsidet, expugnat, igne concremat. a Voliphorathusio, quod ieiunium quadragesimae solenne inminebat, abstinet, accito in conmilitium fratre Veliphone Reginoburgium petit, praesidium Stuphio deducit, arcem incendit.

Inde in Sueviam se confert, fratri Veliphoni Utham, filiam Godofridi ditissimi reguli Chalybum, paternis opibus instructam, dat in matrimonium. Albertus, patruelis Godofridi, ratus sibi partem haereditatis praereptam, Chalybes dolo capit praesidioque firmat. deinde copias Veliphonis apud Sindilovingas noctu de improviso adoritur, partim capit, partim in fugam coniicit, equis, armis, rebus potitur; vicum succendit, praedam omnem in arcem suam Viridobergomum deportat. Honoricus et Velipho absque cunctatione castello castra admovent, balista saxa in moenia iaculantur, ariete muros diffindunt. Albertus opem Friderici et Chunradi, ducum Sueviae atque Franciae, implorat. dumque hi obsessis suppetias ferre festinant, Honoricus et Velipho, qui oppugnationem non intermittebant, Viridobergomo potiuntur. praeda omni recepta, cunctis, qui intus erant, in vincula coniectis atque captivis abductis, castellum conburunt. inter haec Chunradus dux Zaringius, avunculus coniugis Veliphonis, Schonoburgium, quod Veliphoni parebat, circumsidet. Lutharius caesar cum exercitu adveniens Zaringium caedere cogit. Velipho inde Leonostonos, qui

2 Bericholdi *B* 14 Voliphorathusium *B*

4 — incendit *vgl. Hist. Welf. c. 19* 20 — reddit *vgl. Hist. Welf. c. 20, 21, p. 465* 21 *Kalw.*

BSB

sub ditione superioris Alberti erant, vi expugnat, ad Chalybes castra movet. Albertus ubi se imparem Veliphoni esse videt, supplex abiectis armis in castra procedit, pedibus Veliphonis accidit, veniam petit. Velipho eidem non gratiam solum facit, sed etiam omnia, quae abstulerat, reddit.

Pacatis rebus in Suevia Honoricus in Boiariam post paschalia redit, Voliphorathusio castra admovet. Honoricus episcopus Reginoburgensis, ex illo oppido ortus, proceres Boiorum atque tetrarchas orat, ambit atque auxilium nepoti laturus adversus superbiam et dominationem ducis, exercitum impetrat. nempe divus Litovalda Austriacus, Fridericus Bogius, Albertus, eius gentilis, et caeteri Boiorum dynastae, excepto Otone Vitellipago, praefecto praetorio, progenitore nostrorum principum, ducem Boiaria deturbaturi, propter Isaram amnem proxime Voliphorathusium castra locant. cumque acies instruerentur, Oto superior, consobrinus ducis et Friderici Bogii, socer Otonis obsessi, apparet, copias reguli explorat, ultro, citro conmeat, vires summi Boiorum principis adversariis conmemorat, certam cladem ostendit terroremque illis incutit, fama hostilium copiarum, eas amplificando perterritat, scrupulum iniicit. Friderico Bogio consobrino suo (nam Adolaeda, mater Friderici, Richardae, matris Otonis, soror erat) persuadet, ut secum in castra veniret, pedibus ducis accideret, veniam oraret, quam et impetravit. idem Oto Voliphorathusius a socero persuasus facit, se atque castellum Honorico absque conditione permittit. ipsum praeses Boius in exilium Raveburgium agit, iurare eundem, ne in Boiariam, nisi a se restitutus, redeat, cogit. posthaec Voliphorathusium vicum atque arcem primae Vindeliciae ad confluentes Isarae atque Libusae conditam diripit atque igne concremat. verum Iusticiam, uxorem Otonis, filiam Otonis praefecti praetorio, quae in oppido cum marito obsessa fuerat, benigne adpellat, eam cum rebus suis ad parentem abire permittit. ita proceres Boiorum perdomiti in gratiam

4 solam *B* 14 que *fehlt B*

6 — mercatur *vgl. l. c. c. 22, p. 466* 27 *Dass die Gemahlin des Grafen Otto II. von Diessen, die Mutter des Grafen Otto III. von Diessen und des Bischofs Heinrich von Regensburg, Justitia hiess, hat A. wohl dem älteren Diessener Necrologe (Oefele, Scr. rer. Boic. II, 675) entnommen, deren scheirische Herkunft aber richtig aus den Worten der Hist. Welfor.:* uxor illius, quam dux patri suo palatino conmisit *gefolgert. Die Stammtafel bei Huschberg (Aelteste Gesch. des Hauses Scheiern-Wittelsbach, Tabelle V), sowie von Oefele's (Gesch. der Grafen von Andechs, S. 15, 16) Filiationsnachweis Nr. 11 sind hiernach zu ergänzen und die von einigen Genealogen ausgesprochene Annahme babenbergischer Herkunft dieser Justitia zu verwerfen.*

cum duce redeunt. episcopus Reginoburgensis Hochoburgio praefectura Oeno contermina pacem a regulo Boiorum mercatur.

Pacata igitur Boiaria eodem tempore divus Veronardus Lutharium caesarem, Fridericum et Chunradum nepotes et haeredes augustorum, veteres inimicos, Babobergomi conciliat eaque civilis discordia decem annos Germaniam adflixit. Fridericus mortua Iuditha Boia Hagnam Sarobrigam, neptem Alberti episcopi Mogontini ex Friderico fratre, uxorem ducit, ex qua Chunradum palatinum Rheni et Clariciam, uxorem Litavici Turogi, progenuit.

Dum haec in Germania fiunt, duo Romae de pontificatu maximo decertant, Anacletus et Innocentius. ille fretus opibus Rogerii Siciliae, Apuliae Calabriaeque reguli Innocentium urbe pellit isque in Germaniam ad Lutharium aufugit, ab eodem Chunrado Abusino, Iuvavensi archiepiscopo, deducente Leodii reverenter excipitur in Germaniaque fere duos menseis conmoratur, donec eum Lutharius frustra clientelam pontificalem repetens per Boiariam Tridentinaque iuga Romam cum paucis (Italis eius paucitatem contemnentibus) deduxit, ubi in aede Constantina ab pontifice reduce inauguratur; nam templum divi Petri Anacletus tenebat. imperator accepto cognomine augusti in Germaniam revertitur, Danos, Bolios, Venedos, Boiemos perdomitat. Rugii, Pomerii, Ugri muneribus inmensis eius amiciciam ambiunt. Nicolaus rex Cimbrorum cum filio Magno Alberostadii in verba Lutharii iuravit se suosque successores perpetuo fore in potestate romanorum imperatorum. dum Lutharius Innocentium Romam deducit, Cimbri omnes caesarianos, qui in regno illorum versabantur, uno die contrucidarant.

Sub idem tempus sexdecim contubernia monachorum, conlegia mystarum in Boiaria instituta sunt. circum patriam meam Abusinam ad septentrionem Schamaphubetham Gariodruda, uxor Beritholdi, cum filia Litogarda, ab orientis ora Roram Magnus, filius Ruperti, nepos Babonis, cum uxore Irmogarda et filio Alberto et finitimi horum,

23 *Am Rande in A:* ensem praesente imperatore nudum portavit *[Ann. Sax. l. c.]* 25 contrucidarant *sic A u. B* 28 Gariotruda *B* Berithodi *A*, Berotholdi *B*

1 *Dieser Name der Grafschaft, die um Kufstein u. Rattenberg lag, ist sonst nicht überliefert* 3 — conciliat *vgl. Hist. Welfor. c. 23; Otton. Fris. chron. VII, 19* 5 — adflixit *Ott. G. Fr. I, 20* 6 — progenuit *vgl. Otton. Fris. Gesta Frid. I, c. 21, p. 362* 6 Agnes *l. c.* 10 — ambiunt *vgl. Ott. Fr. chron. VII, c. 18, 19* 21 — contrucidarant *vgl. Annalista Saxo zu 1134* 28 *Schamhaupten; vgl. den Stiftungsbrief Mon. Boic. XVII, 295* 29 *Rohr; die Urkunden in M. B. XVI, 99, 100 nennen als Stifter den Edlen Adalbert von Rohr.*

BSB

Chunradus, Honoricus; Gephardus mysta Reginoburgensis, fratres germani de Rhaniorum Roteburgiique reguli cum matre Mathylda Barionas et divum Magnum ad confluentes Danubii atque Rheni in adversa Reginoburgio ripa flaminibus Aurelianis dedicant. ab occiduo vero sole et austro consecraneis divi Benedicti Monachomonasterium, olim ab Ugris excisum, Honoricus nonus regulus Boiorum et Theodovalda Vocciobur gensis instaurant. Grimoldus vero atque Aribo, Chunradus, Honoricus, fratres germani, filii Thimonis et Bilepyrgae, Piburgium regiam suam in templum commutant. divus Eburonardus, filius Honorici et Berthae, frater Hylderici, praesul eligitur; posteri horum Hyldovaldostoni cognominati sunt a civitate Nariscorum.

In Boiaria aquilonari Honoricus Lechomondi et Gryphopagi tetrarches, Litogarda uxor, filius Voloardus Caesaream, Oto, filius Honorici, nepos Ruperti, pronepos Babonis, Ritoburgii atque Stephaniae dynasta, urbis Reginoburgensis praefectus, Valderopagum condunt, ceremoniis Cistertiensibus iniciant. Albertus Bogius, filius Hartovici et Litogardae, uxor Haeduovica, liberi Albertus, Beritholdus, Hartovicus arcem Venedobergomum synmystis divi Nordoberti archiepiscopi Maedoburgensis tradunt. eius sacris Austravia quoque in inferiore Vindelicia, pulsis popularibus mystis, procurante divo Otone episcopo Babobergensi, a summo Boiorum regulo traditur. itidem in Boiaria secunda Geroldus atque Christina coniuges Asopagum praetorium suum Benedictinis tradunt. Oto Vitellipago ortus, praefectus praetorio Boiorum, author generis principum nostrorum, cum uxore Haelica Enodoryphos apud Nariscos divo Benedicto, in meridionali Boiaria Undenodoryphos Augustinianis mystis dedicat.

In superiore Vindelicia Biartinos Luditha atque eius frater Meginogothus Aurelianis flaminibus extruunt; Romanus episcopus Guricensis

11 Litovaldostoni *B* 18 symmystis *A*

3 *Päring; vgl. M. B. VIII, 595* *St. Mang in Stadtamhof; vgl. Ried, Cod. dipl. Ratisbon. I, 204; Hund, Metrop. Salisb. II, 450* 5 *Mönchsmünster; vgl. M. B. XXIX, a, 259, 262* 8 *Biburg; vgl. Urk. im Münchener Reichsarchive und Vita Eberhardi Salisburg. archiep., M. G. Scr. XI, 78* 11 *Von Hilpoltstein* 13 *Kaisheim; vgl. M. B. XXIX, a, 314* 14 *v. Riedenburg u. Steffling* 15 *Walderbach; vgl. Fundatio monasterii W. im Archiv für Kunde österr. Gesch. XII, 264, wofern A. nicht einer verlorenen oder noch unedirten Urkunde folgt* 18 *Windberg; vgl. M. B. XIV, 21 flgd. u. Annal. Osterhofens. zu 1142, M. G. Scr. XVII, 541* 19 *Osterhofen; vgl. Ann. Osterhof. zu 1127, l. c. 540, oder Auctar. Ekkeh. Altah. zu 1122, l. c. 365* 22 *Asbach; vgl. M. B. V, 158 flgd.* 25 *Ensdorf; vgl. M. B. XXIV, 9 flgd.* 26 *Indersdorf; vgl. Oberbayer. Archiv XXIV, 1 flgd.* 27 *Beiharting; vgl. M. B. V, 455 flgd.* 28 — conserat *Quelle?*

BSB

iussu Chunradi archimystae Boiorum templum consecrat; nam Honoricus episcopus Fruxinensis, vir admodum eruditus, rebus imperii studebat, Chunradus factionem pontificis maximi sectabatur. Vinariam itidem superioris Boiariae praefecturam Segibotho, Adolaeda coniuges cum liberis Segibothone atque Gariodruda Aurelianis sacris addicunt.

In Norico Chunradus Iuvavensis pontifex, ex Abusina patria mea oriundus, Chiminum templum olim a Thessalono secundo, regulo Boiorum, divo Benedicto conditum, ab Ugris ad egestatem redactum, mystis Augustinianis, itidem eiusdem ceremoniis iuxta eundem tractum proxime Richalios divi Zenonis aedem tradit. is quoque Iuvavenses sacerdotes, symmystas, ut cultum divi Aurelii Augustini reciperent, persuasit, a quo nostro aevo opera Matthaei Longi, eiusdem fani archiepiscopi et flaminis romani pontificis omnium clarissimi, soluti sunt.

Per idem tempus annum aerae nostrae 1135 ferventissimum fuisse, amnes siccatos esse, sylvas cum montibus arsisse, fomitem et quicquid alendo igni aptum est, in terram ingestum, mox ignem concepisse, literis proditur. Reginoburgenses tum atque dux Honoricus Danubio pontem lapideum imposuere, qui urbem cum suburbano municipio tum demum condito, quam Hophen vocant, iungeret, inter mirabilia Germaniae opera numeratur. quippe strues saxorum triquetrae subinde lapidibus ex fundamento cumulatae truncis arborum et stipitum compage veluti quodam nexu continentur, fronte recta fluctus excipiunt, amnem morantur, qui retentus acrius, quam si libero cursu mearet, illiditur. spumabundus perstrepitat, ingenti sonitu sermonem astantium obtundit. quindecim fornices ingentes saxo quadrato structae, viginti pedum intervallo distantes, quae ex fundamento, ut dixi, lapidum cumulis coniecto surgunt utrimque atque concameratae sunt, opus sustinent, supra quas lapide quadrato solum stratum, saxorum moles, corvis

18 *Am Rande in A:* finitus 1146; Ratisbona (?) turris habet 91; ambitus c. (?) 200 passus — die gantz pruck 525 schritt; 64 (?) der fuess gegen dem Hoff nit wenig der anfang — passus pons longitudine 445 *(sic)* — 15 pegen, ainer 12 schrit gen (?) aim.

3 *Weihern; vgl. M. B. VII, 504* 7 *Herrenchiemsee; vgl. M. B. II, 279* 10 *St. Zeno bei Reichenhall; vgl. M. B. III, 527 flgd.* — persuasit *nach Vita Chunradi Salisb. oder Ann. Reichersperg., M. G. Scr. XVII, 453* 12 *Im Jahre 1514; vgl. v. Kleimayrn, Nachrichten v. Juvavia, S. 543, § 354, Anm. a* 14 — imposuere *wohl nach der gereimten Inschrift an der Säule auf der Regensburger Brücke; dieselbe ist gedruckt u. a. bei Graf v. Walderdorff, Regensburg in seiner Vergangenheit und Gegenwart³, S. 253. Für die einzelnen Erscheinungen der Dürre aber scheint A. noch eine andere Quelle gehabt zu haben. Die Beschreibung der Brücke theils nach Augenschein, theils wörtlich aus Curt. V, 1, 29—33 entlehnt* 19 *Stadtamhof.*

ferreis harpagonibusque continentur, plumbo obthuratae atque oblitae. turres in capite meditullio et calce erectae pyramidum altitudinem aequant.

In Italia (ad historiam redeo) Innocentius pontifex maximus cum Rogerio Siculo confligit atque superatur. Rogerius redacto pontifice in potestatem regium nomen ab eo extorquet. imperator Lutharius comparatis copiis per Tridentinam vallem in Italiam arma movet. Honoricus, Boiorum legatus, gener eius, cum omnibus Boiariae proceribus in gratiam redit, eosdem socios militiae adsciscit, mille atque quingentos equites auxiliares socero ducit. propter lacum Benacum, quam nunc Gardam vocant, oppida in fidem ab augusto accipit. qui citeriorem Italiam omnem in ditionem cogit, Cremonam, deinde Ticinum, ubi Oto Veliphorathusius sagitta percussus interiit, expugnat, Aemilia atque Bononia genero fautore ad obsequium redacta, inde Taurinorum Augustam progreditur, cuncta terrarum citra Appeninum montem sub radicibus Alpium a supero ad inferum mare imperata facere adigit. posthaec divisis copiis ipse oram sinus Hadriatici lustrat. Ancona, Spoletum, universae urbes oboedienter mandata faciunt. inde Troiam, usque Barium Pediculum, maritimam urbem (quae ante Japyx a filio Daedali dicta est) penetrat. Honoricus Boiorum dux, gener eius, per Tusciam profectus, eam ab imperatore in fidem accepit. Romam pervenit, pontificem maximum secum ducit, Albam expugnat, diripit, Beneventum capit, Capuam, Salernum imperata facere cogit, Barii cum pontifice maximo imperatori Luthario occurrit.

Inde coniunctis copiis Rogerius tota Italia pellitur; Reginaldus parto regno imponitur. imperator in Siciliam transfretaturus, principibus Germaniae eam militiam detrectantibus, pacata Italia tota redire in Germaniam cogitur. Tridenti morbo correptus, in sylva, quae est inter Oenum Lycumque amnes, octavo idus Decembris, anno Christi servatoris nostri millesimo centesimo tricesimo septimo expirat. corpus per Augustam Rhetiae a genero in Saxoniam deportatur, in Lutharea humatur. res ab eo gestae in aes incisae, eodem conduntur. eodem anno plaerique alii principes interiere: Bruno atque Hugo Agrippienses archimystae, Albertus Mogontinus pontifex, divus Litovalda, Austriaci Boiorum limitis dux, Honoricus episcopus Fruxinensis septimo idus Octobris.

1 obduratae *B M* 11 quam *sic A u. B* 15 Thaurinorum *B M* 20 Dedali *B*

4 — extorquet *vgl. Ott. Fris. chron. VII, 24* 6 — conduntur *vgl. Hist. Welfor. c. 23, 24; Otton. Fris. chron. VII, 18—20* 19 Pediculorum *Plinius n. h. III, 102* 31 in monasterio Luther *Hist. Welf. c. 24* 32 — Fruxinensis *vgl. Ott. Fris. chron. VII, c. 21, p. 259.*

BSB

Sub idem tempus Gratianus ille ius pontificale dilaniavit atque confudit. etenim, uti est in bibliothecis nostris syncerum, duas continet partes; prima acta sunt universorum conciliorum, quae quidem recepta esse constat; altera constitutiones, epistolas, rescripta maximorum pontificum conplectitur; ut quaeque gesta fuere, causae, adsessores, testes, adductis locorum temporumque momentis, commemorantur.

Hisce quoque temporibus fuisse reperio Rucelinum Britanum, magistrum Petri Abelardi, novi lycei conditorem, qui primus scientiam vocum sive dictionum instituit, novam philosophandi viam invenit. eo namque authore duo Aristotelicorum Peripateticorumque genera esse coeperunt, unum illud vetus, locuples in rebus procreandis, quod scientiam rerum sibi vendicat, quamobrem reales vocantur, alterum novum, quod eam distrahit, nominales ideo nuncupati, quod avari rerum, prodigi nominum atque notionum verborum videntur esse adsertores. in hisce duobus generibus dissidium et bellum civile est. illius Thomas Aquinas Italus et Ioannes Dunso Scotus, huius Vilelmius Ocomensis Anglius (cuius sepulcrum marmoreum apud nos in Boiaria Monachii in templo Franciscanorum monstratur), Marsilius Haedulobergensis academiae, Ioannes Buridanus, Viennensis gymnasii institutor, Gregorius Ariminensis, Viennae humatus, antesignani sunt. alios et tot munitos Peripateticae familiae philosophos et proximos quosque a prioribus dissentienteis praetereo. aliis subinde aliae opiniones, alia placita sunt; ita fit, ut nulli duo concinant. acutissimus censetur, qui maxime ab aliis discreparit. eruditionem discordia metiuntur, se invicem iugulant, se ipsos invicem conficiunt atque consumunt, nunquam concordes, nisi cum conspirarint. sunt, qui armati adversus omnes omnium repraehensiones inter se colligant eamque pestem grammaticae theologiaeque invexere, nimirum scholasticae atque umbraticae. nihil potest sine suo interitu sibi esse contrarium. illa interiit, haec nunc in se victas convertit manus. singulae sectae iudicio multarum sectarum stulticiae convincuntur. veterani scientiam, utpote aemulam naturae, de rebus sive in rebus existere (nempe notatio naturae et sensus animadversio peperit artem). ea, quae confusa sunt notione, mente, cogitatione dumtaxat distinguuntur; diversa quoque esse contendunt, sicuti est numerus et res, quae numeratae sunt, magnitudo

27 conlegant *B*

1 — commemorantur *vgl. Decretum Gratiani* 7 *Vgl. Otton. Fris. gesta Frid. I, 47, p. 376* 18 *Ueber Occams Grabstein in der alten, jetzt abgebrochenen Münchener Franziskanerkirche vgl. Riezler, Die literar. Widersacher der Päpste zur Zeit Ludwig des Baiern, S. 127* 33 *Cic. Or. 55, 183.*

BSB

et res magna, caecus et caecitas atque huiuscemodi alia. tyronum caterva haec, quae solum intelligentia et cogitatione separantur, idem esse censent. nec enim aliud numerum quam res numeratas, caecitatem quam caecum esse ipsis placet. hi scientiam quoque, potissimum de dictionibus et nusquam nisi in animi notionibus atque rationibus esse docent. eam enim comparari, ubi verborum explicatio, definitiones, communes animi sententiae, postulata, ratiocinationes adhibentur, perceptis et ad omnia, de quibus disceptatur, ubi proloquiis, pronunciatis, argumentis quasi rerum notis ducibus ad probandum et concludendum utimur. haec universa haud dubie orationes ratione conclusae sunt, quae ex verbis et nominibus componuntur.

De ideis quoque, quas Cicero formas atque species, vulgus philosophorum universalia, naturas communes communicabilesve nuncupant, sicuti et antiquissimi philosophi digladiantur. Socrates Sophronisci, Plato Aristonis filius, Athenienses, ideas seiunctas a materia et corpore, aeternas in sensis visisque dei, id est, mentis esse existimant. Plato enim tres principes in arce divinitatis collocat: to agathon protopanton, hoc est ipsum bonum, omnium primum, et noon sive novn, id est mentem originales rerum species continentem, spiritum atque animam mundi omnibus incubantem, de qua Lucanus:

Iupiter est, quodcumque vides, quocumque moveris;

et Vergilius noster:

Principio caelum ac terras camposque liquentes
Spiritus intus alit totamque infusa per artus
Mens agitat molem, toto se corpore miscet.

Hisce Plato insuper materiam subiectam (quam poetae chaos vocant et Ovidius in praeclaro opere describit) adiunxit, quae accipiendi atque quasi patiendi vim haberet, cui imagines idearum imprimerentur atque insererentur. Aristoteles, filius Nicomachi, Stagirites, primus huiuscemodi species labefactavit. Theophrastus Lesbius, eius discipulus atque in schola successor, vehementius etiam fregit. nam quamvis has ille relinqueret (ut ait Plutarchus), attamen neutiquam a qualitatibus singularibusque rebus disiunxit atque separavit. Stoici, qui a Zenone originem duxere, nullam talem ideam in natura rerum, sed notiones in animo esse dixerunt hoc est conformationem insignitam et impressam intelligentiae. antiqui Aristotelis opinionem, recentiores

21 Juppiter *A* quodcunque moveris *B*

12 *Top. 7, 30* 14 — intelligentiae *vgl. Plut. de plac. philos. I, 3. (7) 9. 10* 16 Plato — collocat *Ott. G. Fr. I, 5* 20 *Phars. IX, 580* 22 *Aen VI, 724* 27 *Metamorph. I, 5—20* 32 *l. c. 10, 3* 35 — intelligentiae *Cic. Top. 5, 28.*

Stoicorum sectantur. istaec nova Aristotelicorum secta a veteribus pene explosa et exibilata, a Vilelmio Ocomensi rursus excitata, aucta atque de integro instaurata est. hanc ob causam a suis venerabilis ille inceptor vocari solet vicitque manus Vilelmii adeo, ut celeberrima Athenea, Galliarum Lutecia, Germaniae Magnae Hercynophoros, Nariscorum Angilostadium, Noricorum Vienna in illius verba iurarint. extat in Rucelinum superiorem epigramma decastichon, quod non nitoris cultusve, sed testimonii gratia subscribo:

In Rucelinum:

Quas, Ruceline, doces, non vult dialectica voces
Iamque dolens de se non vult in vocibus esse.
Res amat, in rebus cunctis vult esse diebus.
Voce retractetur, res sit, quod voce docetur.
Plorat Aristoteles, rugas docendo seniles,
Res sibi subtractas per voces intitulatas
Porphyriusque gemit, quia res sibi lector ademit.
Qui res abrodit, Ruceline, Boethius odit.
Non argumentis nulloque sophismate sentis
Res existentes in vocibus esse manentes.

Haec ex Platone, Aristotele, Cicerone, Plutarcho Cheronensi, Alexandro Aphrodiseo, divo Hieronymo, divo Severino Boethio, Otone Fruxinensi episcopo excepimus atque quamvis haec nihil ad historiam adtineant, tamen in haec divertisse non fuerit alienum propter vulgatas in scholis assidue quaestiones de huiuscemodi rebus.

Mortuo autem (ut redeam, unde evectus sum) imperatore Luthario bella intestina Europam adtrivere. Francia occidentalis Litavici regis atque Theodovaldae Blesensis, Anglia Mathyldae augustae, filiae Honorici regis Angliorum, et Stephani, huius nepotis ex sorore, domestica seditione adflictae sunt. de regno quoque Ugrorum Stephano rege mortuo Bela caecus, filius Almi, et Borithius, frater Stephani, filius Colomani regis, armis contendunt. Borithius ducem Boloniae in auxilium excivit. At Bela Alberto Austriaco, marito sororis suae, filio divi Litovaldae, ad se recepto obviam Borithio processit. is ubi ex sermonis sono Teutonas adversus se venisse accepit, cum duce Boloniae, amissis multis in fuga, terga vertit. Albertus paucis post diebus moritur.

Inter haec principes Germaniarum ad quinquagenales ferias comitia

25 avectus *A*

5 *Paris, Erfurt, Ingolstadt, Wien* 25 — vertit *vgl. Otton. Fris. chron. VII, c. 21* 37 — quartodecimo, *S. 204, 7, vgl. Otton. Fris. chron. VII, 22, 23, 25 und Hist. Welfor. c. 24, 25.*

BSB

caesarea Mogontiacum indicunt. Honoricus Boiorum regulus, gener imperatoris Lutharii, imperium adfectat, insignia imperii retinet; nam socer in eius ducatu obierat. primores imperii infensi Honorico, quod eius potentia formidulosa erat, comitia caesarea Mogontiacum indicta anteveniunt, in media quadragesima (ieiunium solenne est christianis, quod dies quadraginta ante paschalia servant) apud Confluentes Rheni atque Mosellae frequentes coeunt, Chunradum, nepotem augustorum, Franciae ducem, caesarem consalutant confestimque ad Aquas Graneas deducunt, ubi eundem Theodovinus legatus romanus inungit. Honoricus et Boiorum et Saxonum regulus summa ope restitit, interpellat, refragatur, obnunciat, comitia facta adversus auspicia, leges, contra intercessiones atque morem maiorum pro irritis habere conatur, imperata mandataque detrectat, sacra caesarea reddere noluit.

Hanc ob rem Boiis et Saxonibus et ipsi Babobergomum ad quinquagenalia dies dicitur. Richissa augusta atque Saxones adparent, se in potestate novi principis futuros pollicentur. Chunradus, ubi Honoricus cum Boiis praesto non fuit, ad tercium diem calendarum Iuliarum Reginoburgium ad conventus agendos petit. Otonem fratrem suum, filium divi Litovaldae, historiographum, Fruxinensem designat episcopum. Honoricus ibi quidem praesto fuit atque imperialia signa reddidit, verum a conspectu caesaris prohibitus est. Chunradi Abusini archiepiscopi Boiorum opera Augustae in Rhetia aliud cogitur concilium. eo Honoricus cum amicis atque magna equitum vi venit, castra ante moenia urbis fecit. caesar in urbe erat, frustra ultro citro conciliandae pacis gratia amici conmearunt. Chunradus Ethruriam, oppida Italiae atque Noreiobergam, quae imperator Lutharius genero tradiderat, postulat. dux Boiorum accepta a rerum domino hactenusque bona fide possessa reddere noluit. caesar posteaquam coenavit, abire se cubitum simulat, at cum paucis, nemine salutato, noctu urbe egreditur, Viridoburgium in Franciam se confert; ibi frequenti senatu Honoricus fit reus atque laesae maiestatis condemnatur et post haec in Saxonia Gosolariae ab ministratione utriusque ducatus sententia principum submovetur edictoque proscribitur. Saxoniam Chunradus in fidem Alberto committit. inde Noreiobergam, ubi insignia imperii erant, obsidet atque in ditionem cogit. tabulae proscriptionis ubi in Boiariam delatae sunt, Nonus, princeps haud dubie omnium potentissimus parque regibus, qui a mari inferno supernoque ad oceanum germanicum sinumque Co-

31 lesae *A*

2 insignia — obierat *vgl. Ott. Fris. chron. VII, 20* 21 Chunradi — opera *Quelle?*

danum longe late dominabatur, levi momento perculsus, omnibus ab eo brevi deficientibus, quatuor dumtaxat comitibus profugus in Saxoniam elabitur animique aegritudine invalescente decubuit, Gariodrudam uxorem, infantem Honoricum calamitatem ac statum suum deplorando Saxonibus collachrymantibus commendat eodemque anno, nempe a Christo nato millesimo centesimo undequadragesimo, exul animam efflat; in mausoleo soceri conditur, potestatis anno quartodecimo.

Cap. 4. Tum Litovalda, filius divi Litovaldae, a Chunrado caesare, fratre suo, Boiis Reginoburgii imponitur. in eius verba quidam sponte, pars metu coacti iurant. primi Reginoburgenses mandata atque deditionem faciunt. deinde novus princeps, uti mos est, copias cogit, universos Boiariae fines usque ad Lycum perlustrat, negocia cognoscit, ius dicit, totam Boiariam pacare contendit, iureiurandum exigit, ad Lycum castra facit. solum Oto atque Chunradus Phalaienses rebellionem faciunt. Litovalda adversus eos castra movet, Phalaiam, arcem superioris Vindeliciae, quam amnis Magnovalda e lacu Tigurino effusus ambit, obsidione claudit; nunc Achamostoni sunt. Velipho, frater Honorici reguli Boiorum atque Saxoniae, Boiariae ducatum haereditario iure ad se post fata fratris rediisse causatus, arma corripit, obsessis suppetias fert. subito idibus Augusti Litovaldam adgreditur, occiso sagitta Alberto Bogio et Honorico Rhaniorum dynasta caeso, aliis plaerisque occisis, multis captis, illum in fugam vertit obsidioneque castellum liberat.

Deinde caesarem lacessere ausus Vinobergomum eius oppidum invadit. verum a caesarianis fortiter exceptus, plaerisque suorum caesis, multis amissis, cum paucis vix evasit. porro Litovalda dimisso exercitu Reginoburgium se confert dumque praetorio perfungitur officio, excitato tumultu, ob Otonis praefecti praetorio licentiam, a civibus alioqui Veliphonis rebus studentibus invaditur. irruente undique populo mox arma corripit, quasdam regiones urbis incendit; ita incolomis cum suis extra moenia, civibus tam armorum quam flammae terrore sine ordine errantibus, evadit. vastatis circa agris discedit conlectoque

3 egritudine *B* 17 Achaemostoni *B* 22 coeso *A u. B*

3 Gariodrudam *G. Fr. I, 18* 8 — transfertur *vgl. Otton. Fris. chron. VII, c. 25; Hist. Welfor. c. 25* 15 *Vallei an der Mangfall. 1424, Nov. 21. verboten die Münchener Herzoge den damaligen Lehensbesitzern, den Herren v. Aham, diese Burg Ahamstein zu nennen; Reg. Boic. XIII, 47. A's. Nachricht zeigt, dass diess Verbot nicht lange beobachtet wurde. Später aber hat sich der Name Ahamstein wieder verloren* 17 Velipho — causatus *Ott. VII, 26* 21 Alberto Bogio: *vgl. De advocatis Altahensib. M. G. Scr. XVII, 373; dagegen ist der Tod Heinrichs v. Roning vor Vallei sonst nicht bezeugt* 24 *Weinsberg.*

BSB

exercitu proxime Reginoburgium castra locat. Reginoburgenses paucorum perfidiam, qui Veliphoni faverent, excusant, pacem emunt, auro arbitro rursus deditionem faciunt.

Posthaec Litovalda cladem acceptam correcturus, arma in fines Lycatiorum promovet, adversarios ubique expugnat. perdomitis inimicis ad officiumque conpulsis per Fruxinensem agrum Reginoburgium (ubi tum sedes atque praetorium regulorum Boiariae erat, sicuti aduc ostenditur et nominatur) revertitur. ibi compositis rebus, morbo correptus orientalem Boiariam, mutato valetudinis ergo coelo, petere parat. cum ad Aldaechium inferius pervenisset, absque liberis decedit, duodecimo calendis Novembris, anno aerae christianae millesimo centesimo quadragesimo primo. corpus inde ad aedem Cisterciensem viginti millia passuum a Vienna Noricorum, quam parens sacrosanctae cruci dicarat, transfertur. treis dumtaxat annos potitus est Boiaria.

Chunradus caesar posteaquam de Litovaldae morte certior factus est, Boiariam intrat, Reginoburgii in celebri conventu Honoricum Austriacum, Litovaldae germanum, suum vero uterinum fratrem, summum Boiorum ducem adpellat. deinde Saxoniam petit, Saxones clementia atque beneficiis sibi conciliat. Gariodrudam, filiam imperatoris Lutharii, quae Honorico nono regulo Boiorum nupta fuerat, Honorico decimo Austria oriundo dat in matrimonium; illa altero anno absque liberis obiit.

Austriam autem (quoniam eius tempus admonuit) esse partem Norici atque Germaniae Magnae ad utramque Danubii ripam, antea Hunniam, eandem et Avariam vocatam, demum pulsis Hunnis excisisque Avaribus a Carolo Magno colonias deductas esse, a quibus Osteroricha atque Osterolandia (id est regnum atque terra orientalis) dicta sit (unde Austriae vocabulum, idem valens romana incude formatur), praefectos a summis Boiorum principibus datos esse Austriamque beneficium regum, imperatorum, ducum Boiariae fuisse, supra abunde docuimus. diplomata quoque imperatoris Friderici primi et aliorum imperatorum fidem faciunt. Geroldus a Carolo Magno datus, primus eius limitis dux fuit; ab Hunnis occisus est. excipiunt hunc Geroldus secundus, item Vilelmius et Angilosalicus fratres, qui sub imperatore Litavico Pio, eius filio Litavico inlustri et nepotibus Litavico et Carolo-

9 valitudinis *B* 11 centesimo *fehlt A u. B* 28 vocabolum *B*

10 *Vielmehr 15. cal. Nov.; vgl. v. Meiller, Babenberger Regesten, S. 29* 13 *Kloster Heiligkreuz* 15 — obiit *vgl. Ott. Fris. l. c. c. 26; Hist. Welf. l. c.* 31 *A. denkt wohl besonders an den österr. Freiheitsbrief v. 17. Sept. 1156* 32 Geroldus — occisus est *vgl. Bd. II, 418, 11; 462, 19* 34 Vilelmius — administrarunt *vgl. Bd. II, 621, 20 flgd.*

mano regibus Boiorum eandem portionem boiarici regni administrarunt. imperator Carolus tercius deinde Aribonem, imperator Arionulphus, filius eius Litavicus, Boiariae reges, Angilodiconem, qui filiam Arionulphi augusti rapuit, et Litovaldam, progenitorem principum nostrorum, eidem regioni praefecere. hic praelio Ungarico propter Pisonium occidit. post hos Rogerium atque Tetricum, quorum Metellus Tigurinus in lyricis meminit, Ugris oppositos reperio, cum summum principatum Boiorum obtinerent. Arionulphus et Beritholdus fratres, filii Litovaldae superioris, Honoricus primus regulus Boiorum, divo Rathoni Damasio, secundus Burgardo in tutelam Austriam commisit, sicut in imperatoris Otonis secundi diplomatibus legi. his succedit Litovalda secundus, filius Eburonardi, nepos Arionulphi reguli Boiorum, pronepos Litovaldae primi. huic filium Honoricum (sub quo divus Colomanus necatus est) et nepotem Albertum, pronepotes Litovaldam et Arionistum adsignant. ab hoc bello saxonico occiso sunt Litovalda quartus, avus, divus Litovalda quintus, parens Litovaldae atque Honorici, regulorum Boiariae universae, quos nunc narro.

Crebra portenta hac tempestate in coelo visa armorumque civilium strepitus intonuit. falsi prophetae facticiis miraculis populo imposuere, Iudaeos trucidare conati sunt. divus Veronardus eosdem servavit, ab ipsis manus abstinendum esse caelesti oraculo admonuit, ne scilicet deum mendacii arguamus, qui se reliquias eorum servaturum pollicetur. carnibus pluit; cometae et coelum arsit; lupus triginta homines devoravit. in Asia Graeci, Armenii, Turcae tumultuati sunt. Edessa, secundum Stephanum atque Ptolemeum primaria urbs Mesopotamiae citra Charras, romani exercitus Crassique caede nobiles atque Aboramo authore Hebraeorum insignes, nostris ablata est; christiani omnes cum episcopo contrucidati sunt. ibidem divum Thomam sepultum quidam tradunt, at Sophronius, divi Hieronymi discipulus, Calaminae, quae sit urbs Indiae, conditum refert.

In Gallia Theodovalda dynasta et Litavicus rex armis disceptant.

14 est *fehlt B* 25 Ptolemaeum *B* 26 Carras *B*

2 Aribonem *vgl. Bd. II, 621, 34* 3 Angilodiconem — rapuit *Ann. Fuld. zu 893, 895* 4 Litovaldam *Bd. II, 642, 15* 7 *Metellus Tig., Canisius, Lect. ant. 1601, I, app. p. 107; vgl. auch oben Bd. II, 664, 1* 10 *Rasso v. Diessen. Worauf gründet sich aber die Angabe A's. von seiner Verwaltung der Ostmark?* 11 *Burkhard wird erwähnt in Urkunden Otto's II., Mon. Boic. XXVIII, a, 193 u. 195* 12 *Die Angaben über Liutpolds Abkunft sind irrig* 19 — pollicetur *vgl. Otton. Fris. Gesta Frid. I, c. 37—39; 41* 23 *Vgl. Annal. Reichersperg. zu 1145, M. G. Scr. XVII, 460?* 24 Edessa — tradunt *Otton. chron. VII, 30* 25 *Steph. Byz. p. 115 W. Ptol. p. 378* 26 — nobiles *Plin. n. h. V, 86* (clade) 29 *Hier. Catal. I, 120* 31 *vgl. Ott. VII, 21* — peroravit *vgl. Ott. Fris. chron. VII, 31; Gesta Frid. I, c. 27, 28; II, 20.*

in Italia romanus populus contra pontificem maximum conspirat, consilium viribus parat, senatorum ordinem instaurat, patres legit. Iordanum, filium Petri Leontis, dictatorem dicit. pontificem romanum more maiorum, omissis rerum prophanarum turbellis, reipublicae sollicitudine repudiata, Christum aemulari, evangelio operam dare, decimis contentum esse iubet. episcopus urbe Viterbium caedit. Arionoldus tum Brixia oppido Italiae ortus, sacras literas professus, discipulus Petri Abelardi, in avariciam fastumque sacerdotum pro concione crebro peroravit; tandem captus in crucemque a sacrificulis actus, poenas temerarii coepti luit. Veronenses et Patavini, Veneti et Ravennates, Vicentini et Taurisiani, Pisani et Florentini, Lucenses et Senenses, Mediolanenses et Ticinenses caeteraeque civitates domesticis armis invicem se adterunt.

Neque Germania quieta fuit. in Bolania treis fratres de principatu contendunt. Goizo, filius Belae caeci, rex Ugrorum, cum Borithio, filio Cholomani regis, fratre Stephani secundi, ferro decertat. Boiaria quoque incendiis et caede crudeliter adflicta est. in Stiria quoque in solitudinem pene redacta Boii, Schlavi, Ugri debachati sunt. Chunradus Abusinus archiepiscopus Saliburgensis cum Chunone episcopo Ratzinoburgensi, Eccoberto Monasteriensi, Hyldevalda Guricensi adversus Ugros proficiscitur. Petanionem, Richoburgium, Hunnoburgium munit, legatos ad Ugros Bregetionem, quae et Grana et Strigonium, mittit, ope Feliciani urbis archiepiscopi cum Ugris pacem facit.

Fridericus quoque adolescens, qui postea rerum potitus, bellum Honorico Voliphorathusio indicit, de improviso in Boiariam cum equitatu contendit. Boiorum proceres, militari tyrocinio Voliphorathusii intentos, invadit, in arcem cogit, Chunradum Dachunensem, qui postea Croatiae, Dalmatiae regulus adpellatus est, captivum abducit liberumque rursus dimittit. caesar conventum principum imperii in Boiaria Reginoburgii agit, cum Manuele imperatore Constantinopolitano, qui eo legatos miserat, de veteri more societatem init. eidem in uxorem

11 Thaurisiani *B* 14 Bolonia *B* 18 Sclavi *B* 20 Reginoburgensi *statt* Ratzinoburgensi *B; ebenso in A später corrigirt* 30 Manuele *B; in A* Ioanne *durchstrichen und am Rande von A's. Hand:* Manueli alii.

9 *Otto Fris. II, 20 sagt:* a praefecto Urbis ligno adactus ac rogo in pulverem redacto funere . . . in Tyberim sparsus 10 — adterunt *Ott. chron. VII, 29* 14 in — contendunt *l. c. 34* 15 — decertat *vgl. Ott. Fris. Gesta Frid. I, 30* 16 — pacem facit *vgl. Vita Chunradi archiep. Salisburg. c. 18, M. G. Scr. XI, 73, 74* 24 — dimittit *vgl. Otto Fris. l. c. I, 25* 29 — revertitur *vgl. Ott. Fris. chron. VII, 28 u. Gesta Frid. I, 23.*

BSB

dat Bertham, sororem Gariodrudae coniugis suae, filiam Gephardi Sulsopagi, Boiorum dynastae. Embricho Viridoburgensis episcopus sponsam auro onustam in Graeciam deduxit. nuptiis celebratis revertitur. illa a Graecis Irena, hoc est teutonice Erideruna dicta est, quod romane pacem valet. eandem post mortem mariti in Germaniam rediisse, in castello apud Nariscos sepultam esse, sunt, qui tradant. Borithius quoque Reginoburgii a Labessolao regulo Boiemorum, ad quem confugerat, ad caesarem deducitur, cuius opem implorat adversus Daciae Pannoniaeque regem.

Rogerius Siculus, cui formidulosa erat potentia Chunradi (metuebat, ne itidem ab illo ut a Luthario acciperetur) suspectum habebat foedus, quod princeps romanus cum orientis rectore inierat. ut autem ille in Germania armis detineretur, Veliphonem pondo auri quingentis sibi conciliat, quotannis tantumdem pollicetur, si avitum paternumque Boiariae ducatum a Chunrado armis repetat. Goizo quoque rex Ugrorum accitum in Ungariam Veliphonem auro explet, stipendia annua, copias, arma ultro promittit speique plenum in Boiariam redire, ut Chunradum bello lacesseret, ad sua tutanda domi retineret, ab alienis impetendis abstinere cogeret, mandat. mandata gnaviter Velipho exequi pergit (nam sacerdotes, episcopi eius rebus studebant); contractis copiis Boiariam ingreditur. sub conspectu caesaris atque Honorici decimi reguli Boiorum, qui dimisso exercitu Reginoburgii civilibus rebus vacabant, caede, incendiis cuncta conplet incolomisque domum repetit. Decimus copias cogit, fautores Veliphonis adterit, praedia sacerdotum, opes diripit, castella, vicos, agros vastat. Fruxinensis urbis muros munimentaque destruit, quippe cives ac mystae, uti rumor erat, Veliphoniani erant. deinde episcopum Reginoburgensem itidem multat, Odagrium Stirium, amitinum Veliphonis, perdomitat.

Velipho conlecto exercitu cum Honorico confligere statuit. verum ubi Chunradum caesarem cum auxiliaria manu Honorico suppetias laturum adventare per exploratores cognovit, ratus potestatem maiorem temere lacessendam non esse, fortunae caedit. caesar et Boiorum procurator coniunctis viribus Dachunum, superioris Boiariae arcem vicumque, obsidione cingunt; Chunradum ducem Dalmatiae atque Meraniae, qui solus partium Veliphonis aduc erat, vastatis circum circa omnibus ad deditionem cogunt, arcem exurunt. Velipho impar

1 Gephardi *in A neben durchstrichenem* Berinogerionis 7 Borichius *B*

7 — regem *vgl. Ott. Fris. chron. VII, 34* 10 — pergit *vgl. Hist. Welfor. Weingart. c. 26* 21 — detinet *vgl. Ott. Fris. chron. VII, 26; Hist. Welfor. Weingart. c. 25, 26.*

viribus in tutis delitescit locis, modo in Boiaria, modo Suevia; nunc ad Rhenum, nunc Danubium eruptione facta caesarem lacessit in Germaniaque ad sua tutanda detinet.

At Honoricus Boiorum regulus Ungariae fines intrat, depopulatur, bis propter Litham flumen cum Goizone rege conseruit certamen. Ratovalda dux copiarum eius Pisonium de improviso adgressus, quibusdam Ugrorum captis, nonnullis occisis, aliis fuga elapsis, capit. Goizo Pisonium obsidet cum Ugris; cuius iussu id teneant, Boios rogat, an caesaris, an Honorici Boiorum reguli, sciscitatur. illi neutri, sed Borithio se militare aiunt. pacti ergo deinceps tria millia librarum, oppidum reddunt. Goizo ratus id factum dolo ducis Boiorum, coacta maiori manu, auxiliariis quoque copiis contractis, Litham transsit, orientalis Boiariae fines invadit, propter Litham castra facit. Honoricus Boius rector, qui ad Phischam amnem consederat, obviam Ugris terram vastantibus procedit, hostibus irruentibus fortiter resistit, auxilia primum, deinde Ugrorum principia perrumpit in fugamque vertit. iam res ad triarios redierat. rex Ugrus, Bela avunculus eius, ex subsidiis prodeunt, integri fessos adoriuntur, victoribus triumphum excutiunt, Boios magna clade adficiunt; septem millia occisa referuntur. Ratovalda et Oto proceres capti sunt, reliqui cum duce terga vertunt Faviumque semidirutum tum oppidum, quam nunc Viennam vocamus, fugam intendunt.

Hisce diebus crebris legationibus Graeci, Syri cae saris orientalium occidentaliumque Francorum opem implorant, statum reipublicae asiaticae deplorant, perituram ibidem esse religionem, nisi mature suppetiae ferantur, denunciant. divus Veronardus cum mandatis Eugenii pontificis maximi in Germaniam proficiscitur, calendis Februarii Francophori res germanicas pacat, Veliphonem caesari reconciliat. inde expeditio asiatica una omnium principum sententia ad futuram aestatem decernitur.

In Boiaria tum hae aedes sacrae dedicantur. Honoricus dux boius, Oto frater eius, episcopus Fruxinensis, in superiore Boiaria quatuor templa sacrarunt: de integro aedificant extra moenia Fruxinensis oppidi Praemonstratis Neostiphotam, Silurnum, Silechodoryphos; Scaphulariam olim ante annos amplius trecentos conditam, sub Thessa-

14 Phischum *B*

4 — contractis *vgl. Ott. Fris. Gesta Frid. I, c. 30* 6 *Dieser Name nicht bei Otto von Freising* 6 Bosan, quod et Bresburc *Otto Fris.* 12 — intendunt *vgl. Otto Fris. l. c. I, 32* 19 septem — capti sunt *Quelle?* 23 — decernitur *vgl. l. c. c. 34—43* 35 *Neustift oder Neuzell bei Freising, Schliersee, Schlehdorf, Schäftlarn;* — dicant *vgl. Mon. Boic. IX, 563; Meichelbeck, Hist. Fris. I, a, 320, 323; Annal. Osterhofens. zu 1142, 1143; M. G. Scr. XVII, 541.*

lono tercio divi Benedicti sacris iniciatam, ab Ugris eversam, reficiunt, mystis popularibus Augustinianis, Nordobertinis dicant. diebus his quoque Velipho apud Lycatios Stonogades construit, ubi eius mausoleum ostenditur. in inferiore Boiaria Adalogeriopagus in valle Vilsina Cisterciensibus druidibus connitente divo Veronardo, haud inde procul propter Danubium Austerovia divi Otonis opera Nordoberti sacris, submotis utroque popularibus mystis, initiantur. in Norico quoque in agro Burgusiano Raethasula, quam Iuvavus alluit, ab Voliphoramo et Hemma coniugibus, filiis eorum Voliphoramo atque Honorico Tigurinovangionibus divi Veronardi consecraneis conditur, ab Chunrado Abusino archiepiscopo Iuvavensi consecratur; Gerion Augius magister designatur.

Hibernia insula est, quae ultra Britaniam in oceano septentrionali cubat, cuius Plinius, Ptolemaeus mentionem faciunt; Rheba caput gentis fuit. Caucorum, Moenapiorum, Brigantium ibi nationes considere (refert Ptolemaeus). romana provincia fuit. Mansuetus eo a divo Petro missus, religionem Christi illis tradidit. is quoque Illyricos, cisalpinam Galliam, Belgas Christo subegit; Tulli Leucorum urbe sepultus est. ut vero Ruffinus narrat, Bachutius, rex gentis, Palestini limitis dux, sub imperatore Constantino maximo eosdem philosophia christiana imbuit. ea, de qua dico, Hibernia apud maiores nostros foecunda religiosissimorum doctissimorumque vatum fuit. inde Columbanus, Chilianus et plaerique alii in Germaniam migrarunt. Scotos nunc nuncupant. divus hinc Marianus cum sex condiscipulis Reginoburgium devenit, in templo extra moenia urbis habitavit. magnus eo gentilium eius numerus beneficentia Boiorum provocati brevi confluxere; intra moenia, ut dixi, templum amplissimum bonorum ope extruunt, ubi difficilioris religionis obsequio, castimoniarum abstinentia satis ardua, scribendo, docendo maximam sibi gloriam conquirunt, spectatum satis magnum exemplum pietatis non solum Boiis, sed et finitimis erant.

5 Cistertiensibus *A* 21 fecienda *B* 27 exstruunt *B*

2 *Steingaden;* — construit *vgl. Ann. Osterhof. zu 1147* 4 *Aldersbach im Vilsthale; vgl. l. c. zu 1146; Mon. Boic. V, 353* 6 *Osterhofen, vgl. l. c. zu 1127, p. 540* 6 *Des Bischofs Otto von Bamberg* 7 *Raitenhaslach;* — designatur *vgl. Ann. Osterhofens. zu 1148, Mon. Boic. III, 105, 109, 110* 10 *Von Tegerwang, wahrscheinlich dem jetzigen Wasentegernbach an der Isen* 14 *Plin. N. h. IV, 102, 103; Ptol. p. 101—103* 16 — sepultus est *vgl. Vita st. Mariani 4; Acta Sanctor. Boll. Febr. II, 365* 19 *Rufinus v. Aquileja, der um 402 die Kirchengeschichte des Eusebius lateinisch bearbeitete* 21 — migrarunt *vgl. Vita st. Mariani, 6* 24 — extruxit, *S. 211, Z. 14, vgl. Vita st. Mariani l. c. p. 366—372. Vgl. auch oben S. 94 flgd.*

omnibus placebant, uno ore omnes omnia bona de ipsis dicebant famaque hac impulsus Honoricus dux Boiorum Favium veterem Romanorum coloniam, quam nunc Viennam vocant, instaurat, Scotis templum dicat, Sanctinum cum quatuor et viginti sociis Reginoburgio Viennam emigrare iubet.

Valdobrunus Ruchovius Aechostadii suburbanum templum rotundumque extruit, Gerardo cum condiscipulis Reginoburgio evocato tradit. Emericus quoque Viridoburgensis episcopus Macarium adprime doctum abstemiumque e Boiaria accersit, eidem atque conphilosophis templum in urbe condit. Gregorius et Charus, primarius divi Petri Reginoburgensis antistes, Chunrado caesari, Gariodrudae uxori eius a sacris fuere ab hisque Noreiobergae templum divi Egidii accepere, ubi post eos Declanus sacrificulus imperatoris Friderici primi a fundamento Scotis popularibus suis monasterium extruxit. nostro aevo ob inscientiam atque scelera ubique pulsi sunt, Reginoburgii vix subsistunt. sub idem tempus Chunradus Abusinus archimysta Boiorum ex hac vita migrat. succedit divus Eburonardus, antistes Piburgii, ad secundum a patria mea lapidem, ortus ex clarissimis Stonorum principibus.

Iisdem diebus Chunradus caesar, Litavicus occidentalium Francorum rector, asiaticam expeditionem exequi statuunt, per Boiariam, Ungariam, Moesiam primo Chunradus, Honoricus regulus Boiorum, Fridericus dux suevus, qui post imperavit, Velipho tetrarches Lycatiorum, Honoricus pontifex Reginoburgensis, Labessolaus Boiemorum regulus, post hos eadem via Litavicus Franciae rex, Lutharei, Stephanus Mediomatricum, Honoricus Leucorum episcopus, Oto Fruxinensis pontifex, frater caesaris et Honorici Boiorum reguli, Veronardus, frater Honorici et Angiloberti, Chariorum dynasta, Odagrius Stirius Byzantium pervenere. septuagies centena millia fuisse in literas relatum est, quae nullo memorabili facinore edito ad internetionem pene deleta sunt fraude Graecorum, qui gypsum farinae miscuere, crebris incursationibus hostium, siti, inedia, fame, pestilentia, aquarum eluvie, intestina discordia adflicta. quamquam vaticinia ex libris Sibyllinis usque repetita orbis imperium universi, Herculis atque Cyri ritu pollicerentur regi Galliarum, quae nationes (sicuti est apud inlustres

8 *Am Rande in A:* Embricho 14 exstruxit *B* 34 inlustris *A*

13 Declanus *auch Vita Mariani, 25* 16 — lapidem *vgl. Vita Eberhardi archiep. Salisburg. c. 6, M. G. Scr. XI, 80* 18 *Von Stein, jetzt Hilpoltstein* 19 — pervenere *vgl. Otto Fris. Gesta Frid. I, 40, 44* 28 — sepelitur, *S. 212, 22, vgl. Gerhohi Reichersperg. de investigatione Antichristi § 63 (ed. Stülz, Archiv für österr. Gesch. XX, 157 flgd.); Ott. Fris. Gest. Frid. I, 58.*

BSB

scriptores et nos nostro aevo cernimus) gentilicia superstitione levissimae sunt et imperii avidissimae facileque ea more humano, quae volunt, credunt. longe tamen aliter evenit peregrinique dei (ita vocabant) spiritus ille Germanis simul ac Gallis imposuit, equorum carnes, pelles ovium tonsas coxere, cadaveribus adversus frigus et sagittas hostium usi sunt. octo grana fabae nummo argenteo, panis, quo unus pascebatur homo, centum quadraginta venibat. Lycaonia apud Romanos tetrarchia fuit Cappodociae, in asiaticam tamen iurisdictionem versa. in ea Iconium, qua parte Galatiae contermina est, civitatium quatuordecim quondam celeberrimum, ubi divus Paulus et Barnabas aliquot dies conmorati, religionis nostrae mysteria Iudaeis atque falsorum deorum cultoribus interpraetati sunt, tandem discessere, cum hostes religionis concitato tumultu eos lapidibus obruere conarentur. est et Ciliciae Iconium; illud praetorium Turcarum rectoris tum fuit. quod Chunradus per Asiam minorem ducentibus Graecis frustra petit; hostes facultatem pugnandi non dabant, a fronte, a tergo, dextra levaque diu, noctu nostros incursationibus fatigabant.

Chunradus alioqui tot malis, quae conmemoravimus, oppressus, omnibus fere amissis, ingens spacium, scilicet totam Asiam minorem remensus, cum paucis Byzantium, qua venerat, rediit ibique hiemat. Fridericus Reginoburgensium mystarum curator obiit, Hierosolymis sepelitur. Velipho morbo correptus, desperata salute domum redit, navibus mari ad occidentem vehitur, in Silicia appulit, a Rogerio honorifice excipitur; donatus amplissimis muneribus et, ut Chunrado bellum indicat, coemptus, in Boiariam revertit. Litavico regi franco dolo atque vi uxor ablata est. Veronardus Charionum dynasta occubuit. Oto Fruxinensis episcopus nudis pedibus, scissis tunicis, omnibus rebus amissis vix evasit. caesar primo vere in Palestinam, quo et Litavicus venerat, navigat, eam omnino vacuam bello reperit. ne tanta conata frustra forent, Damascum, caput Syriae, placuit obsidere. caesar pomerium civitatis irrumpit, proxime moenia castra facit. Hierosolymitani accepto ingenti auri pondere cum obsessis pacem ineunt, in sententiam suam clamculum franco rege tracto, obsidionem insalutato caesare solvunt, eundem solum in castris relinquunt. qui ubi secum dolis actum videt, Constantinopolim redit, Theodoram, neptem Manuelis imperatoris

6 qua *A u. B* 17 die *B* 33 suam *fehlt B M*

1 *Caes. b. g. III, 18; b. c. II, 27. Hist. Aug. Heliog. 3* 7 — celeberrimum *Plin. n. h. V, 95* 10 — conarentur *Act. 14* 22 — revertit *vgl. Hist. Welf. c. 27* 25 — evasit *vgl. Gerhoh l. c. § 64, p. 160* 28 — agit *vgl. Gerhoh l. c. § 65, p. 161; Ott. Fris. l. c. I, 59.*

ex fratre Isacio, Honorico regulo Boiorum dat in matrimonium nuptiisque confectis navibus ad occidentem mari vehitur. in Histria Polae, quae tum imperio et tetrarchis Damasia oriundis parebat, applicat, inde Aquileiam petit, Iuvaviae (quae metropolis, ut ait Oto, est Boiariae) quinquagenalia celebrat; dein Reginoburgii conventus agit.

Vixque Germaniam adtigerat, Velipho, quod induciae exierant, Flochobergomum, Chunradi castellum, obsidet atque oppugnat. caesariani eius copias invadunt et in fugam vertunt. Velipho plurimis sociorum captis fuga sibi consuluit. tandem Fridericus Sueviae dux, caesaris ex fratre, Veliphonis ex sorore nepos, avunculum patruo reconciliat. caesar omnes captivos reddit; Veliphoni Maerodingam vicum (quem postea imperator Honoricus sextus episcopo Bathavensi reddidit), alia praedia stipendiaria tribuit. deinde Otonem Vitellipagum cum uxore et liberis, quod praedia sacerdotum, a quibus curatione templorum motus erat, diriperet, Chelami (civitas et regia est inferioris Boiariae, prima ad confluentes Danubii et Alemani sita) circumsidet, ad deditionem cogit. Otonem filium maximum natu obsidem dare, tutela sacrarum aedium se abdicare cogit. in paucis post diebus Babobergomi italicam meditatus expeditionem moritur 15 kalendas Martii, ab orbe servato anno millesimo centesimo quinquagesimo secundo. quo anno Reginoburgium cum sex templis conflagravit, duodevicesimo kalendas Maii.

Cap. 5. Imperator Fridericus primus tum patruo succedit. Honoricus Leon, filius Honorici Superbi, iam pubertatem adtigerat; ad imperatorem, amitinum suum, se confert, eius fidem, leges implorat, per vinculum sanguinis, per aequitatem obtestatur, Boiariae principatum patri, se puero, iniuste praereptum repetit, ius sibi reddi postulat. vitricum suum Honoricum decimum in ius trahit, sententiae imperatoris, amitini sui, decreto principum se staturum promittit. itaque duo Honorici, decimus atque undecimus, vitricus atque privignus, de summo ducatu Boiorum disceptant; ille patruus, alter amitinus caesaris erat. qui maximam operam navat, quo illos in gratiam redigeret hancque controversiam componeret, ne eorum discordia reipublicae, sibi italicam

21 *Am Rande in A:* cives ex urbe diffugiunt 33 *Am Rande in A:* huiuscemodi.

6 — tribuit *vgl. Hist. Welfor. c. 28* 13 — obsidem dare *vgl. Otto Fris. l. c. I, 63* 18 tutela — abdicare *Quelle?* — secundo *vgl. Otto Fris. l. c. II, c. 1* 21 — Maii *vgl. Ann. Ratispon. zu 1152, M. G. Scr. XVII, 586* 23 — facit *vgl. Otto Fris. l. c. II, c. 1, 6, 7.*

expeditionem meditanti officeret. Reginoburgium igitur petit. Ugrorum regi bellum indicit. verum principibus imperii muneribus a Goizone corruptis et promissis inescatis, hoc bellum abrogantibus legatos Appuliae, opem adversus Rogerium petenteis audit atque absolvit. Honoricis utrisque Viridoburgum diem dicit, alteri Boiariam reddendam, alteri nomen tamen ducis retinendum censet; interim inducias inter eos, dum Roma redeat, facit.

Posthaec Romam transsitum facit, ab Hadriano quarto pontifice in templo divi Petri invitis Romanis inauguratur iussuque dei regnare declaratur. Veliphoni avunculo suo Spoletum, Ethruriam atque Sardiniam, quicquid Mathylda, uxor patrui eius, possedit, quod nunc patrimonium divi Petri vocitant, in fidem atque tutelam committit isque civitates, vicos, oppida adit, proceres obsides dare, sacramenta sibi dicere iubet. universi mandata oboedienter faciunt, honorariis principem suum excipiunt. caeterum Fridericus imperator atque caesar adpellatus, in Appuliam adversus Rogerium Siculum arma movere adpetebat. sed principibus hancce militiam detrectantibus, ex Italia in Germaniam atque Boiariam ad componendam de eo ducatu controversiam proficiscitur. ubi ad Athesim claustraque, ut adpellant, Veronensia pervenit, Veronae quidam cives fauces armati insederant, firmo praesidio tenebant, transsitum augusto intercludebant. eius iussu Oto Vitellipago in Boiaria ortus (unde paternam originem reguli nostri trahunt) signifer cum ducentis militibus atque aquila non sine magna difficultate adversa parte rupem conscendit, ad claustra pervenit, his potitur, quingentos, qui intus erant, capit in crucemque agit.

Caesar deinde per Tridentinos fines, Pisonium (quae urbs est, ut ait Oto noster, in confinio Italiae atque Boiariae) petit, postea ulteriora Boiariae Vindeliciamque percurrit. Chelami propter Danubium atque Alemanum amnes in arce Otonis signiferi sui quinquagenalia perpetrat. Reginoburgii in conventu celebri Honoricos de ducatu Boiorum disceptantes audit causamque diligenter cognoscit. interfuere cum aliis compluribus proceres, dynastae, tetrarchae, episcopi Boiorum, Nariscorum, Vindelicorum, Noricorum, quos nominatim ex diplomate imperatoris

2 Geizone *B* 19 appellant *B*

8 — declaratur *vgl. l. c. II, 22* 10 — excipiunt *vgl. Hist. Welf. c. 28, 29* 15 — proficiscitur *vgl. Ott. Fris. l. c. II, 24* 19 — agit *vgl. l. c. c. 25* 26 — percurrit *vgl. l. c. c. 26* 28 *Otto Fris. II, 29 sagt nur:* in quodam castro Ottonis comitis palatini. *Den Namen Kelheim hat A. wohl aus G. Fr. I, 63 gefolgert* 30 — secundo, *S. 216, 18, vgl. Ott Fris. II, 32 u. den Lehensbrief v. 17. Sept. 1156, U. B. des Landes ob der Enns II, 281.*

recenseo: Eburonardus Babobergensis, Chunradus Aechostadensis, Chunradus Bathavinus, Hartovicus Reginoburgensis, Oto episcopus Fruxinensis, Pilegrimus patriarcha Aquileiae, Eburonardus archimysta Boiorum, Hartomanus Brixinensis, Albertus Tridentinus pontifex; item hi Boiorum tetrarchae et dynastae: Velipho Ethruriae atque Spoleti Sardiniaeque et Lycatiorum in Boiaria regulus, Angilobertus Histriae atque Carnoburgii, Odagrius Stiriae, Beritholdus Damasiae princeps, Honoricus dux Charionum, Theodovalda Vocciobургensis, Chamaborum praefectus, Oto Vitellipagus, praefectus praetorio Boiariae, cum fratre Friderico, Angilobertus Halliorum dynasta, Gephardus Sulsopagus, Gephardus Burgusianus, Fridericus, filius regis Chunradi, Chunradus, frater imperatoris, Herimanus palatinus a Rheno. lisque inter Honoricum decimum atque Honoricum undecimum, vitricum atque privignum, consilio illorum hoc pacto conposita est: vitricus Boiariae ducatu, privignus Austria (cuius limitis praefectos beneficiarios ducum Boiariae fuisse constat et imperator Fridericus in diplomate refert) uterque iuri suo perpetuo caedit. decimus septem signis summum Boiariae ducatum, undecimus vero Austriam treisque praefecturas tribus vexillis augusto reddit. deinde sententia superiorum principum ea portiuncula Norici atque Boiariae, quae ab hostiis Oeni ad hostia Anassi, orientis ad oram cum Danubio sexaginta millia passuum extenditur, totidem vero lapides inde recta ad Taurum montem, Matichae amnis fontes pertinet et supra Anassum regio cognominari solet, divulsa occidentali Boiaria, orientali coniungitur Boiariaque in duos ducatus divisa, sub duobus legatis caesaris constituta est. alter Austriacus, hoc est orientalis, alter occidentalis, simpliciter boiarici exercitus dictus est ductor.

Maiores nostri unumquodque regnum, quo interiora eius tutiora forent, iuxtim cardines caeli in limites, quibus praefectos cum praesidiis militum, equitum imposuere, diviserunt; illos marchas, hos marchiographos adpellarunt. ita Boiaria apud veteres ab euro austroque Austriam, Stiriam, Histriam, ab austro et occidente Andechysiam, quae nunc Tyrolia, a septentrione Chamaborum sive Vocciobургensem limitaneas habuit praefecturas haeque tetrarchiae beneficia fuere summi Boiorum ducis eidemque illarum dynastae servierunt. paulatim tamen huiuscemodi tetrarchae, excusso reguli Boiariae iugo, caesaris procuratores facti sunt universaeque Boiariae Reginoburgium caput sedesque regum et ducum boiorum (sicuti et Oto Fruxinensis prodit) fuit.

23 *Am Rande in A:* Oberaenia 36 tetrachae *B*
38 *vgl. Ott. Fris. II, 28.*

Austriacus ergo ducatus ex decreto consilii Honorico decimo vitrico, eius uxori Theodorae, patruo augusti, occidentalis Honorico undecimo, privigno amitino imperatoris, in tutelam committitur hancque sententiam Ladissolaus, cui Gariodruda, soror Decimi, nupta erat, renunciavit, qui et ipse rex Boiemiae ab imperatore ob egregia facinora et fidem salutatus est, ea tamen lege, ne ea dignitas ad posteros transiret, sed ei honori successor exhaeres foret. atque istaec Reginoburgii tum facta sunt, uti diploma, unde haec excepimus, imperatoris Friderici primi ostendit, cuius calcem et caput ad verbum testimonii gratia subnecto. ‚in nomine sanctae et individuae trinitatis Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus'. in fine: ‚signum domini Friderici



romani imperatoris invictissimi. ego Rainaldus, cancellarius vice Arnoldi Maguntiensis archiepiscopi, et archicancellarii recognovi, regnante domino Friderico Romanorum imperatore in Christo. datum Ratisbonae 15 kalendas Octobris, indictione 4, anno dominicae incarnationis 1156. feliciter amen, anno regni eius quinto, imperii secundo'.

Posthaec Honoricus undecimus, Saxoniae atque Boiariae rector, cives, proceres sacramenta sibi dicere iubet, ab Reginoburgensibus obsides, quos imperavit, accipit, deinde more solemni Carphaemis conventus agit. interfuere Beritholdus Bogius, Beritholdus Andechysius, Gephardus Hallius, Honoricus urbis Reginoburgensis praefectus et frater eius Oto aliique principes et episcopi Boiariae. pax firmata, leges, praerogativae, privilegia recognita sunt.

Porro imperator Adelam uxorem, filiam Theodovaldae Vocciobur-
gensis, repudiat; Oegram, Neomartem, oppida Nariscorum, dotis nomine sibi data tamen retinet. Beatricem, filiam Reginaldi Matisconensis, Burgundionum reguli, neptem Symonis Luthareorum ducis, uxorem ducit, Vesontione nuptias facit. Galliae Narbonensis dynastae, Sylvius Arelatensis, Stephanus Viennensis, Heraclius Lugdunensis, Godofridus

5 — salutatus est *vgl. Ragewin III, c. 13; Chron. Ursperg., M. G. Scr. XXIII, p. 346* 8 *Urkundenbuch des Landes ob der Enns, II, 281* 20 — accipit *Quelle? Dass A. nur die ähnliche Angabe der Hist. Welf. c. 16 über Heinrich den Stolzen irrig hieher beziehe, ist kaum anzunehmen* 21 — recognita sunt *vgl. die Urk. im U. B. des Landes ob der Enns, I, 342 flgd.* 21 *Karpfheim bei Griesbach* 26 — repudiat *vgl. Chron. Ursperg., 346* 27 *Eger, Neumarkt* 28 — facit *vgl. Ott. Fris. II, 29; Chron. Ursperg. l. c.* 30 *Vielmehr zu Würzburg. A's. Irrthum dürfte daraus entstanden sein, dass er in der Nachricht der Ursberger Chronik:* filiam comitis Bisuntini *das letzte Wort falsch auffasste* 30 — coepit *vgl. Ott. Fris. et Ragew. Gest. Frid. III, c. 11.*

BSB

Avinionensis, Odo, Valentinus archiepiscopi cum conlegis in verba augusti iurant formidolosaque imperatoris potentia regi Celtarum atque Aquitaniae esse coepit. legati tum pontificis romani, cum Tridento Augustam Rhetiae properant, in valle Athesina ab Honorico et Friderico dynastis capti sunt. Honoricus, Noricorum occidentalium atque Vindelicorum Saxoniaeque rector, eosdem liberat; Honoricum et Fridericum ad deditionem et satisfactionem cogit.

Sub idem tempus imperator Mediolanensibus et caeteris Longobardis mandata detrectantibus bellum indicit. Otonem Vittelopagum (unde genus ducibus boiis), praefectum praetorio Boiariae atque signiferum suum, cum copiis in Italiam praemittit. de illo ita Guntherus, eius tempestatis poeta, scribit:

Signiferumque suum, quem Norica misit Otonem
Terra, virum magnis spectatum saepe periclis,
Praecursare iubet etc.

isque Graecos specie fallacis amiciciae Anconam, Ravennam, Ariminum, finitimas civitates tentantes Italia extrudit. Vilelmium dynastam Ravennae in vincula, quod graecos orientalis principis oratores quam se, legatum occidentalis imperatoris, honorificentius tractaret, coniecit. Fridericus subsequitur, hosteis mulctat, perdomitat. Mediolanenses vi coacti, accito Otone superiore cum caeteris principibus in consilium absque omni pactionis conditione deditionem faciunt. Primus pacata Italia in Germaniam redit.

Interim Vilelmius, rex Siciliae, dux Apuliae, princeps Calabriae, cui suspecta erat virtus imperatoris, scilicet metuens, ne id mali nanciscereturr, quod olim evenerat Rogerio patri suo, Hadriano episcopo romano, clientelam sacerdotiorum, ob quae cum Innocentio, Eugenio atque caeteris romanis pastoribus ipse et maiores eius hactenus armis decertarant, concedit ambo deinde adversus imperatorem societatem ineunt. Hadrianus nodum in scirpo (ut aiunt) quaerit. imperium beneficium esse romani sacerdotis, augustum praecario dumtaxat regnare asserit. extat eius ad Hillinum Treverorum, Arionulphum Mogontinum, Fridericum Agrippinensem archimystam epistola, ex qua verba ipsius Hadriani subtexere operae praecium esse duximus. romanum (inquit) imperium a Graecis translatum est ad Alemanos, ut rex Teutonicorum non ante, quam ab apostolico consecraretur, impe-

28 *In B am Rande neben durchstrichenem* eius — sui.

3 — cogit *vgl. l. c. III, c. 21* 9 — faciunt *vgl. l. c. c. 17—20* 11 *Guntheri Ligurinus (ed. Dümgé) II, v. 410, 411, 415* 24 — ineunt *vgl. Chron. Ursperg. p. 350* 33 *Eine Fälschung. Jaffé, Reg. pont., literae spuriae, p. 950.*

rator vocaretur. ante consecrationem rex, post imperator; unde igitur habet imperium nisi a nobis? ex electione principum suorum habet nomen regis, ex consecratione nostra habet nomen imperatoris et augusti et caesaris; ergo per nos imperat. recolite antiqua. Zacharias promovit Carolum, fecit ei nomen grande, ut esset imperator et ut posthac perpetuo rex teutonicus esset imperator et advocatus sedis apostolicae, ut romano episcopo Apulia per eum pacata esset subiecta, quae nostra cum urbe romana est, non imperatoris. Romae nostra sedes est, imperatoris est Aquis in Arduenna, quae est sylva Galliae. imperator, quod habet, totum habet a nobis. sicut Zacharias transtulit imperium a Graecis ad Teutonicos, ita nos possumus ab Alemanis transferre ad Graecos. ecce in potestate nostra est, ut demus illud, cui volumus. propterea constituti a deo super gentes et regna, ut destruamus et evellamus et aedificemus, et plantemus. deinde Germanos imbelles vocat; imbecillitatem illis obiicit, qui Rogerium Italia pellere, Danos, Frisios perdomitare nunquam valuerint.

Haec itaque in conventu celebri legatos Hadriani referentes Oto Vitellopagus, de quo supra saepius diximus, stricto ense, quem ante imperatorem progerebat, territat et forsitan confodisset, nisi imperator intercessisset. qui acriter respondit, quae ego ut ampliora tenuitate ingenii mei praetereo. caeterum ea Guntherus versu, Oto et Ragevicus, mystae Boiorum Fruxinenses, prosa conplexi sunt et Chunradus Adelomanus, vir iuxta nobilis atque eruditus, Augustanus primarii templi sacerdos, propediem publicabit. Arionoldus Mogontinus et divus Eburonardus Iuvavensis archiflamen romanos sacerdotes, cardinales, archiepiscopos, episcopos, presbyteros, diaconos (ita enim vocant) literis admonent, pertinaciam, fastum, superbiam coarguunt, avariciam, perfidiam aliaque facinora, quibus pauperes compilent et imperium conturbent, conmemorant, obtestantur ultimo, ut Hadrianum ad pacem servandam cohortentur. imperatorem id, quod bonum aequumque fuerit, facturum referunt. hisque maxime Honorico Boiorum atque Saxonum

17 — respondit *vgl. Ragewin l. c. III, 10* 22 *Guntheri Ligurinus, VI, v. 313 flgd.; Ragewin l. c. c. 10* 23 *Ueber Konrad Adelmann v. Adelmannsfelden vgl. Wiedemann, Turmair, S. 68 flgd.; über seinen Bruder Bernhard: Lier, Der Augsburgische Humanistenkreis mit besonderer Berücksichtigung Bernhard Adelmanns v. Adelmannsfelden (Zeitschrift d. Histor. Vereins für Schwaben u. Neuburg, VII). Es ist nicht bekannt, dass Konrad die Publikation, die A. als beabsichtigt erwähnt, ausgeführt habe. Adelmann ist auch einer der Verfasser der Praefatio zur Editio princeps (1507) des Ligurinus* 26 *Ein solches Schreiben ist sonst nicht bekannt und was wir von der kirchlichen Stellung der Erzbischöfe Arnold und Eberhard wissen, zwingt zu dem Schlusse, dass A. entweder hinsichtlich der Aussteller irrt oder selbst durch eine Fälschung getäuscht wurde.*

BSB

duce, Otone Fruxinensi episcopo authoribus ea scintilla discordiae tum extincta est.

Ansa hinc arrepta interim Mediolanenses, Longobardi plaerique rursus rebellionem faciunt, praesidia imperatoris partim expellunt, partim in vincula coniiciunt. imperator intento infestoque exercitu in Italiam contendit. eo Honoricus dux Boiorum atque Saxonum cum augusta tria millia equitum, Velipho, eius patruus, trecentos equites, duo millia peditum adducunt, ad Benacum lacum castra faciunt, resistenteis domitant, castella expugnant, diripiunt, incendunt, praeclare operam imperatori navant. Velipho eius avunculus, Honoricus amitinus erat. hunc Catoni Ragevinus Fruxinensis, eius tempestatis scriptor, illum Iulio Caesari comparat. hi deinde cum imperatore, rege Boiemiae, Honorico Austriaco, Beritholdo Zaringio, Chunrado, fratre imperatoris, et caeteris principibus Mediolanensem agrum vastant, arbores succidunt, segetes proterunt, cum Mediolanensibus erumpentibus manus conserunt. cecidere ibi ex Boiariae dynastis Catulus et Chunradus dux Dalmatiae, Dachuno, vico superioris Vindeliciae, ortus, Eccobertus Neoburgensis, ultimus Scharoduni oppidi secundae Boiariae, Pictavionis Noricorum praefectus, Honoricus Histriae regulus, ex Damasia Vindelicorum arce oriundus. huic Beritholdus frater, Eccoberto Odagrius Stirius, amitinus eius, cui nupta erat Chunegunda, filia Theodovaldae Vocciobergensis, partim Beritholdus, superior maritus sororis Eccoberti, succedunt. Chunradus fratrem Arionulphum, filium Chunradum superstites reliquit. Chunradi corpus Schiram, Honorici Damasiam, Eccoberti Variopagum translatum est. monasteria haec sunt Boiorum atque Vindeliciae, illa in superiore sita Boiaria, hoc in secunda, proximum Oeno, haud procul Bathavia. at Oto palatinus Boiorum cum fratribus Friderico et Otone minore natu porta, quam ipsi obsidebant, erumpentes hosteis oppressere.

Per idem tempus Oto Fruxinensis episcopus, historiographus et

6 — navant *vgl. Chron. Ursperg. p. 350; Ragewin IV, c. 38* 7 in trecentis loricis *sagen auch Annal. Weingart. Welfici, M. G. Scr. XVII, 309 zu 1158, deren Zahlangaben jedoch sonst mit A. nicht übereinstimmen* 12 *Ragewin IV, c. 38* 12 — praefectus *vgl. Ragewin l. c. III, c. 25, 29, 31; IV, 14, 38* 16 *Der junge Welf VII. A. wirft hier zeitlich weit auseinanderliegende Ereignisse zusammen* 19 *Heinrich II. Graf v. Wolfratshausen starb 2. Mai 1157, nicht in Italien, sondern wahrscheinlich in Wolfratshausen, und war noch nicht Markgraf von Istrien. Markgraf Heinrich v. Istrien aus dem Hause Andechs (IV.) starb erst 1228* 24 — Schiram *vgl. Ragewin IV, 14*; — Damasiam *Necrolog. Diessense*; *Oefele, Scr. II, 665?* — Variopagum *Mon. Boic. IV, 9* 28 — oppressere *vgl. Ragew. III, 35* 30 — moritur *vgl. Ragew. IV, 11.*

BSB

patruus augusti, moritur. Hadrianus quoque pontifex maximus pridie calendas Septembris fato rapitur duoque, Octavianus et Rulandus, de pontificatu maximo certant; hic Alexandrum, ille Victorem se adpellat. utrisque tercio idus Februarii ex decreto consilii more maiorum dies dicitur. Octavianus apparet, Rulandus, fretus opibus Vilelmii Siculi, neque ipse venit neque legatos misit. quamobrem Octavianus a concilio, Pilegrimo patriarcha Aquileiensi, Raenaldo Agrippinensi, Mogontino, Maedoburgensi archimysta, caeteris episcopis recipitur, consecratur, Victor adpellatur. Germaniae atque Italiae episcopi et proceres eius rebus studuerunt. parteis Alexandri solum duo Boiorum episcopi, Eburonardus Iuvavensis et Hartomanus Sabonensis tutati sunt. causabantur Celtas, Siculos, Anglios, Hispanos (quibus vires nostri imperatoris in suspicionem veneran') maiorem nimirum christianorum portionem eidem favere. nam Alexander ad Franciae occidentalis Angliorumque reges tum dissidentes secessit, pacem inter eos fecit, quam illi quotannis fregere, quotannis renovarunt. plaerique tamen, quorum maxima pars fuit, neutrum pontificem recipiebant, illud divi Pauli usurpabant: omnia vestra sunt, sive Paulus sive Apollos, sive Petrus, una fides, unus deus et pater omnium, atque illud Christi in ore erat: unus magister vester est, vos autem omnes fratres. Gerochus Richobergensis praesul de hoc discidio conplura scripsit, quibus titulum de Antichristo dedit.

Mansit haec seditio duodeviginti annos in christiano orbe minusque quam pro longinquitate temporis incommodi reipublicae iniunxit. pastores mitia atque erudita ingenia sortiti, invicem dumtaxat sacrificiis interdixere, ovibus non molesti fuere nec gregem contaminarunt. legi in bibliothecis Boiariae utriusque epistolas, quas Alexander ad Eburonardum Iuvavensem, Hartomanum Brixinensem Noricorum episcopum, alter ad imperatorem, patriarchas, archiepiscopos, duces, praesides, praefectos sacrosancti romani imperii dedit. in illis reperio Alexandrum Turonis in conventu Angliorum, Celtarum celebri haec statuisse: ‚sacris initiatus rebus prophanis abstineto, leges, physica

1 — rapitur *l. c. c. 43:* in kalendis Septembris 2 — adpellat *vgl. l. c.* 4 — dicitur *l. c. c. 54, 55:* in octava epiphaniae *[Jan. 13.]* 5 — adpellatur *l. c. c. 64—70* 9 — tutati sunt *vgl. Vita Eberhardi archiep. Salisburg., c. 8, M. G. Scr. XI, 81* 12 quibus — venerant *G. Fr. IV, 76* 18 — illud Christi *1 Cor. 3, 21. Eph. 4, 5; 6. Matth. 23, 8* 22 *De investigatione Antichristi; auszugsweise mitgetheilt von Stülz im Archiv für Kunde österreich. Geschichtsquellen, XX, 127 flgd.* 28 *An Eberhard u. a. Jaffé, Reg. pont. Nr. 7147, 7157, 7188, 7223, 7369; an Hartmann l. c. Nr. 8853—8855* 31 — existimato *vgl. Statuta concilii Turonensis vom 19. Mai 1163; Mansi, Conc. coll. XXI, 1176.*

BSB

non audito. sacra venire, religionem, societatem, inferias atque huiuscemodi ceremonias praecio dedisse atque pecuniam pro hisce postulasse, decimas prophanis tribuere, inexpiabile flagitium esto. si quispiam sacerdotia locarit conmutaritve, uti contra christianam pietatem fecit, ita eius civitatis aris, focis, extorris esto. agri oppignerati, si creditor redditus receperit, ultra sortem foenus, licet levissimum videatur, censeto. foeneratorem reipublicae fure peiorem civem existimato'. idem Alexander in omnibus epistolis, quas superioribus duobus episcopis scripsit, petit et multis suadet, ut imperatorem placent atque illum secum in gratiam redigant; pollicetur, uti dignum fuerit tam potentissimo principe, honorando, ornando, tollendo nulli se secundum fore, sed modum superiorum pontificum excessurum.

Ea tempestate Petrus Longobardus Luthetiae Parisiorum creatur pontifex. is quidem theologumenon quatuor libros scripsit, sed sacrosanctae philosophiae veritatem fontemque purissimum, sicuti plus millies a Iacobo Fabro, Iudoco Clichthoveo praeceptoribus meis accepi atque audivi, coeno quaestionum, rivulis opinionum conturbavit, id quod et usus rerum magister (nisi caeci simus) satis superque docet. sed ad ordinem rerum revertor.

Crema Pilogrimo patriarchae Aquileiensi ac Honorico duci Boiariae atque Saxoniae se dedidit. in cuius expugnatione Otoni palatino Boiorum palma datur. idem Honoricus rector Boiorum et Saxonum aliquot Mediolanenses coepit, augusto reddidit, qui eos in crucem in conspectu municipum egit. Velipho, Honorici patruus, imperatoris avunculus, suae ditionis provinciam perlustrat, apud divum Genesium conventus agit, legatis responsa reddit, ius dicit, leges parendi praescribit, mandata dat, septem praefecturas 'cum signis, uti mos est, proceribus suis in fidem atque tutelam commendat. oppida, castella, civitates oratores mittunt, quibus Lycatiorum praefectus ius atque sua iusta reddit, praedia stipendiaria, principalem servitutem, quae cives atque nobilitas interceperant, repetit et vendicat. conventu peracto, pridie paschalium se Pisam confert, vernas ferias maximo apparatu ibi perpetrat. inde Lucam petit, de rebus omnibus cognoscit. nemo omnium est, qui ius dicenti non obtemperaret. quocunque ille pergit, strenue suo imperio perfungitur, praesidia castellis imponit. eius adventus nullo non honoris genere adhibito ubique excipitur. inde Spo-

36 adhito *B*

13 — scripsit *vgl. Otton. Fris. continuatio Sanblasiana, c. 12, M. G. Scr. XX, 308* 16 *Jac. Faber, genannt Stapulensis, Doctor der Sorbonne, gest. 1537; Jodocus Clichtoveus, Doctor der Sorbonne, gest. 1543* 20 — dedidit *G. Fr. IV, 60* 21 — datur *l. c. IV, 59* 22 — egit *vgl. Chron. Ursperg. p. 351* 24 — defendit *nach Hist. Welf. Weingart. c. 29.*

letum arma movet. ubique compositis rebus eam Italiae partem sibi ab imperatore avunculo in tutelam traditam Veliphoni filio conmittit, per vallem Tridentinam ad Lycates suos in superiorem Boiariam redit. filius eius pastoris boni munus exequi pergit, pecus tondere, non deglubere studet, suae fidei conmissos ab iniuria, rapinis militum, equitum (uti bello fieri necesse est) non citra offensionem augusti tutatur atque defendit.

Honoricus, huius patruelis, Saxonum et Boiorum praeses, in Boiariam Reginoburgium reversus, quod videret Hartovicum, urbis episcopum, aes ecclesiasticum dilapidare, canes, equos, venatores alere, pauperum curam nullam habere, populum non docere neque literis operam dare, adulteros, assentatores, propinquos ditare, Stuphium regiam atque vicum, pontificalem fiscum, titulo curatoris occupat (Friderici Bogii soboles, veteris eius templi procuratoris, defecerat). Hartovicus homo imprudens furere, insanire coepit, cuncta seditionibus atque incendiis conplere studuit. erat tum Reginoburgium omnium civitatum Germaniae populosissima praetoriumque regulorum Boiariae. cives partim cum duce suo, partim pontifice sentiebant. nam et proceres quosque potentissimos Boiariae ibidem cives, senatores atque consules fuisse in diplomatibus vetustis reperio, sicuti Argentorati et apud Suitonas aduc esse solet. divus Eburonardus archimysta Boiorum illo properat, connitentibus Friderico Vitellopago, praefecto praetorio Boiariae, atque Chunrado Rhaniorum dynasta, ducem, episcopum, cives in gratiam redigit. inde orientalem Boiariam petit, inter Honoricum Austriacum, vitricum Honorici occidentalis, et Chunradum fratrem, Bathavensem episcopum, pacem facit.

Episcopi omnino inmunes esse conantur, omnia munia in pauperes relegant, suis legibus fraudem faciunt, praedia, sacerdotia libertate ab imperatoribus donata, censu, vectigalibus extra ordinem onerant. duces, quae a se condonata sunt, sibi servire concupiscunt. unde plaeraque bella civilia, seditiones intestinae oriuntur. eadem tempestate Iuvavia, Reginoburgium, Fruxinum igne conflagrant. Pilogrimus patriarcha Aquileiensis naturae concedit. Goizo rex Ugrus moritur. frater eius

8 — redigit *vgl. Annal. Reichersperg. zu 1161, M. G. Scr. XVII, 468; die Erwähnung Friedrichs von Wittelsbach u. Konrads von Raning weist aber auf eine weitere, uns unbekannte, vielleicht urkundliche Quelle* 16 — populosissima *nach Vita Eberhardi Salisburg., M. G. Scr. XI, 82* 24 — facit *vgl. Vita Eberhardi, c. 10, l. c. 82* 31 — conflagrant *vgl. Ann. St. Rudberti Salisburg. zu 1167; Ragewin, IV, 12; Ann. Ratispon. zu 1166 u. 1174?* 32 — interiit *nach Contin. Admuntensis, M. G. Scr. IX, 582, 583* 33 — contendunt *vgl. Ragewini appendix, p. 491.*

BSB

Ladissolaus et filius Stephanus regnare uterque, patruus et nepos, contendunt. Honoricus dux Charionum in Ionio mari interiit.

Quoniam de Charionum regione tempus admonuit, paucissimis situm praesidesque gentis exponam. Charionum regio a Venedorum natione Germaniae Magnae, quam Ptolemaeus Charionas, Plinius Charinos, Antoninus Charionos vocat, adpellata est; pars Norici est, ad fonteis Dravi fluminis, subiecta Ocrae Taroque montibus, Histriae, Stiriis, Carnis, Venetiae, Dalmatiae, Pannoniae, Liburniae confinis. Venedi transgressi Danubium Romanos, Theodorico rege Italiae, exegere. Iulia Carnorum sive Iulium Carnicum Romanorum quondam colonia fuit. plura in secundo atque tercio dixi libro. peculiares Charini habuere principes usque ad Dagobertum Magnum regem Francorum, cuius iussu a Boiis subditi sunt Boiorumque ibi tum coloniae deduci coeptae. tempore Pipini regis Francorum Boii eosdem religionem Christi recipere coegerunt. nam Thessalonus tercius Boiorum regulus atque divus Vergilius Saliburgensis pontifex eo sacrificulos proficisci iusserunt.

Post Caroli Magni mortem, sicuti vetusta diplomata ostendunt, regibus ducibusque Boiorum posthac paruit Boiariaque oriundis praefectis obtemperavit. imperator Oto tercius anno Christi noningentesimo undenonagesimo mortuo Honorico duce Charionum, filio Beritholdi ducis Boiorum (ambo apud Aldaechium inferius sepulti sunt) eundem ducatum Chunrado, filio Otonis ducis Francorum, fratri Gregorii quinti pontificis maximi, tradidit, qui potestatis anno tercio atque vicesimo, relicto filio impubere Chunrado decessit. imperator tum divus Honoricus secundus, quem Charionum quoque regulum vocari reperio, eam provinciam Adaloberoni, qui apud Gisoveltas in prima Vindelicia sepultus est, conmendavit. imperator Chunradus secundus Chunradum, filium superioris Chunradi, patruelem suum, Charinis, pulso Adaloberone, praefecit. at imperator Honoricus tercius caesar augustus, rex Boiorum, eam partem Norici Veliphoni conmisit; is obiit aerae christianae anno 1055. huic Lithulphus, qui moritur ab orbe servato anno 1090, ab imperatore Honorico quarto, rege Boiorum, substituitur. Lithulpho succedit Honoricus Eppostonus; is absque liberis obiit; adoptavit Honoricum, filium Angiloberti, haeredemque ducatus instituit. huius stemma proponere decrevimus.

Fridericus Spanaemus fratrem habuit divum Hartovicum, Saliburgensem episcopum; genuit ex Richarda Angilobertum primum et

38 et *fehlt B*

Segifridum Laventinum. illo genitus Angilobertus secundus, Histriae praefectus, bellum gessit adversus Honoricum Eppostonum, ducem Charionum. Laventi templum divo Paulo construxit, druidas a Vilelmio Hirsuno impetravit, ubi uxor eius Haeduovica humata est, quae ex hac vita migravit anno Christi 1100 super secundum. quinque procreavit liberos: Hartovicum archiepiscopum Maedoburgensem, Honoricum ducem Charionum, qui absque liberis obiit, Angilobertum; is fratri in ducatu successit et in Boiaria apud Seos cum uxore Uta sepultus est; Segifridum Libodunum, patrem Segifridi Libodunensis, Veronardum Struchinosinum. Angiloberto orti Hyldericus dux Charionum, Angilobertus Histriae et Carnoburgii praefectus, Hartovicus episcopus Reginoburgensis et Rapoto Artoburgensis dynasta. Hyldericus Honoricum et Herimanum procreavit; ille in Ionio mari, ut dixi, periit, anno salutis 1164. successorem honoris fratrem Herimanum habuit, unde genitus Hyldericus, itidem dux Charionum.

Sed ad Fridericum Barbarussam revertor. is exciso Mediolano, pacata Longobardia in Germaniam redit. tres magos, qui primi Christi incunabula adorarunt, quos Eustorgius archimystes Mediolanensis Constantinopoli ortus Mediolanum consentiente imperatore transtulerat, in Agrippinensi Colonia, ubi aduc omnis honos atque memoria nominis habetur, condi iubet. hi ex sinu Persico Magorum cognomento atque Arabia felice continua regione Byzantium a romanis imperatoribus translati fuerant.

Circa eundem temporis tractum Hugo Tübiorum regulus Morinos, Veliphonis castellum, capit, quos intus reperit, crucibus adfigit. Velipho pater filium ex Italia revocat, ipse eo proficiscitur, patrimonium matris ex asse filio tradit. Velipho iunior Hugoni caedem expiare aspernanti, satisfacere recusanti, bellum indicit, copias cogit. auxilio ei veniunt tres episcopi: Nemetum, Vangionum et Augustanus, et ex Suevia hi proceres: Beritholdus Zaringius, Herimanus Badensis, Rudolphus Phullodoryphus, Chalybes Bergensesque reguli, Godofridus et Rudolphus fratres Rumobergii, Herimannus Circobergensis, Honoricus Veringensis, Chunradus templi Constantiensis curator, Albertus Habesoburgensis, ex Boiaria Beritholdus Voccioburgensis. hi coniunctis viribus

15 *Am Rande in A:* et Hagna, quae primum Stephano regi Ugrorum copulata fuit et filia Honorici primi Austriaci, soror Litovaldae et Honorici 24 Tubiorum *B*

13 *Vgl. oben S. 223, Z. 2* 16 — iubet *vgl. Ott. Fris. continuatio Sanblasiana, c. 16, p. 310; chron. Albrici monachi Trium Fontium, M. G. Scr. XXIII, 846* 24 — elapsus est *vgl. Hist. Welfor. Weingart. c. 30, p. 469, 470.*

BSB

cum bis mille atque ducentis armatis castra non longe a Tubiis vesperi ac sabbato, octavo scilicet idus Septembris faciunt diemque festum postridie ocio sacrare more christiano statuunt. Hugoni suppetias tulerant Tubiisque erant Fridericus dux Sueviae, filius Chunradi caesaris, et Zolorenses dynastae. amici ultro citro conmeant, inimicos reconciliare conantur. inter haec Veliphonii quidam vesperi e castris, caeteris ignorantibus, clam prodeunt, quosdam, qui ex arce progressi fuerant, lacessunt, invadunt, manus conserunt. quod ubi, qui in castris erant, conspicati, sociis suis auxiliatum certatim provolant. qui Tubiis erant, erumpunt, suis laborantibus subvenire contendunt, aequum locum, ripam nempe editiorem, difficilem aditu, occupant. Honoricus Veringensis, signifer Veliphonis, ad illos infesta signa confert, eosdem loco aequo pellere connititur. illi fortiter resistitur, duabus horis continenter pugnatur. nemo retro pedem tulit aut loco cessit. tandem Veliphoniani, loci iniquitate defatigati, hostibus superne acriter urgentibus, in fugam vertuntur. paucis admodum occisis, noningenti capiuntur Tubiosque abacti cum praeda sunt; reliqui beneficio noctis atque sylvarum, montium, vicinorum castellorum atque oppidorum evasere. Velipho Achalmam cum tribus dumtaxat comitibus vix elapsus est. pater eius ubi filium male pugnasse accepit, ex Italia in Germaniam properat. Hugo pactus unius anni inducias, omnes captivos dimittit.

Honoricus Boiorum dux, nescio quam ob causam, Constantiae Clementiam uxorem, filiam Chunradi Zaringensis repudiat, cum imperatore in Burgundiam proficiscitur. nam augustus in agro Vesontino propter Ararim amnem conventum egit, cui Litavicus rex Galliae interfuit, cum quo foedus de more initum est atque ad Honoricum regem Anglium Raenaldus Agrippinensis archimysta, magister epistolarum, Rhotomagum missus, qui eumdem ad pacem cum Francis servandam cohortaretur et filiam eius natu maximam Mathyldam Honorico duci Boiorum atque Saxoniae, amitino imperatoris, desponderet. annuit Anglius postulatis atque cum filia quam maximo apparatu ingentique dote instructa oratores in Germaniam legat. Alexander Galliis excedit in Siciliamque ad Vilelmium regem Siculum se confert.

At Velipho finitis induciis Chelomynsam, Villariam, Hugonis castella, expugnat, sexaginta, qui intus erant, Hugonis equites in vincula coniicit. Hugo ad Friderici Suevorum reguli, filii Chunradi caesaris,

2 atque *st.* ac *A* 28 reges *st.* eumdem *B* 31 quam *fehlt B*

20 — dimittit *vgl. l. c. c. 31* 22 — repudiat *vgl. Annal. Weingart. Welfici zu 1162, M. G. Scr. XVII, 309* 34 — detinetur *vgl. Hist. Welf. c. 31; Chron. Ursperg. zu 1166; p. 355* 35 sexaginta *Chron. Ursperg.;* quadraginta *Hist. Welf.*

opem confugit. eius suasu Boiemi in auxilium acciti, Boiariam, Sueviam, cuncta terrarum ab Hercynio saltu usque ad lacum Brigantinum caede, incendiis complent. imperator ab armis universos discedere iubet, Ianuario diem partibus Ulmam dicit, ubi causa cognita coram Honorico, duce Saxonum atque Boiariae, Hugonem Veliphoni tradit. Hugo Veliphonis pedibus supplex accidit, veniam praecatur, a Veliphone in vincula coniicitur, in custodia atque captivitate annum et sex menses, quoad Velipho iunior vixit, detinetur.

Hisce confectis augustus in Austriam movet. receptis quadraginta unciarum auri millibus a Stephano rege Ugrorum, eundem adversus Ladissolaum, patruum eiusdem, regem declarat Ungariae. eidem Hagnam, filiam Honorici Austriaci, patruelem suam, despondet. Otonem Vitellopagum palatinum sive landographum Boiorum (saepius eius mentionem fecimus), Honoricum Austriacum cum mandatis ad Constantinopolitanum imperatorem proficisci iubet hique regio luxu magnifice condonati, revertuntur. cum ipsis Byzantium usque profecti sunt, voti solvendi causa Hierosolyma petituri, Velipho pater, Fridericus, Otonis Vitellopagi frater, Oto praefectus Reginoburgensis, Odagrius Stirius; hic in Ungaria in urbe, quam Quinque Templa vocant, obiit; caeteri ferias vernales Hierosolymis celebrant. sub idem tempus Honoricus dux Saxonum atque Boiorum iussu imperatoris ad socerum in Galliam pergit, pacem inter eum atque regem Francum Litavicum facturus.

Eodem tempore, anno Christi 1165, in Boiaria decedit Burgusii regulus Gephardus. eius opes dux Boius vendicat. est autem Burgusium civitas atque arx omnium munitissima, claustrum Boiariae in Norico sita, quam Iuvavus amnis praeterfluit; praetorium coniugum regulorum Boiariae, fiscus hic principalis est atque conventus iuridicus Noricorum. nunc ducibus nostris paret, apud veteres suis regulis inclyta fuit, quos varie cognominatos reperio, a praetoriis nimirum suis. utrumque horum genus nobilissimum fuit. paternum traxere ab Aribone quodam nobilissimo, simul vetustissimo Boiorum dynasta, qui in venatione a visonte percussus obiisse canitur atque antiquis celebratur

15 luxi *A u. B*

9 — despondet *vgl. Ann. Reichersperg. zu 1165, M. G. Scr. XVII, 472; Contin. Admunt. 583? Ragewini append. zu 1164, 1167, p. 491, 492* 12 — revertuntur *vgl. Ragewini append. 492* 17 *Hist. Welfor. c. 32;* — Reginoburgensis *vgl. Ragewini append. 492, wo aber:* Heinricus burgravius 18 — obiit *vgl. Ann. Reichersperg. zu 1165, M. G. Scr. XVII, 471* 19 caeteri — celebrant *vgl. Hist. Welf. c. 32* 20 — facturus *wohl gefolgert aus Ragew. app. p. 493* 23 — Gephardus *vgl. Liber sepulturar. Raitenhaslac., M. B. III, p. 216* 24 — vendicat *vgl. Riezler, Herzogthum Baiern unter Heinrich d. Löwen und Otto I., 172—174* 30 — carminibus *vgl. Ekkehardi chron. univers. zu 1104, M. G. Scr. VI, 225.*

carminibus. alii eum filium Babonis illius Abusini fuisse suspicantur; pictura monumentaque Abusinae fidem faciunt. eius soboles Hartovicus atque Sigardus Schala fratres; ille procreavit Aribonem et Bothonem posthumum ex Friderunna nobilissima foemina, filia Rothingi, qui pronepos fuit Imindi, fratris divae Mathyldae augustae, genitricis imperatoris Otonis Magni, et Honorici primi, Boiorum ducis; nam Theodericus, Saxoniae regulus, avus maternus Otonis Magni et Honorici primi, Boiariae rectoris, genus ducens a Vitechundo Magno, qui triginta amplius annos cum Carolo Magno continenter belligeratus est, quatuor procreavit liberos, divam Mathyldam, Vitechundum, Reginoverum, Danorum domitorem, et Imindum.

Ab hoc sunt Botho primus, abavus, Rotingus primus, proavus, Botho secundus, avus Friderunnae. huius filius Aribo in cunis amisit parentem; Charionum nobilissimus dynasta, praefectus praetorio Boiariae, admodum senex obiit, anno christianae salutis 1102. Botho posthumus, cognomento Fortis, altero deinceps anno Reginoburgii naturae concedit; Tharisii, quod dicarat, sepultus est. ambo fratres praeter caeteros Boios Germaniaeque proceres literis atque armis insignes fuere proceraque corporis statura antiquis comparati heroibus, quorum virtus maxime adversus Ugros enituit. Aribo Haegiromosae, Botho Bothostonis habitavit, unde et cognomen, uti mos est, recepere. Sigardus, qui et Sirus Scala, patruus horum, Sigardum, Rantheroviae procuratorem, progenuit. is ab orbe adserto anno 1104 Reginoburgii interemptus est et ex Sophia, quae prius nupta fuit Honorico duci Chariniano, Gephardum Burgusianum, Sigardum et Honoricum Scalas tulit. huius filii sunt Honoricus et Sigardus. Gephardi uxor Itha, filius Gephardus, nurus Sophia. atque hic Gephardus absque liberis maribus obiit anno, ut dixi, Christi 1165. Burgusium tum Honoricus undecimus, Saxonum atque Boiariae regulus, occupavit, quamquam patrueles Gephardi, Honoricus et Sigardus Scalae, superstites forent, quos in Italia consedisse non est vana coniectura. hos quidem Scalas romano vocabulo

7 *Am Rande in A:* Diethrich von Ringelheym 17 *Am Rande in A:* in ripa Moeni conditus est 22 Syrus *B* 23 asserto *A* 25 Schalas *A* 30 Schalae *A*

2 *Von solchen hat sich nichts erhalten* 3 — enituit *vgl. Ekkehard l. c., p. 225, 226* 20 *Haigermoos bei Laufen an der Salzach (vgl. Mon. Boic. III, 246) und wahrscheinlich Pottenstein in der fränkischen Schweiz* 23 *Vgl. Ekkehard l. c.* 31 *Dass zwischen den altbairischen, im 12. Jahrh. ausgestorbenen Grafen v. Burghausen und Schala (nach der Schalaburg im Viertel ob dem Wienerwalde benannt) und den veronesischen Herren de Scala, die erst unter König Sigmund nach Baiern kamen und dort bald ihren Namen in ‚von der Leiter' verdeutschten, eine Verwandt-*

BSB

pro Schala teutonico ab imperitis dictos esse satis constat. haec ex diplomatibus Bathaviae, Variopagi, Rantheroviae, Raethasulae accepimus. extat Raethasulae vetus diploma latinum, ubi anno aerae nostrae 1156 Honoricus Schala testis est. interpres, qui illud in teutonicam vertit linguam, Honoricum a Laitera, hoc est Scala, interpraetatur. itidem de Bogiis eadem tempestate factum literis proditur, quos Itali romana interpraetatione de Arcu vocant.

Sub idem tempus Sigefridus Libodunus, Litholdus Plaiensis, gener Gephardi Burgusiani, proceres Boiorum, decedunt et Victor pontifex maximus Romae moritur. Alexander a Vilelmio rege Siciliae, Campaniae, Apuliae, Calabriae principe, corruptis quibusdam Romanis in urbem deducitur. Saxones tum Honorico duci Boiariae rebellant, imperata detrectant; dynastae adversus eundem conspirant.

Cap. 6. Mortuo igitur Victore Alexandro Romam tenente, imperator mense Maio atque quinquagenalibus Viridoburgii conventum episcoporum senatusqúe imperii cogit. coeunt frequentes archimystae, minores pontifices, praesides, duces, praefecti, Vidonem pontificem maximum legant Paschalemque vocant. fit senatus consultum: nullum posthac fore pontificem maximum, nisi qui more maiorum, consensu imperatoris creetur atque nuncius dumtaxat Christi successorque Petri, non etiam caesareae potentiae pertinax aemulus esse velit. a singulis exactum iuramentum, haud alium aut recepturos aut passuros pontificem maximum perpetuo, etiam mortuo imperatore. sacramentumque primus dixit Christianus Mogontinus pontifex designatus (nam Chunradus Boius, frater Otonis Vitellopagi, quod iurare detrectaret, hostis iudicatus atque proscriptus, sacerdotio et dignitate excidit Mogontiacoque exactus est), deinde caeteri episcopi; postea imperator et principes iurant. Albertus Fruxinensis episcopus hoc pacto fidem suam astrinxit Paschali, quam diu videlicet imperium eius rebus studeret aut ipse caesarea praedia, castella, vicos, oppida, beneficia stipendiaria possideret.

1 Scala *B* 4 Scala *B* 5 Scalam *A*

schaft bestand, ist eine nur durch den Gleichklang der Namen veranlasste irrige Annahme 3 *Mon. Boic. III, 112* 7 *Auch der Zusammenhang zwischen den altbairischen Grafen v. Bogen u. den Südtiroler Herren v. Arco ist eine unbegründete, nur durch die Namensgleichheit veranlasste Behauptung, die A. bei Arnpeck, Chron. Baiour. (Pez, Thes. III, c, col. 258) vorfand* 8 — decedunt *vgl. Ann. St. Rudberti Salisburg. zu 1164, M. G. Scr. IX, 776; Herim. Altah. zu 1164* 9 Victor — moritur *Rag. app. zu 1164* 10 — deducitur *l. c. zu 1168* 12 — rebellant *l. c. zu 1167* 14 — possideret *vgl. Ragew. append. zu 1164, 1166, p. 491, 492.*

BSB

obierant per idem tempus Eburonardus Saliburgensis, Hartovicus Reginoburgensis, Hartomanus Brixinensis, Rupertus Bathaviae episcopus. Eburonardo Chunradus, patruus imperatoris, Hartovico Eburonardus, Ruperto Albanus, Hartomano Oto succedunt utque novi episcopi ab Christiano Mogontino archimysta inaugurentur, edicto praecipitur.

Imperator in Italiam Raenoldum scribam suum, Agrippinensem pontificem, et Christianum Mogontinum praemittit. ipse cum exercitu et aliis principibus subsequitur, agrum romanum caede, ferro, flamma vastat, Romanos ausos conferre pedem ad internecionem delet. octo millia Romanorum caesa, tria capta esse in fastos relatum est. urbem deinceps Barbarussa capit, incendit, Alexandro fuga sibi consulente. templum divi Petri, quod hostes munierant, praesidio firmarant, deinde invadit, munimenta solo aequat, effractis portis aedem aperit, Paschalem vi introducit isque duodevicesimo calendas Septembris (quem diem celebrem deiparae virgini, quando superos petivit, habemus) Beatricem consecrat augustamque adpellat. posthaec pestilentiae dira lues exercitum urbemque romanam invadit extinxitque de nostris episcopos septem: Danielem Pragensem, Eburonardum Reginoburgensem, Chunradum Augustanum, Godefridum Spirensem, Raenaldum Agrippinensem, Herimanum Verdunensem, Gaerionem Halverostadensem, et hos proceres cum pluribus aliis: Fridericum, filium Chunradi caesaris, Berinogerionem Sulsopagum Nariscorum regulum, Honoricum Tubingensem, Veliphonem iuniorem. huius corpus ad Stonogades, superioris Boiariae apud Lycatios templum, translatum est.

Velipho pater, ubi filio defuncto nullos amplius sperat liberos, ab re uxoria abhorret, Utam coniugem ad Alpes migrare iubet. ipse Maemingiae crebro habitat, potat, obsonat, comessatur, amat, conviviis, nimio vestitu, venationibus, gaudiis corporis indulget, ocio aetatem transsigit. equites, milites obaeratos, proscriptos ad se confugientes benigne adpellat, hos sodales sibi adsciscit; cum illis libenter vivebat et libenter victitabat. his equos, vestes, sumptus suggerit cumque necesse foret his moribus pecuniam redditusque dilapidari, aes grande alienum conflavit. cumque sufficere hisce sumptibus nequiret, Ethru-

1 — succedunt *vgl. l. c. zu 1164* 4 — praecipitur *l. c. zu 1168, p. 493* 7 — introducit *vgl. Ragewini append. zu 1168, p. 492; Contin. Sanblas. p. 313* 11 fere novem millia *Ragew. app. l. c.* 15 — adpellat *vgl. Chron. Magni presb. Reichersperg. zu 1167, M. G. Scr. XVII, 489* 17 — iuniorem *vgl. Ragew. append. zu 1168* 23 Honoricum Tubingensem — translatum est *vgl. Hist. Welfor. Weingart. c. 32, p. 471* 26 — Stonogades *vgl. Hist. Welf. Contin. Staingadenens. l. c. p. 471, 472.*

riam, Sardiniam, Spoletum imperatori Friderico, nepoti suo ex sorore, patrimonium vero in Suevia atque Boiaria Honorico duci Boiorum, nepoti ex fratre, vendit. imperator auro, argento, gemmis avunculum explet. dux boius precium dolo differt; rebatur propediem ad se gratuito reditura cuncta, quando legitimus senis capularis haeres esset. ubi haec patruus sensit, omnia caesari, exhaeredato Honorico, venumdat. tandem obsaturatus voluptatibus luminibusque captus, revocata ab Alpibus uxore, plaeraque pauperibus elargitus dedit, voluptati bellum indixit, in summa pietate vitam finivit, anno Christi millesimo centesimo nonagesimo primo. eius et filii mausoleum apud Stonogades, Lycatium templum, ostenditur.

Eodem tempore Paschalis obiit; in templo divi Petri sepelitur. romani sacerdotes, senatus populusque Ioannem Albanum episcopum pontificem maximum eligunt, Calistum tercium nuncupant. porro Fridericus pulsus peste in Germaniam, Chunradum Saliburgensem, patruum suum, frustra Honorico Austriae duce, fratre eius, caeteris principibus cohortantibus, ut obtemperaret, quod decreto consilii parere recusaret, oves pascere, decimis vivere iubet. Lupha Boiorum est oppidum in Norico inter Burgusium atque Iuvaviam medio fere itinere; eo quarto kalendas Aprilis imperator venit, conventus agit, sententia principum vicos, praedia, castella, urbes Iuvavenses proceribus committit.

Honoricus Palestinam supplicandi gratia proficiscitur, relicta Mathylda uxore gravida Brunonisvici. comites eius fuere Chunradus episcopus Lubicensis, Honoricus abbas Brunonisvici, Beritholdus abbas Luneburgensis, Praebissolaus Megaloburgensis princeps, alii proceres, ex Boiaria Honoricus Sulsopagus et Stirius marchio, Vormatiae quoque pontifex missus ab imperatore Neorhomam pro connubiis liberum. kalendis Februarii operatus Reginoburgii, octavo idus inde egreditur, a vitrico magnifice excipitur, Viennam ducitur, ei matris sepulchrum ostenditur, navibus condonatur a vitrico. ab eo Granam usque Danubio deducitur et usque Ungariam, cuius regina soror vitrici. Strigonii exceptus ab Ungaro usque ad confluentes Savi et Danubii maximo honore deducitur ab Ungaris.

Eandem ob causam (ut revertar ad imperatorem) Bathavenses

6 exhaereditato *B* venundat *B* 14 Callistum *B*

4 dux — esset *vgl. Contin. Sanblas. 21* 11 *Scheint nicht erhalten zu sein* 12 — nuncupant *vgl. Ragew. append. zu 1168, p. 493* 15 — committit *vgl. Ann. Reichersperg., Mon. Germ. Scr. XVII, 473* 22 — Ungaris *vgl. Arnold. Lubicens. chron. Slavor. I, c. 1—3, M. G. Scr. XXI, 115—122* 26 Frithericus de Sudpach *Arn. Lubic. c. 2* 34 — exigunt *vgl. Ragew. append. zu 1170.*

BSB

Albanum episcopum, quod ab Hylderico patriarcha Aquileiensi, non a Christiano Mogontino iuxta decretum consilii iniciatus foret, urbe exigunt Honoricusque legitur. inter haec Chunradus Iuvavensis diem obit; ipsi Albertus, ex sorore nepos, filius Ladissolai regis Boiemiae succedit. hic quoque ab Hylderico Aquileiensi patriarcha, contempto Mogontino, consecratus fuit. idcirco augustus Ladissolaum regem Boiemiae regno movet, Zobezolaum, patruelem eius, Boiemis imponit. Albertum, filium eius, pontificatu abire, administratione praediorum caedere iubet. deinde Babobergomum petit, Ladissolaum cum filio Alberto, qui eo venerant, a conspectu prohibet. posthaec Saliburgium pridie nonas Augusti pergit, Iuvavensia castella in deditionem accipit. Boiemi, Austriaci, Charini mutuis vulneribus se adterunt. Honoricus dux boius supplicandi gratia Hierosolyma proficiscitur. ab Elissopago, Vindelicorum vico, divi Benedicti consecranei ad templum divi Viti proxime Neomartem conmigrant. consentit Veliphoramus Dorobergensis, nepos Theodomari, qui atros druidas Elissopagi conlocarat. Chunradus primus Aechostadensis pontifex Raebodoryphon iuxta Aechostadium in ripa Alemani in pago Boiariae (verbis Friderici primi augusti utor) mystis augustinianis extruit. subsequenti anno imperator rursus 11. kalendas Martii Saleburgium se confert. Alberto, qui eo vocatus erat, non apparente Bathaviam pridie kalendas eiusdem mensis petit. Honorico a Mogontino consecrari renuenti eius fratrem Theodovaldam substituit. is ab Honorico praesule Guricensi consecratur quarto idus Iunii; quinquagenalibus. filius fuit Theodovaldae Suevi, Bergensium dynastae, Geisaeque Andechysiae, frater eius Manogoldus Tigurinorum praesul.

Augustus postea Reginoburgium ad conventus agendos petit. interfuere omnes principes regni, omnes antistites Iuvavenses. omnium sententia Albertus pontificatu submovetur, Honoricus Beritholdogadensis praesul Saliburgio praeficitur. eam sententiam Richerus Brixinensis episcopus renunciat. imperator illi urbes, oppida restituit. Albertus in Ungariam Scaurinum ad Valtherum Albanensem episcopum

12 Carini *B* 15 Voliphoramus *B*

3 — succedit *vgl. l. c. zu 1168, p. 493* 5 — fuit *l. c. zu 1170* 8 — accipit *vgl. Chron. Magni Reichersperg. zu 1169, p. 489, 490* 13 *Elsenbach, St. Veit;* — conlocarat *vgl. Mon. Boic. V, 237* 17 *Rebdorf;* — extruit *vgl. die Urk. bei Falckenstein, Cod. dipl. antiq. Nordgav., p. 36* 19 — quinquagenalibus *vgl. Chron. Magni Reich. zu 1172, p. 497* 27 — restituit *vgl. l. c. zu 1174, p. 498* 32 — recipiant *vgl. das Schreiben des Bischofs Gualterius im Chron. Magni zu 1176, p. 501 flgd.* 32 castrum Geurinum *[Raab] l. c.*

BSB

se confert isque frustra scribit Iuvavensibus, ut Albertum recipiant. Chuno quoque Reginoburgensium episcopus designatus aut a Christiano Mogontino inaugurari aut abire pontificatu iubetur.

Inter haec Mediolanenses iterum rebellant, Alexandriam urbem in odium imperatoris condunt, ab Alexandro hoste eius nomen indunt, ibi se munire statuunt. caesar sexto Italiam petit, Alexandriam obsidet, oppidum solo aequat. Honoricus dux Boiorum atque Saxoniae, qui ibi cum quinque millibus equitum erat, corruptus pecunia, suasu Iordani drugassii ab imperatore amitino suo deficit, cum omnibus copiis suis absque conmeatu ex castris discedit in Rhetiam. cum Zolorensibus et Veringensibus caeterisque societatem init, adversus augustum conspirat. Mediolanenses ubi abiisse equitatum Honorici accipiunt, imperatorem invadunt, ipsum caedere, obsidionem solvere cogunt. ipse aegre mutato cultu atque habitu per Burgundiam in Germaniam evasit.

Caeterum Honoricus in Boiariam reversus, in prima Vindelicia, in ripa Isarae, ubi tum villa mystarum erat, in agro Scaphularensis conlegii novum oppidum condit, Monachium adpellat, quae nunc omnium urbium, quae imperatoriae non sunt, sed ducibus parent, clarissima habetur. Richalii Boiariae civitas in Norico, sub radicibus Alpium noricarum, quas Curvancas-Ptolemaeus vocat, cubat, ubi sal partim fit, partim gignitur. puteus ibi salis est, aqua salsa a dulci arte separatur, in fornaces aeneas deducitur atque largius coquitur fitque sal omnium salsissimus, siccissimus atque candidissimus, maximae apud Germanos authoritatis. quamobrem Richum Salem, hoc est, divitem vocant. maximum inde ad fiscum principalem vectigal redit. via salaria ad Isaram in superiorem Boiariam tendit, illa in Rhetiam, Suevos, Francos, ad Galliam, Suitonas, Rhenum et caeteras Germanias portari consuevit. Veringiorum vicus infra Monachium ad quintum lapidem, tum muncipium Fruxinensis pontificis, ubi emporium, mercatus salis atque pons erat. Honoricus dux Boiorum noctu de improviso Veringios occupat, diripit, pontem demolitur, aedificia igne concremat, salinas, salinarios omnes, pontem, portorium in Monachium, novum oppidum, transfert, illa posthac salem devehi iubet. Albertus episcopus Fruxinensis ad imperatorem, qui ex Italia redierat, se confert, iniuriam sibi inlatam a duce Boiorum commemorat, opem caesaris implorat.

29 muncipium *sic A u. B* 32 portorum *A u. B*

2 — iubetur *vgl. Ragewini append. zu 1170, p. 493* 4 — evasit *vgl. Chron. Ursperg. zu 1175 u flgd., p. 357* 9 quidam ducis officialis, Jordanus nomine *l. c.* 26 — floccifacit *vgl. das zweite Urtheil wegen des Föhringer Streites v. 1180; Meichelbeck, Hist. Fris. I, a, 366* 30 noctu: *die Urkunde hat diess nicht.*

augustus saepius Honorico diem dicit, minatur, praecipit, imperat; is saepius aspernatur, floccifacit. caesar rebellem tandem Gamundiae, quae urbs est Sueviae in Germania Magna, proscribit.

In tempore tum ad imperatorem Cluniacensium Cisterciensiumque druidum magistri veniunt, horum atque Eburonardi, episcopi Babobergensis, maxime Calisti, qui sponte pontificatu maximo abit, authoritate et opera concilium Mogonciacum Iulio mense nono calendas Augusti edicitur. ibi omnium rerum oblivione decreta imperator et Alexander reconciliati sunt veteresque inimici ex republica, quam summa discordia hactenus gesserant, amicissimi facti sunt. Albertus quoque Boiemus, archymista Boiorum, qui solus Alexandri partes in Germania sectatus fuerat, quod in Ungaria suppositicio legato, qui quaestus gratia se ab Alexandro missum commentus erat, insigne archimystae acceperat, classe episcoporum submotus est Chunradusque, Vitellipago in prima Vindelicia oppido natus, frater Otonis, ducis postea Boiorum, vir doctus, cognatus imperatoris, Iuvavensibus episcopus declaratur, primarius flamen Boiis designatur iussuque imperatoris ac mandato Alexandri a Saliburgensibus recipitur. Alexander conventum ecclesiasticum Venetiis Augusto cogit.

Posthaec imperator Fridericus primus caesar augustus (quod Honoricus Boiorum atque Saxonum rector mandata facere detrectaret) tercio Calendas Iulii anni christianae aerae millesimi centesimi super octogesimum in Boiariam Reginoburgium, quae urbs tum Boiorum caput et praetorium regulorum erat, cum principibus se confert, Honorico diem dicit. ille nec apparet nec legatos mittit. tum imperator Saphodomum Mantuanum episcopum, item alios tris flamines, pontificis maximi legatos, Chunradum archimystam Boiorum, Theodovaldam Bathavensem, Albertum Fruxinensem, Chunonem Reginoburgensem, Agilulphum Aechostadiensem, Richerum Sabonensem, Boiorum episcopos, praeterea hos Boiorum dynastas tetrarchasque: Odagrium Stiriae limitaneum ducem, Honoricum Reginoburgensium, Chunradum Noreio-

4 Cistertiensiumque *A* 15 Vitellopago *B* 26 Sophodomum *A*, *so auch zuerst in B*

2 — proscribit *vgl. Arnpeck (chron. Boiar. IV, c. 63, col. 229), der sonst in diesem Kapitel der Ursperger Chronik folgt, den Rechtstag von ‚Gmunden' aber eigenthümlich hat* 4 — veniunt *vgl. Ragewini append. zu 1170, p. 493* 18 — cogit *nach Chron. Ursperg. p. 358?* 20 — signifero suo *vgl. Chron. Magni Reichersperg. zu 1180, p. 506, 507, und die Urkunde bei Meichelbeck l. c.* 26 Gaffidonius Mantuensis episcopus *Urk. bei Meichelbeck l. c.*; Saffidonius *aber bei Arnpeck l. c. cap. 65 col. 229 flgd., wo die Urk. inscrirt ist. Vielleicht hat sie A. nur dort benützt.*

BSB

burgensium urbis praefectos, Beritholdum Vocciobur gensem Chamaborum, Beritholdum Andechysium, Histriae praesidem, Segifridum et Honoricum Schalas, Segibothonem Vinarium, Chunonis episcopi fratrem, Hartovicum Bogium, Honoricum Aldodoryphum, Demardum Holostonum, Fridericum et Albertum Druides, Amalobertum Lochusium, Honoricum Pabonaemum, Burgardum, Azonem, Rugilam camerarios, Rudolphum Valdechium, Honoricum Seligochindum, Atholdum Doropagum, Angilomanum et Honoricum fratres Achedoryphos (ubi nunc est Landesuta condita) Beritholdum Richerusium, Segibothonem et Volipherum Holethusios, insuper Saxoniae mystas atque dynastas, Romarium Halverostadensem antistitem, Vichomanum Maedoburgensem, Theodericum Landoburgensis limitis praefectum, Simonem Rechoburgensem, praeterea omnes undique optimates, praefectos, duces, praesides, omnes senatorii ordinis, quibus ius dicendi sententiam in senatu caesareo esse solet, accersit.

Dumque illi frequentes convenissent atque, uti mos est, consedissent, imperator Honorici facinora conmemorat, eundem fidem datam sibi fregisse, religionem sacramenti violasse, contra necessitudinem sanguinis atque sacrosancti imperii et reipublicae christianae maiestatem, vitae caesaris insidiari proponit. accusatur quoque conscius fuisse, cum soceroque Anglo consensisse in necem Thomae Cantuariensis. Albertus etiam Fruxinensis episcopus illum iniuriae suo templo inlatae postulat. idem Saxones faciunt: illius fraude Saxoniam civili bello laborare, templa prophanata a Venedis, Saxoniam totam vastatam esse queruntur. haec ubi dicta sunt, augustus sacramenti admonet, deinde sententias rogat. tum uno ore omnes Honoricum maiestatis laesae

9 Voliphorum *B* 11 *In A zwischen den Zeilen u. am Rande nachgetragen:* Vlricus episcopus Halberst. devovet eum et adhaerentes. Philippus archiepiscopus Coloniae Westphalos occupat usque Visurgim; Aengern, Angruarii. *Ferner:* Henricus Leo Vandalos superarat; cum [?] rege Dano, Rugiano, ad fidem convertit. Inimici eius: Wichmanus Maidoburgensis episcopus, Herimanus Hyldesemus, Albertus Brandoburgensi limiti praefectus, Ludovicus Thurogus, alii Saxoniae proceres *[vgl. Arnold. Lubicens. II, c. 20]* 12 *Ebendort:* ad monomachiam provocat *[vgl. Arn. Lub. II, c. 10]*; dies dictus Wormatiae; in Maedoburg. conspirasse in necem imperatoris; ..... vastarunt ..... marchiam Saxoniae; Gosolariae et Erebipoli vocatus non adest 12 Symonem *B* 18 *Am Rande in A:* cum rege Dano Waldomaro ac pontifice romano conspirasse in necem imperatoris.

5 Druides: de Truhendingen *l. c.* 10 Holethusios: de Holzhusen *l. c.* 20 — Cantuariensis: *Arnpeck, IV, c. 61 sagt:* duxit quoque praefatus dux (Heinricus Leo) uxorem filiam Heinrici regis Angliae, qui st. Thomam Cantuariensem episcopum occidit. *Hat A. etwa diese Stelle missverstanden?*

condemnant, utroque ducatu submovendum decernunt. itaque ex consilii decreto tercio idus Iulii caesar ducatum Boiariae in fidem tradit Otoni signifero suo, cuius crebro mentionem fecimus, mox omnes proceres Boiorum, oppida in eius verba iurare iubet. Oto itaque regulus Boiorum declaratus cum fratribus suis, Chunrado archiepiscopo Iuvavensi, Friderico et Otone iuniore, Boiariam peragrat, cives, agricolas, praesides, praefectos in fidem accipit.

Subsequenti anno cum Chunrado Moseburgensi et caeteris Boiis cum imperatore in Saxoniam arma movet. ibi Veronardo Analdino, filio Alberti, gentis ducatus traditur Honoricusque potentissimus haud dubie omnium Europae secundum caesarem atque reges princeps, ut qui a sinu pene Hadriatico ad sinum Codanum oceanumque germanicum Boiis, Suevis, Rhetis, Vindelicis, Noricis, Nariscis, Francis, Saxonibus, Cheruscis, Caucis dominabatur, uno anno tam levi momento, urgente eum parentis fato, omnibus vicis, castellis, civitatibus, oppidis, quae amplius centum possedit, genitali solo, patriis penatibus exactus, exul cum uxore Mathylda, liberis parvis, Otone, Honorico et Vilelmio (qui Brunonisvici duces postea dicti sunt) in Nordomaniam Galliae, ad Honoricum Angliorum regem, socerum suum, aufugit; ab eo exul, egens omnium rerum, sine lare, sine pane et sale pastus est, quotidie quinquaginta libras Andenses praecario accepit. nec tamen desperavit, quin soceri opibus atque potentia deperditas terras se recuperaturum confideret. ita concupiscentia, cui semel nos devovimus, praecipites imus, adeo ut ne ea quidem, quae ante pedes sunt, videamus, nedum illa, quae futura sunt, prospiciamus.

Eadem etiam tempestate Stiria, quae hactenus Boiariae provincia fuerat, a proconsule ducis Boiorum gubernata, praesidialis facta est

8 *Am Rande in A:* Oto de Mysia marchio, abbas Fuldae, Bremensis Seifridus episcopus, frater ducis Bernhardi novi, et Oto, frater eius Brandeburgensis *[vgl. Arnold. Lubic. II, c. 20]. Ferner:* Lubecum partium Leonis, Brunonis vicus capitur ab imperatore 1182 viribus Boiorum · 8 Moseburgensis *A u. B* 10 *Am Rande in A:* Brandeburgensis 25 *Ebendort:* obiit 1195. Henrico, filio imperatoris, obsidem Lutharium dedit, qui vitam Augustae finivit *[vgl. Arnold. Lubic. V, c. 3:* Ludgerum]. alium filium Honoricum in aulam mittit [?]; Clementiam, Chunradi filiam, ei uxorem despondet; operam optimam navat in Apulia, unde praetorio Rheni ab imperatore praeficitur *[vgl. Alb. Krantz, Saxonia, Colon. 1520, l. VII, c. 6].*

2 *Dieses Datum trägt das Urtheil über den Föhringer Handel; Meichelbeck l. c.* 5 cum — juniore *vgl. Chron. Ursperg. p. 358* 8 *Vgl. die Moosburger Urkunde; Oberbayer. Archiv II, 40;* — aufugit *vgl. Arnold. Lubic. II, c. 20—22* 10 potentissimus *flgd. vgl. oben S. 203, Z. 37* 20 — accepit *Quelle?* 26 — Odagrius *vgl. Chron. Magni Reichersperg. zu 1180 oder dessen Quelle, Contin. Admunt.*

BSB

duxque primus Stiriae constitutus Odagrius; Andechysii quoque, Damasiae Tyroliique et Histriae tetrarches Beritholdus dux Dalmatiae atque Meraniae adpellatus est amboque hi principes, legibus regulorum Boiariae soluti, posthac procuratores caesaris, legati augusti fuerunt. est autem Stiria pars Boiariae (unde et caput gentis aduc Boiorum Graecia vocatur) sita in Norico, subiecta Tauro monti et ab oriente Pannoniae, meridie Charionibus, septentrione Austriacis continuatur. Dravus Muraque amnes eam ambiunt; a Stiriis, antiquissimis Boiorum populis, cognomen accepit. sunt, qui Tauriscos graeca interpraetatione nominis esse velint, id enim, quod Tauriscus Graecis, Stirius Teutonicis valet. Odagrius autem primus Stiriorum dux absque liberis obiit. parens eius Odagrius quartus, mater Chunegunda, filia Theodovaldae Vocciobur gensis; ille moritur anno Christi 1163. avus ducis Litovalda, qui decessit aerae nostrae anno 1129, avia Sophia, soror Honorici noni, Saxonum atque Boiariae reguli; /Litovaldae autem parentes Odagrius tercius, Elissa, filia Litovaldae Austriaci, soror divi Litovaldae; obiit ille anno servatoris nostri 1112; partium imperatoris fuit adversus romanos/et Iuvavenses/ pontifices, haeres Honorici Eppostoni et Valdorici. terciique parens Ozio, avus Odagrius secundus, proavus Odagrius primus.

Circa eundem temporis tractum Reginoburgium, tum Germaniarum civitas potentissima (quae hactenus sedes ducum Boiariae fuerat, ubi etiam nunc praetoria principis, episcoporum, procerum boiorum nominantur et ostenduntur) excusso reguli Boiariae iugo in libertatem se vendicavit urbsque libera et imperialis facta est. Oto ille dux Boiorum declaratus, ex Schirorum clarissimis principibus oriundus, Vitellopago, oppido superioris Boiariae, ortus, /author est omnium principum et regulorum Boiariae, qui in Vindelicia, Norico, apud Nariscos, in Germania Magna ad Danubii Rhenique confluenta in Galliisque celtica atque belgica longe late dominantur. sed haec diligentius in septimo libro explanabuntur.

6 ab *fehlt B* 13 *Am Rande in A:* haeres Eccoberti et Otonis 14 anno *fehlt B* 16 divae *A u. B* 17 *Am Rande in A:* Odagrius, Odagrius 2., Ozio, Odagrius 3. 1112, Litovalda 1129, Odagrius 4. 1163, Odagrius 5. dux 22 saedes *A u. B* 22 *Am Rande in A:* habeo numisma vetus, cuius nota est una parte claves, insigne urbis, altera imago ducis. *Ferner [möglicherweise zu dem folgenden Satze:* Oto ille dux *etc. gehörig]:* libri rituales veterum [?] sacricelarum [?] atque monachorum id testantur [?] 31 *In A u. B folgt:* finis sexti libri annalium Boiariae authore Joanne Aventino; *in A ferner:* subsequitur liber septimus et ultimus annalium Boiariae authore Joanne Aventino.

3 *Wohl nach den Urkunden* 5 *Bairisch-Grätz im Gegensatze zu Windisch-Grätz.*

BSB

JOHANNES TURMAIR'S

GENANNT AVENTINUS

SÄMMTLICHE WERKE.

AUF VERANLASSUNG

SR. MAJESTÄT DES KÖNIGS VON BAYERN

HERAUSGEGEBEN

VON DER

K. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

DRITTER BAND. ZWEITE HÄLFTE.

MÜNCHEN

CHRISTIAN KAISER

1884.

BSB

JOHANNES TURMAIR'S

GENANNT AVENTINUS

ANNALES DUCUM BOIARIAE

HERAUSGEGEBEN

VON

SIGMUND RIEZLER.

ZWEITER BAND. ZWEITE HÄLFTE.

(BUCH V–VII, NACHWORT UND REGISTER.)

MÜNCHEN

CHRISTIAN KAISER.

1884.

BSB

M = B

Liber septimus et ultimus.

2, 141 17

97. A

Haec continentur in septimo et ultimo libro annalium Boiariae: Schirorum dynastae, stemma eorum atque genus; Oto quartus, dux Boiorum; Litavicus primus, dux Boiorum et praefectus praetorio Rheni; ibidem quo pacto duces Boiariae praetorio Rheni praefecti sint; Chamabensis limitis atque Vocciobürgensis praefecti; Oto quintus, dux Boiorum et rhenani Palatii rector; dynastae Bogiorum et curatores templi Reginoburgensis, Boiariae inferioris, qua Boiemiae continuatur, procuratores; Litavicus 2. et Honoricus 12. fratres; Boiariae divisio; Neoburgenses, Falcostoni, Hadamarobergii, Antoburi dynastae; Oto rex Ugrorum, Litavicus 3., Stephanus primus, fratres horumque filii et nepotes, Honoricus tercius decimus, Honoricus quartus decimus, Oto sextus et Joannes primus; imperator Litavicus 4., caesar augustus, et Rudolphus, fratres; divisio altera Boiariae.

Litavicus quintus, Stephanus 2., Litavicus Romanus, Albertus, Vilelmius, Oto septimus, fratres, filii Litavici imperatoris; divisio Boiariae tercia; soboles horum, Moenardus Tyrolius, Albertus 2., Joannes 2., Vilelmius 2., Bathavi; Fridericus, Stephanus 3., Joannes tercius, fratres, nepotes imperatoris Litavici quarti; divisio Boiariae quarta; Honoricus quintus decimus, Litavicus septimus dives, Georgius dives, Landesutenses; Litavicus Barbatus, Litavicus Gibbosus, Angilostadenses; Arionistus et Vilelmius tercius, fratres; Albertus Pius; Albertus Sapiens; fratres eius, Joannes, Segimundus, Christophorus, Voliphanges, patrui clarissimorum principum nostrorum, Vilelmii quarti, Litavici decimi et Arionisti secundi, pontificis Bathaviae designati,

1 *In A u. B folgt:* annalium Boiariae authore Johanne Aventino 10 *Am Rande in A:* Mospurg 15 *Darüber in A nachgetragen:* Liber 8. *Der Verfasser hatte also eine Zeit lang die Absicht, die er jedoch dann nicht durchführte, den Stoff des 7. Buches in zwei Bücher zu theilen und das letzte mit dem Tode Kaiser Ludwigs zu beginnen. In der deutschen Chronik beginnt das 8. Buch mit Kaiser Ludwig.*

quorum auspiciis hi annales conditi sunt. item tetrarchiae Boiorum veteres: Abusina, Alemanostoni, Rotenechii, Ramdechii, Rara, Essii; Andechysii, Damasii, Hochovariti, Tyrolii, Veliphorathusii; Dachuni, Phalaienses, Vitellopagi; Ritoburgium, Stephania, praefectura urbis Reginoburgensis; Piburgii, Hyldovaldaestoni.

Authores, quos praeter vetusta diplomata secuti sumus in hoc libro: commentaria autographa in membranis scripta Alberti Boiemi decurionis Bathavensis atque archidiaconi Laureacensis, a consiliis Otonis quinti, executoris (ita se nuncupat) sententiarum sedis apostolicae generalis per totam Alemaniam et iudicis delegati contra (imperatorem) Fridericum (2.) haereticum.

Chunradus philosophus, Schirorum monachus, primarius et aedituus, homo diligentissimus, qui manibus suis plus quam quinquaginta, ut tum mos fuit monachorum, ingentia volumina scripsit in membranis, poetas, oratores, historicos, veteres theologos, quae Schirae monstrantur, ubi et chronicon eius autographon servatur; imperatore Friderico 2. caesare augusto rerum potiente obiit. Honoricus Stonus, Utinensis praepositus, iureconsultus, consiliarius Honorici duodecimi, reguli Boiorum, res gestas temporibus suis literis conmendavit.

Prologus et praefatio Ioannis Aventini in septimum et ultimum librum annalium Boiorum ad clarissimos principes Boiariae Vilelmium, Litavicum, Arionistum, fratres germanos, suos clementissimos dominos.

Clarissimis heroibus Vilelmio, Litavico, Arionisto, fratribus germanis, ducibus utriusque Boiariae, primae atque secundae, praefectis

5 Hyldevaldaestoni *B* 10 imperatorem *und* 2. *fehlt A* 12 Chunradus — obiit *steht in A unter dem Autorenverzeichnisse vor dem 5. Buche mit der Randbemerkung:* ad librum septimum. *Vor diesem wird unter dem Autorenverzeichnisse zurückverwiesen:* Chunradus philosophus Schirorum (in quinto libro) huc scribe 14 menbranis *A*

7 *Albert Behaim von Kager, Passauer Domherr. Auszüge aus dessen Notizbuche, jetzt Cod. lat. Mon. 2574b, hat A. in seinen Adversarien, X, p. 33—44 v. gesammelt. Editionen der Aufzeichnungen Alberts s. bei Oefele, Script. rer. Boic. I, 787 flgd. u. Bibliothek des Literar. Vereins in Stuttgart, XVI (Höfler)* 9 — delegati *vgl. A's. Adversarien l. c. p. 33* 12 *Ueber die Konrade von Scheiern, welche A. zu einer Person zusammenwirft, vgl. bes. Graf Hundt, Kloster Scheyern; die historischen Werke Konrads v. Scheiern s. in der Ausgabe Jaffé's in Mon. Germ. Script. XII, 613—633* 18 *Eine Abschrift von Henrici praepositi Otingensis chron. im Anschlusse an die Chronik des Abtes Hermann v. Altaich s. in A's. Adversarien, X, p. 18 v. flgd.; hieraus edirt von Oefele, Script. I, 687 flgd.; vgl. Continuatio Altahensis in Mon. Germ. Script. XVII, 408 flgd.*

praetorio rhenano, principibus optimis dominisque suis clementissimis Ioannes Aventinus salutem.

Hactenus iussu atque mandato vestro (principum nobilissimi) in altum a litoré provecti sumus; nunc ubi optatam metam contigimus, retrorsum vela damus, ad portum duce et auspice Christo redire contendimus. nec imus inficias multa esse, quae nos praeterierint. ut enim verum fateamur, taedio adversae valitudinis et timore mortis metuque dirae pestilentiae ubique ira dei grassantis, ne scilicet hisce ante tempus interciperemur, citius quam decuit, tantum opus absolvere coacti sumus; alioquin quoque meticuloso hominum desideria diutius protrahere ac frustrari periculosum fore visum est. quamobrem ego plane meis adiici posse multa confiteor. cuncta scire mihi quidem haud placet; homo sum neque tam insanus, ut universa scire velim. alius alio plura scire potest, nemo omnia, de alieno ingenio nolo male iudicare. nondum effoeta est natura; posteris suum laborem reliqui. proinde si quis plura addere velit, per me quidem licebit, modo mea vestigia secutus, publicam instrumentorum authoritatem fabulis chronicariorum praeferat. equidem mihi non tantum summo, ut in historia satis fecisse me putem vel brevitate vel luce vel suavitate vel splendore, etiam sublimitate narrandi. plura aduc diplomata cives, monachi, equites patresque retinent, quae ego evolvere supersedi. si quispiam nostra vestigia insecutus, universa monumenta, tabulas atque instrumenta civium, nobilium, aulae, sacerdotum, monachorum curiosius perscrutatus fuerit et reliquas Boiorum regiones, Nariscos, Noricos, Iuvenses, Austriacos, Stirios, Tyrolios, Charionas, sicuti ego Vindelicorum portionemque Noricorum Oeno continuam, perlustraverit accuratius, non dubitamus, quin et ipse operae praetium facturus sit et reipublicae rem utilem, principibus obsequium gratissimum praestaturus.

Etenim illi errant, mea quidem sententia, qui nescio quarum rerum exactam cognitionem a principibus postulant. satis est et sufficit conflictantibus cum reipublicae procellis annales praecipue suae gentis, patrio etiam sermone atque vernacula lingua conditos tum voluptatis relaxandique animi tum utilitatis causa evolvere. est enim historia dux vitae, magistra morum, exemplar adfectuum, cos et calcar virtutis, fortunae mortalium speculum et rerum humanarum pictura, sortis humanae volumina explicans, omni aetati atque conditioni cognoscendi

4 profecti *BM* ub *st.* ubi *BM7* valetudinis *AN* 31 annaleis *A*

6 multa — praeterierint *Plin. n. h. praef. 18* 8 ‚Pestilentia' *verzeichnet A. in seinem Hauskalender zum Juni bis Dez. 1521; s. oben Bd. I, 677* 11 ego — confiteor *Plin. l. c. 28* 15 nondum — natura *Plin. ep. VI, 21.*

voluptate iucunda, exemplo necessaria; usui esse solet ob ignorantiam imperitiamque rerum gestarum, multa in publica conmoda, in utraque republica, sacra, prophana passim, quotidie peccari temereque fieri ab
A. 95 alioquin sapientissimis quotidie experimentis cognosco. suprema coeli maiestas non quicquam aliud magis in sacrario utroque cavit, adeo ut huc universa eius mandata tendant, quam ut ea, quae gererentur, ad utilitatem posteritatis memoriae conmendarentur atque aeternitati literarum delegata hac provincia divinis vatibus consecrarentur. nec enim in alia uspiam re tam aperte, tam clare, tanquam in speculo, si quis animum advortat, supremae illius maiestatis vis, sapientia atque bonitas et iusticia patris indulgentissimi perspicitur. quanta potestas, quanta dignitas, quanta maiestas, quantum denique numen sit (ait Plinius) historiae, cum frequenter alias, tum proxime sensi; quam ridiculi, quam inepti sint, quantum nostrae tempestatis nebulones arrogantissimi atque sophistae, ita enim verius dixerim, quam ut audio, magistros, doctores et theologos cum maximo reipublicae atque religionis nostrae detrimento imperiti rerum humanarum hallucinentur, maius est, quam ut hic explanare debeam; planissime id sentit, quisquis talpa non est. quippe versutia illorum conviciis vel a vulgo im-
95b perito frequentatur. cum ingenuis, apertis, simplicibus veritatis amatoribus et acri iudicio praeditis mihi res est. alios, nempe ardeliones, vitilitigatores, obscuros, fallaces, versutos nihil moror. his audiendi est, quae fecerint, pudor, nullus faciendi, quae audire erubescunt; illic, ubi opus est, non verentur, hic, ubi nihil opus est, ibi verentur.

Sed male ominatos missos faciamus, potius bene praecari, coelites omnes venerari atque implorare debemus, ut principes optimos, quorum beneficio tot mortui revixere, defendant. quippe illi in excelsissimo gentis Boiorum fastigio positi, vicem dei optimi maximi rebus humanis praesidendo perfunguntur, reipublicae consulunt, adversa tolerant. multa cura tanto imperio inest, multi ingentes labores, quos nequaquam abnuunt et pacis opulentiam quaerunt. proinde tu, Christe, liberator et servator noster, qui pontificis maximi, sacerdotis perpetui dignitatem tenes, imperatoris summi honorem et iudicis potestatem possides, praesens tuo numine atque auxilio illos tutare. cuncta regno Boiorum
96. A illisque feliciter fortunatim bene vertas, ut quocunque modo agant, ea

4 supraema *B* 10 supraemae *B* 21 *Am Rande in A:* de priore Reginoburgensi.

13 *Ep. IX, 27* 15 ita enim — audio *Plin. n. h. praef. 28* (quoniam *st.* quam ut) 22 audiendi — erubescunt *Plin. ep. IX, 27* 23 illic ubi opus — ibi verentur *Ter. Andr. IV, 1, 13 flgd.*

BSB

res illis reipublicaeque prospere veniat. at nunc reliqua propositi exequamur.

Cap. 1. Maiores Otonis ducis Boiorum (quem iam scripturi sumus) ex Schira, castello superioris Boiariae, nunc vero templo, orti sunt ex regulis Boiorum; Schiram vero gentem praecipuam olim apud Boios fuisse multa declarant. nam et Plinius caeterique inlustres rerum authores illorum meminere et oppida, vici, arces, pagi celeberrimi ab hisce Schiri vocantur. et aduc ostenditur templum magnifice extructum, divo Benedicto a Schiris principibus dedicatum, ubi mausolea eorundem visuntur. plaeraque nobilitas, honoratissimae familiae veteresque Boiorum tetrarchae ab illis genus trahunt: Dachuni, Phalaienses, Vitellopagi, Varitobergenses, Abusini, Ritoburgii, Gryphopagi, Bogii et multi alii, quos enumerare longius ab incepto est.

Ut autem altius repetam: Otonis ducis tritavus Beritholdus, praefectus praetorio Boiariae, curator templi Fruxinorum, filius Arionulphi primi Schirorum dynastae, qui author originis et cognominis, nepos Arionulphi reguli summi Boiorum, Vindelicorum, Nariscorum, Noricorum, imperatori Otoni secundo rebellavit, adversus eundem Honoricum secundum ducem Boiorum, amitinum suum, sicut supra in libro quinto narravimus, concitavit. huius filius Babo Babonem Abusinum, patriae meae regulum, et Otonem primum progenuit. hic praefectus praetorio (sicut in diplomate imperatoris Honorici tercii legimus) fuit Boiariae et Chelamorum. ex Tuta uxore Otonem secundum, Echardum primum Arionulphumque Dachunum tulit; Fruxini sepultus est. se-cundus cum uxore Haziga Vischopachunum condidit, divi Benedicti sacris initiavit, ubi ambo conditi fuisse perhibentur; Schiram deinde translati sunt. reliquere treis filios, Echardum secundum, Veronardum et Otonem tercium. is Vitellopagi habitavit, unde et soboles eius cognomen sortita est. cum Veliphone duce Boiorum Hierosolyma profectus, ibidem obiit mortem cum fratre Echardo, anno Christi mille-

10 eorumdem *A* 27 translata *A u. B* 28 Vitellipagi *A*

3 *u. flgd. Excerpte zur wittelsbachischen Genealogie s. in A's. Adversarien V, p. I—II v.; vgl. auch A's. Annales Schirens., oben Bd. I, 3 flgd. Die flgd. Darstellung ist vornehmlich aus Chounradi chron. Schirense, M. G. Scr. XVII, 615 flgd. u. aus Urkunden geschöpft* 11 *von Dachau, Vallai, Wartenberg (bei Erding), Abensberg, Riedenburg, Greifsbach oder Graisbach, Bogen* 20 *vgl. oben S. 20, 29 flgd.* 22 *Wahrscheinlich Urk. K. Heinrichs III. v. 10. Dez. 1055, Mon. Boic. XXIX, a, 123, worin ein Markgraf Otto, aber ohne Bezeichnung von Kelheim, erwähnt wird. Ueber dessen Persönlichkeit vgl. Forschungen zur Deutschen Geschichte, XVIII, 532 flgd.*

simo centesimo super primum. uxor eius Richarda, filia Magni ducis Saxoniae, soror Volophyldae, quae Honorico octavo, duci Boiorum nupsit. ex his nascuntur Hyldericus, Litavicus et Oto quartus, quem apud Nariscos Enodoryphos divo Benedicto, in Vindelicia Undenodoryphos flaminibus Augustalibus condidisse constat. ex Haelica Otonem ducem, qui et maior, Fridericum bardum, Chunradum archimystam Mogontinum atque Iuvavensem et Otonem minorem procreavit. reliqua, quae aduc ad elogia generis attinent et desiderantur, apud Undenodoryphos in vetustis diplomatibus (quae mihi nescio quam ob causam eiusdem fani antistes, per fidem atque salutem principum obtestatus, exhibere noluit) quaerenda sunt. /plus iusto huiuscemodi genus hominum meticulosum est; timent, ubi nihil opus est; cum metus maxime decet, nimis laeti, nimis alacres gestiunt; intus lanei, foris linei sunt. /sed alia prosequar./

Oto iunior ex Benedicta filia Manegoldi Verdunensis Otonem ultimum tulit. Fridericus coelebs vitam finivit. Oto maior, magni animi princeps, laboribus atque bellis asper, amicus bonorum, inimicus malorum, viribus corporis ingeniique dotibus pollens, domi forisque praeclarus, consilio atque manu iuxta valuit. a pugione atque aquila imperatori Friderico primo Barbarussae caesari augusto fuit. saepius suscepta legatione in Italiam, Romam, in Graeciam ad imperatorem orientalem, Constantinopolim profectus est. modeste augusto parendo omnem suam operam reipublicae devovit, omnes nervos disciplinae militari intendit. / plurima in Italia praeclara facinora fortiter edidit auspiciis augustalibus. complura de eo Guntherus vates germanus, Oto Fruxinensis pontifex, Regiovinus, eiusdem fani mysta, in annales retulerunt. imperatori, equitibus, militibus, populo aeque charus fuit.

Quamobrem in celebri Reginoburgii concilio suffragio optimatium imperii abdicato crimineque laesae maiestatis condemnato Honorico undecimo, Boiariam, valentissimum imperii ducatum, unde maiores sui ante annos ducentos atque triginta unum ab imperatore Otone primo submoti fuerant, in fidem virtutis ergo ab /imperatore/ Friderico primo accepit tercio idus Iulii, qui dies divo Honorico secundo caesari augusto festus est, anno ab orbe servato millesimo centesimo octogesimo. / ius

2 Volophyld*a* *A* 11 plus — prosequar *in B eingeklammert* 14 Manogoldi *B A M*

4 *Ensdorf in der Oberpfalz, Indersdorf bei Dachau* 12 timent — gestiunt *vgl. oben S. 240, Z. 23, 24* 26 Regiovinus *[sic] der oben S. 219, 11 genannte* Ragevinus 26 *vgl. u. a. oben S. 217, 218* 33 *vgl. oben S. 235, Z. 2* 34 ius — dixit *nach Urkunden; vgl. die Regesten Otto's bei Heigel, Herzogthum Bayern, S. 132 flgd.*

saepius in asylo porticibusque templorum, in frequenti populi corona civibus, agricolis, sacerdotibus et nobilitati dixit. mortuo Chunrado atque Arionulpho ultimo, huius patruo, consentiente, ab Uthylda, Chunradi ducis Dalmatiae et Meraniae (vidua,) Dachunum (emit duodeviginti pondo auri. est autem Dachunum vicus atque arx superioris Boiariae; a Monachio occidentem septentrionalem versus decem millia passuum abest, alluitur Ambrone fluvio. Arionulphus, frater Otonis secundi, Schirensium reguli, primi filius, Dachunum a fratre accepit; ibi soboles eius habitavit Dachunensesque dicti sunt praefecti. ex Arionulpho et Beatrice nascuntur Otto Phalaiensis et Chunradus Dachunus. huius uxor Billepyrga, filii, Chunradus 2., dux Dalmatiae, et Arionulphus Dachunus; ille Bergomi in expeditione italica decessit anno aerae nostrae 1158. ex Uthylda Chunradum tulit, qui absque liberis obiit. Phalaia arx est primae Vindeliciae, inter Isaram et Oenum, sub radicibus Alpium, qua Magnovalda amnis praeterfluit, Achamostoni nunc dicti. eius reguli Dachuno oriundi, quos infra narrabo. nunc ad Otonem redeo, qui Ranis quoque infiscavit.

Raniorum vestigium extat inter duos Lavaros amnes, ad decimum lapidem infra Abusinam patriam meam; eorum Roteburgium fuisse aiunt. Barios, Divum Magnum Reginoburgii Raniorum dynastae Honoricus, Gephardus, Chunradus condidere. Mathylda, mater eorum, cum Gephardo apud divum Magnum condita est, Honoricus et Chunradus apud Barionas. huius filia Benedicta, uxor Iuditha, soror Margaritha, filius Chunradus fuit; hi absque liberis decessere nec plura de Ranis comperi.

Eorum opes ad Otonem regulum Boiorum rediere, qui Chelamorum urbem ad confluentem Alemani Danubiique, ubi in regia eiusdem cognominis tum munitissima natus fuit, extruxit. Landesutam (galeam atque tutelam patriae sive regionis valet), inferioris Vindeliciae civitatem nobilissimam, praetorium principum nostrorum, in ripa Isarae, Iudaeis quoque deductis eo colonis, auspicatus est; ita vetus diploma Scaphulariae ostendit.

4 vidua *fehlt A u. B*

2 — auri *vgl. Chounradi chron. Schirense, c. 17, p. 620, 621* 7 *Zum flgd.* — obiit *vgl. l. c. c. 17 u. flgd.* 16 *Vgl. oben S. 204, Z. 15 flgd.* 17 *Raning oder Roning bei Rottenburg* 20 *Klöster Päring, St. Mang in Regensburg; vgl. oben S. 197, Z. 2 flgd.* 28 natus fuit: *Quelle?* 32 *Wahrscheinlich meint A. die in Landshut 1183 ausgestellte Schäftlarner Urk. Herzog Otto's, Mon. Boic. VIII, 519. Von Juden, die Otto in Landshut angesiedelt habe, ist aber weder in dieser noch in einer andern uns bekannten Quelle die Rede; diess hat A. wohl nur aus Arnpeck col. 260 gefolgert.*

Reginoburgium urbs, ea tempestate potentissima, hactenus domicilium ducibus atque regibus Boiorum fuerat. cives nacti occasionem ob toties mutatos principes, excusso iugo regulorum Boiariae, se vindiciis redemptos in libertatem vindicant. vectigalia tamen et portoria servitutemque huiuscemodi sibi non adseruere; ~~eadem~~ aduc (nostri principes (partim) possident, partim Albertus, parens eorum, civibus vendidit. sub idem tempus Otonis frater, Chunradus archimysta Boiorum, cardinalis presbyter sancti Marcelli Sabinensis episcopus, templi Iuvavensis, quod, uti supra diximus, conflagrarat, fundamenta iecit hoc elogio: quartodecimo calendas Martii, imperante Friderico primo augusto et Honorico filio eius caesare, Otone de Vitellopago inclyto Boiorum duce. eadem tempestate Honoricus atque Oto fratres Ritoburgii reguli Tissiam atque Alemani monasterium equitibus sacris, quos a templo Palestino cognominant, dedicavere, quod hisce excisis Rhodiis, quos Ioannitas nuncupant, traditur. Albertus Fruxinensium pontifex ope atque consensu Otonis Boiariae ducis, Otonis Vitellopagi dynastae, Theoderici Bathavoburgensis, sacram aedem, quae irato Vulcano perierat, reficit.

Fames atque cupido honorum et divitiarum inexplebilis est. unde bella per omnia saecula terris omnibus continuantur; plus hominum luxus, ferrum et arma quam naturalis fatorum conditio rapit. Romanus, secundus Noricorum Guricensis episcopus, eodem moritur tempore. mystae atque populus Herimanum Ortoburgensem adlegunt pontificem. Chunradus Saliburgensis archimystes illos sibi contra fas beneficium praeripuisse causatus, Theodericum Iuvavensem praepositum Guricensi ovili absque consensu gregis imponit. contractis copiis Herimanum Strassoburgii apud Noricos obsidet. Petrus Bonus, legatus Alexandri pontificis maximi, frustra in rem praesentem vadit ab armisque utrumque discedere et Romae potius iure disceptare iubet. Chunradus mandata haec floccifacit, obsidionem pertinaci animo continuat, obsessos

10 Marcii *B* 11 Vitellipago *A* 17 Bathovoburgensis *B*

1 — vindicant *vgl. oben S. 236, 21—25* 6 *Herzog Albert IV. trat 1496 der Stadt Regensburg gegen deren Verzicht auf eine Schuldforderung von 31510 fl. und gegen jährliche Zahlung v. 400 Goldgulden das Schuldheissenamt u. a. ab* 7 — ducc *s. die Salzburger Dominschrift, gedruckt bei Hansitz, Germania sacra, II, 302* 13 *Altmühlmünster bei Riedenburg a. d. Altmühl; vgl. Hund, Metrop. Salisb. II, 89. Ueber Tissia gewährt auch die jüngst erschienene Geschichte der Burggrafen von Regensburg von Manfred Mayer (vgl. S. 33, 45) keinen Aufschluss* 15 — reficit *vgl. Chonradi Gesta episcop. Frising. M. G. Scr. XXIV, 322 u. Arnpeck de gest. episcop. Fris. bei Deutinger, Beiträge, III, 513. In beiden Quellen ist jedoch von der Beihilfe Herzog Otto's, Otto's VII. u. Dietrichs v. Wasserburg nicht die Rede* 21 — exussit *vgl. die Gurker Chronik bei Hansitz, Germ. sacr. II, 300, 301.*

BSB

fame expugnare pergit. arbitris tandem Otone Vitellopago minore, praefecto praetorio Boiariae, Odagrio Stirio, Herimano Chàriorum regulo, Otone Babobergensi episcopo, Honorico pontifice Brixinensi, pax sancitur. Herimanus pontificatui se abdicat, arcem tradit Chunrado, qui eam exussit.

Caeterum ob portorium vectigalque salinarium Oto, frater eius, regulus Boiorum et Albertus pontifex Fruxinensium invicem decertarunt. hic sibi portorium, mercatum, pontem iuxta sententiam imperatoris restitui postulat; ille servare, quae acceperat, decrevit. sed utrumque, dum aduc sub iudice lis est, fata abstulere. Oto, cum Boiariam annos trés diebus duobus minus administrasset, moritur quinto idus Iulii, anno ab orbe adserto millesimo centesimo octogesimo tercio. Sophiam et Mathyldam filias, Litavicum filium impuberem ex Hagna, filia Theoderici Bathavoburgensis tetrarchae, reliquit. ex testamento tutores fratres suos dedit puero Chunradum archimystam Saliburgensem atque Mogontinum, Fridericum bardum, quondam praefectum praetorio Boiariae. corpus Schiram delatum est iustisque interfuere hi dynastae: Fridericus dux Suevorum, frater eius Philippus, filii imperatoris Friderici primi, Chunradus Phalaiensis, Honoricus Dorobergensis, Chunradus Mosoburgensis, Alemanus et Eburonardus fratres Abusini, Arionulphus Dachunus, Fridericus bardus, Veronero Lavarus et plaerique alii.

Cap. 2. Litavico itaque impubere patrui eius Fridericus, Oto et Chunradus archimystes summa prudentia, auspicio tutorio Boiariam administrarunt. istoc tempore dynastae Nariscorum Sulsopagi atque Ritoburgii defecere. horum enim progenies in Gephardo atque Honorico extincta est anno ab orbe servato millesimo centesimo super quintum ac octogesimum. opes eorum atque praedia, castella, vici, arces velut bona derelicta, haerede vacua ad fiscum atque aerarium reguli Boiorum lege redierunt. Sulsopagus Nariscorum municipium est haud contemnendum, cuius tetrarchae ab Arionisto Castellano duce et Otone Ambergothalo genus traxere. proles illius Gephardus Sulsopagum condidit, nepos Berinogerion castellum in templum commutavit abiuravit triennio fines imperii, ad Richardum Anglum abiit socerum.

4 pontificatui *sic A u. B* 11 tris *A* 17 *Am Rande in A:* Henricus Leo

9 *vgl. oben S. 232, 26 flgd.* 10 *Horat. A. p. 78* — tercio *wohl nach der Aufzeichnung aus Weihenstephan; Meichelbeck, Hist. Fris. I, a, 369* 14 *vgl. die Berichtigung dieses Irrthums bei Böhmer, Wittelsbach. Regesten S. 2* 17 — alii *vgl. die Aufzeichnung aus Scheiern, Mon. Boic. X, 401* 23 *Für Friedrich u. Otto vgl. Chron. Schir. c. 21.*

divi Benedictique consecraneis dedicavit. Beritholdogades apud Noricos flaminum Augustalium conlegium instituit. eius soboles Fridericus, Oto et Herimanus Habusobergenses, Berinogerion secundus Sulsopagus, cuius filiae Gariodruda et Bertha, eadem et Irena, augustae, haec Manuelis imperatoris orientalis, illa Chunradi occidentalis coniunx. parens horum in obsidione urbis romanae periit anno aerae christianae 1167, Gephardus ultimus absque liberis, duodevigesimo deinceps anno. Ritoburgium arx et vicus est in Boiaria septentrionali Germaniaque Magna supra Chelamos occidentem aquilonarem versus; ab hostiis Alemani decem millia passuum abest. eius dynastae praefecti urbis Reginoburgensis fuere, landographi Stephaniae, Legioveltarum Calomontisque nuncupati sunt. author huius familiae Babo Abusinus, patriae meae regulus, quem triginta filios procreasse supra in libro quinto retulimus, quorum unus Rupertus duos mares ex Biledruda tulit, Magnum Rarum et Honoricum Ritoburgensem. hic anno Christi et liberatoris nostri millesimo centesimo super primum Hierosolymis obiit. filius eius Oto, nurus Sophia, uxor Richarda fuit. Oto Valderopagum condidit Cisterciensium monachorum templum; Reginoburgii in vestibulo aedis divi Haemerani sepultus est. ab hoc sunt Oto landographus Stephaniae et Honoricus burgiographus; ita boia lingua vocati sunt, romano sermone praefectum limitis atque urbis valet. Honoricus ex Bertha, filia divi Litovaldae, sorore Litovaldae et Honorici, summorum Boiariae regulorum, Oto ex Adolaeda, sorore Otonis quarti Boiorum ducis, filia Otonis Vitellopagi, tris liberos, uterque cognomines progenuerunt: Fridericos, Honoricos, Otones hique omnes absque liberis decessere. Berthae sepulcrum Reginoburgii in templo Scotorum ostenditur. castella, arces horum ducibus boiis parent.

Subsequenti anno, qui est aerae nostrae millesimus centesimus octogesimus sextus, Odagrius Stirius, cum liberis careret, Anassi in monte divo Georgio dicato testamento Stiriam, Neoburgium, Variopagum, Lambachium, Scharodunum legat (Litovaldae Austriaco) haec quatuor ad Odagrium, patrem illius, morte Eccoberti, Pictavionum dynastae, lege redierant. testes, qui more Noricorum atque Boiorum auriculas opposuere, hi sunt: Honoricus et Sigardus Schalae; Albertus

18 Cistertiensium *A* 23 quarti — Otonis *fehlt in B, wohl desshalb, weil der Copist vom ersten* Otonis *auf das zweite abirrte* 26 discessere *B* 31 Litovaldae Austriaco *in B von Aventin nachgetragen;* legat Austriacis *A*

7 *Vgl. oben S. 229, Z. 23* 14 *Oben S. 36, 12 flgd.* 15 — obiit *vgl. Ekkeh. chron. un. p. 221 u. oben S. 150* 20 *Landgrafen v. Steßling oder Stefaning, Längenfeld, Kalmünz* 30 *St. Georgenberg bei Enns;* — Plancoburgensis *vgl. die Urk. v. 17. Aug. 1186, die u. a. in Mon. Boic. XXVIII, b, 253 gedruckt ist.*

BSB

et Adaloramus Chamabi; Segifridus et Oto Liboduni; Litovalda et Honoricus Plaienses, Chunradus Dorobergensis, Veronardus Hagiodunus, Veronardus Schonoburgensis, Chunradus Pilostonus, Eccobertus Beronecho, Bichardus Carolobergensis, Veronero Grysopagus, Angilobertus Plancoburgensis. Neoburgium autem et Variopagus atque Scharodunum Boiorum sunt, arx, templum divi Benedicti, civitas Oeno contermina; ab hostiis eiusdem supra Bathaviam decem millia passuum distant Neoburgium et Scharodunum; Variopagus medio fere itinere ab utroque abest; Scharodunum in ripa Noricorum, Neoburgium vero atque Variopagus in Vindelicorum parte cubant haecque tum ex testamento Litovalda Austriacus regulus possedit. Scharoduni regiam consentiente Litavico, occidentali Boiorum rectore, construxit saepiusque ob istos vicos Austriacis occidentalibusque praesidibus bellum fuit, quae suo loco referentur.

Eadem tempestate rex Aegypti Palestinam invadit, triginta amplius millia christianorum contrucidat. imperator Fridericus primus Reginoburgium in hiberna concedit, conventus agit, expeditionem asiaticam indicit, declarato Honorico filio suo caesare arma in Asiam movet. plaeraque Boiariae nobilitas cum augusto profecta est. Theodovalda genere Suevus, Bathavensis episcopus, filius Theodovaldae Bergensis et Gisalae Andechysiae, frater vero Hylderici Bergensis dynastae, Otonis 3. episcopi Fruxinensis, Honorici Viridoburgensis pontificis, Manogoldi Chremissomonasterii atque Tigurinorum praesulis, qui successor fratris Theodovaldae in pontificatu fuit, item horum amitinus, Beritholdus dux Dalmatiae sive Meraniae comites imperatori fuere. Theodovaldae iussu eius decurio Tageno expeditionem hanc aeternitati literarum consecravit, quam ego Richobergomi inveni eamque Chunrado Adelomano mystae Augustensi, uti illam publicandam curaret, superiore anno misi; quamobrem is tam diu rem differat, nescio. Fridericus victricibus armis Thracia, Asia, Cappadocia, Armenia, Cilicia peragrata, Iconio regia Turcarum primo impetu expugnata, Seleuciae in Syria repentina morte obiit. tum plaerique omnes prope Antiochiam dira lue absumpti sunt et quasi capite imperii extincto caetera quoque menbra (triginta millia fuisse referuntur) contabuerunt.

5 *Neuburg am Inn, Formbach oder Vornbach, Schärding* 11 — construxit *vgl. Hermann. Altah., Mon. Germ. Scr. XVII, 387* 15 — movet *vgl. Ann. Ratispon. zu 1187, 1189, M. G. Script. XVII, 589, 590?; zum flgd.* — contabuerunt *wohl Magnus Reichersperg. l. c. 509 flgd.* 19 — fuit *vgl. Arnpeck, De gestis episcopor. Frising. 24 (Deutinger, Beyträge, III, 515) oder dessen Quelle, Gesta episcop. Fris., M. G. Scr. XXIV, 323* 29 *Im J. 1522 hat A. dann Tageno's Expeditio asiatica selbst edirt; näheres s. im Nachwort.*

Inter haec Honoricus caesar Mediolani nuptias cum Constantia, filia regis Siculi, facit, Campaniam in ditionem redigit, Neapolim obsidet. inde Romam proficiscitur, paschalium altero die, septimo decimo calendas Maii consecratur a Caelestino tercio pontifice maximo, qui pridie inauguratus fuerat. sub idem tempus Velipho dux Ethruriae atque Spoleti, Lycatiorum tetrarches moritur. eius mausoleum et monumentum extat in superiore Boiaria apud Stonogades. imperator in Germaniam proficiscitur, in celebri apud Vangionas concilio Sueviam Chunrado fratri, Philippo, itidem germano suo, Ethruriam Spoletumque tradit. Honorico undecimo Saxonia atque Boiaria cum liberis atque uxore ab augusto patre pulso ad Angliosque relegato gratiam facit, filium natu maiorem obsidem capit, Brunonisvicum, Leoburgum, urbeis Saxoniae reddit. Clementiam patruelem suam, filiam Chunradi praefecti praetorio Rheni, Honorico, filio illius, dat in matrimonium huicque principatum rhenanum in tutelam conmittit illique progenuere duas filias, Irmogardam, Hartomani Badensis uxorem, et Hagnam, coniugem Otonis quinti, reguli Boiorum. in eodem concilio Litavicus dux boius more maiorum virilem togam sumpsit. principes nimirum atque propinqui ense, scuto, framea iuvenem ornarunt moxque reipublicae pars esse coepit, qui antea domus dumtaxat videbatur. nec enim cuiquam arma summere tum antea licebat, quam caesar suffecturum probasset.

Caeterum dum ea res agitur, Boiaria inferior incendio, praeda, caede, intestino tumultu adfligitur. Albertus Bogius, Rapoto atque Honoricus fratres Artobergenses ob limites atque venationem, clientelam Aldaechii inferioris discordant inter se ad armaque concurrunt. Rapoto Vilissoviam vicum moenibus cingit, eo coloniam deducit, iure civitatis donat. unde Aldaechio inferiori Theodomaroque antistiti damna ad ducentas libras iniunxit. Albertus, curator templi, cui nupta erat Laodamia Boiema, Odagrium, Boiemiae regulum, cui adfinitate et confinio proximus erat, socium ad se adsciscit, Boiariae fines intrat, igne, ferro impune grassatur. Litavicus haec prohibiturus obviam armatus pergit, verum ab Alberto in fugam datur. multi tum mortalium,

21 *Am Rande in A:* princeps primarius 25 *nach* venationem *folgt in A* (uti fit).

1 — fuerat *vgl. Herm. Altah. zu 1191, p. 385; Magnus Reichersp. zu 1190, 1191, p. 517, 518* 5 — Stonogades *vgl. oben S. 229, 230* 7 — capit *vgl. Magn. Reich. zu 1192, 1190, p. 519, 513* 16 Hartomani: *vielmehr Hermanni* 17 — sumpsit *vgl. Magn. Reich. zu 1192, p. 519* 18 principes — probasset *Tac. Germ. 13; vgl. oben S. 33, 1* 23 — iubet *vgl. Herm. Altah. zu 1191, 1193, p. 385, Magn. Reich. p. 519.*

BSB

viri, foeminae, pueri, puellae in Boiemiam captivi abducti sunt, vici, casae, aedes sacrae, prophanae direptae, incensae, Aldaechii inferioris, finitimorum templorum opes graviter adtritae sunt. altera parte Danubii calendis Octobribus Litovalda orientalis dux, Beritholdus Andechysius, Dalmatiae regulus, quam Meraniam vocant, caeteri Boiariae, Stiriae, Charionum proceres adversus Rapotonem atque Honoricum fratres, Artobergenses dynastas, pacis violatores, arma summunt. in confinio Norici atque Vindelici, quatenus Oeno atque Danubio continuantur, universa devastant, nec sexui nec aetati parcunt. Artobergomum obsident, Austeroviae plaeraque damna inferunt, nullam rationem nec sacri nec prophani habent. Rapoto Stonus, Echardus Dorobergensis, Austriaco faventes, Pomoburgium, quod sub tutela Artobergensium erat, compilant. Litavicus occidentalis dux Carnoburgium arcem et vicum, tetrarchiam Boiorum atque Noricorum inter Utinum et Bathavoburgium, quam Angilobertus, patruus Artobergensium, tenuerat, obsidet, vindicat, in ditionem cogit.

Imperator Reginoburgium in hiberna concedit, Boios universos, Nariscos, Vindelicos, Noricos, Austriacos, occidentales ab armis discedere iubet. octavo idus Decembris Albertum Bogium authorem huiusce belli contra rempublicam fecisse declarat, proscribit in Apuliamque relegat; Odagrium Boiemum, qui illi auxilium tulerat, ducatu submovet, Boiemiam Bizetissolao sive Honorico pontifici Pragensi committit. Litavicus occidentalis dux Godofridum, Stonorum apud Nariscos dynastam, Piburgio proxime patriam meam oriundum, quod cum hostibus clam senserat, crimine laesae maiestatis sententia principum condemnat securique percuti iubet.

Hisce confectis Litovalda Stirius atque Austriacus domum reversus, fit certior a Veronardo Charionum rectore, patruele Artobergensium, Viennae habitu servili latitare Richardum regem Anglium. is in obsidione Ptolemaidis insigni contumelia Austriacum, signo eius refixo, in lutum abiecto pedibusque conculcato adfecerat. praeterea Cypri rectorem, cui matertera Litovaldae uxor erat, capite deminuerat, urbeis eius occuparat cumque deinde domum redire parat, naufragium facit; omnibus pene amissis in litus Histriae eiectus est. inde Aqui-

10 *Zum flgd. vgl. auch die Osterhofener Urkunden, Mon. Boic. XII, 369, 392, 398* 23 — iubet *Quelle?* Stonorum apud Nariscos: *der Zusatz deutet auf Altmannstein oder Hipoltstein. Urkundlich aber erscheint Rapoto von Stein im Chiemgau (vgl. oben Z. 10) an diesem Kriege betheiligt; Mon. Boic. II, 195* 28 *Dieser u. andere Züge weisen hier auf die Benützung einer uns unbekannten Quelle; daneben aber vgl.* — deducitur *Magn. Reichersp. zu 1192, 1193, p. 519, 520; Ott. Fris. Contin. Sanblas., M. G. Scr. XX, 323, 324.*

leiensium, Charionum, Stiriorum agro cum paucis perreptato, Viennam Austriae pervenit, ubi agnitus in vincula a Litovalda coniicitur duodecimo calendas Ianuarii et confestim septimo deinceps die Reginoburgium ad imperatorem Honoricum caesarem augustum deducitur. Philippus rex Francus ubi istaec accepit, Nordomaniam, Rhotomagum, et caetera, quae in Gallia Anglius possidebat, in ditionem suam redigere conatur. Anglius quinquaginta marcarum, hoc est, quatuor centena millia unciarum (marca enim octo sunt unciae) tribuit Austriaco, sicuti hic Alberto dynastae Boiorum et is ad Caelestinum pontificem maximum retulit. unde Anassus, Hunnoburgium, Neostadium urbes instauratae, Viennae moenia ampliata et plaeraque alia castella refecta sunt. augustus ab Richardo mille marcas auri tricies extorsit; sunt auri unciae mille ducenties quadragies, faciunt auri tinas, ut nostri adpellant, undeviginti super viginti millia drachmarum auri. tina autem est nummum aureum centum millia; drachma vero octava pars unciae, nimirum aureus nummus, quem rhenanum vocant. ita auro Anglius emunctus domum redit, adversus Gallum regem bellum continuat.

At imperator acceptam pecuniam ab Anglio militibus distribuit, copias in Asiam praemittit, quibus praeficit ducesque dedit Honoricum Saxonum, Herimanum Turogorum rectores, Chunradum archimystam Mogontinum, magistrum epistolarum, Honoricum palatinum a Rheno, filium Honorici undecimi, Boiariae quondam ac Saxoniae reguli, Fridericum Austriacum, filium Litovaldae superioris, Chunradum Laecholingonem, episcopum Reginoburgensem, Godofridum Brabantinum, Honoricum Callatinum, Albertum Bogium, Voliphogerionem Haellenobertocircum episcopum Bathavensem. ipse e Boiaria in Italiam migrat, Apuliam petit, Irenam Graecam Philippo fratri suo nuptum conlocat eique ducatum Sueviae, mortuo fratre Chunrado, tradit, ubi anno eodem augusta filium peperit, cui avi Friderici nomen parentes dixere. Albertus Bogius, qui in Apulia exulabat, posteaquam hoc accepit, ad

21 *In A über* Saxonum: Brabantinum 22 *Am Rande in A:* fidem filio eius iurarunt 20 *Ebendort:* Armeniae *[sic]* petiere ab imperatore Henrico, graecilum *[sic]* contempsere; Mogontinus coronat regem Armeniae 23 *In A über* Honorici undecimi: Leonis 12.

10 *Das Schreiben des Grafen Albert von Bogen an Papst Cölestin, aus dem diess geschöpft scheint, ist sonst nicht bekannt, ebensowenig ein Schreiben H. Leopolds an Albert v. Bogen* 20 — Bathavensem *vgl. Chron. Ursp. unter d. J. 1197, p. 364; Otton. Fris. contin. Sanblasiana, p. 326* 26 *Heinrich v. Kalentin, Kalten (Pappenheim);* Caladinus *Chron. Ursperg.* 27 — dixere *vgl. Chron. Ursp. zu 1195, 1196, p. 364* 31 — restituuntur *vgl. Herm. Alt. zu 1195, 1196.*

imperatorem ob recens natum haeredem laetabundum cum suppliciis se confert, veniam non solum sibi impetrat, sed et dignitatem ac honorem et sibi et Odagrio Boiemo recuperat. ambo edicto restituuntur. Philippus cum sponsa sua in Germaniam migrat. Augustae in Rhetia regio cultu magnifice nuptias facit. convenere frequentes principes imperii, filium augusti in cunis aduc vagientem caesarem declarant, eidem fidem tabulis signatis adstringunt.

Eadem tempestate plaerique principes finem vivendi faciunt: Honoricus Brunovicus, nepos imperatoris Lutharii, Saxonia atque Boiaria pulsus; Fridericus bardus, patruus Litavici Boiorum ducis, apud Nariscos Enodoryphis sepultus. Honoricus ex Mathylda Anglia tris mares tulit: Honoricum, Otonem et Vilelmum, authorem regulorum Brunonisvici. haud ita longo post tempore imperator in Sicilia mortem obiit, relicto filio impubere. confestim paricidiali discordia orbis christianus adfligitur, duo pro imperio authore et antesignano primario sacerdote decertant; Philippus, frater imperatoris, tutor nepotis impuberis, a Litavico Boio, sociis eius Suevis, Noricis, Vindelicis caesar salutatur. at Saxones, Turogi, Boiemi, instigante Innocentio tercio, romano episcopo, qui eos sacramento, quo Friderico infanti authorati erant, solvit, praeterea Richardi regis Anglii pollicitis inescati, amitinum eius Otonem, filium Honorici undecimi, Saxonia atque Boiaria exacti, nepotem Honorici noni, itidem Boiariae atque Saxoniae regno deturbati, pronepotem ex filia imperatoris Lutharii, rebus imponunt. eum Anglii pecunia adiuvant. Philippo rex occidentalis Franciae fautor adest.

Ita Germania civilibus armis, pontifice maximo classicum canente, adtrita est. Argentoratum, Hercynophoros, Aquae Graneae, Agrippinensis Colonia, item aliae urbes obsessae sunt. Philippus, ut sibi Boios coniungeret, filiam suam Chunogundam Otoni praefecto praetorio Boiorum, patrueli Litavici ducis Boiariae, despondet. nostri, qui in Asia erant, audita morte imperatoris civiliumque armorum tumultu, nulla re memorabili gesta, non sine periculo reipublicae christianae

20 *Am Rande in A:* Adolphus Coloniae episcopus, Henricus comes palatinus Rheni 21 amitinum eius *in A durchstrichen; darüber:* a matre ex sorore. *Am Rande:* qui tum in Pictavia pro Anglo avunculo bellum gerebat 25 *Am Rande in A:* caeteri eligunt Philippum; Gosolaria direpta, Milusium, Northusium capta, Brunonisvicus obsessa.

4 — adstringunt *vgl. Chron. Ursperg. zu 1197, p. 364* 8 — pulsus *vgl. Herm. Altah. zu 1195* 10 — sepultus *vgl. Chounradi Schirens. chron. c. 22* 13 — adest *vgl. Chron. Ursperg. p. 365 flgd.* 28 — despondet *l. c. p. 370.*

maximo domum remigrant. Fridericus Austriacus ibi periit. Volipho-gerion Bathavensis episcopus, Albertus Bogius in Boiariam reversi, bellum Rapotoni et Honorico Artobergensibus indicunt, castella eorum expugnant, vicos incendunt, aedes diripiunt. Overobergomum arcem et vicum Oeno conterminum in ripa Noricorum episcopus constituit atque munit. Albertus archimysta Boiorum a suis nobilibus, equitibus in vincla coniicitur. Albertus Bogius fato concedit, tris filios superstites reliquit, Litovaldam sacerdotem, Beritholdum, Albertum.

Plaeraque tum prodigia in annales relata reperio. Augustae apud Rhetos sacrosancta hostia in carnem cruentam conversa est. terrae tremor quarto nonas Maii orbem terrarum adflixit, urbes, casas, aedes, templa subvertit, apud Longionas, pagum Boiariae, qua cum Hercynio iugo ad Boiemiam pertinet, annum et sex menses continuatus est. incolae relictis aedificiis sub dio atque Iove frigido manere coacti sunt. Oto Fruxinensis episcopus Otoburgium, superioris Boiariae arcem, condit, praesidio firmat; ob salinarium portorium vectigalque Boiorum regulo Munychiisque bellum indicit; salem devehentes Phoron vicum atque Otoburgium petere cogit; caetera itinera praecludit atque obsidet. hactenus episcopi, sacerdotes, monachi, sacratae foeminae ocio literario addicti, scribundis libris, uti adparet, in bibliothecis operam navarant. prophani, qui sacerdotes conlocupletarunt, praedia sacerdotalia administrarant. eos Chunradus quoque Reginoburgensis episcopus ex Asia reversus ab curatione ecclesiasticarum opum deo dicatarum devotarumque superis amovere vi conititur. Eburonardus archimysta Boiorum ob clientelam et parochiam Utinensem cum duce Boiorum digladians, socia arma conlegis suis iungit atque de improviso coniunctis copiis, nemine resistente, fines Boiariae invadunt, castella expugnant, omnia caede, incendiis complent, templa expilant nec ab aris atque sacris manus sacrilegas, egregii sane pastores, abstinent. oves, quas pascere deberent, more luporum sub magna superficie pietatis devorant. et ne omnino res divinas floccifacere videantur, magno religionis supercilio Chunegundam augustam albo superum adscribunt.

1 — Albertum *vgl. Herm. Altah. zu 1198, 1199, p. 386* 9 — subvertit *vgl. l. c. zu 1199, 1201* 12 — continuatus est *vgl. Ann. St. Rudberti Salisburg. zu 1201:* in pago Longou *(der Lungau in den Salzburger Alpen), eine Oertlichkeit, die A. hier irrig an die böhmische Grenze verlegt; in der deutschen Chronik dagegen nennt er richtig:* Lungaw 14 *Horat. C. I, 1, 25* 15 — obsidet *vgl. Arnpeck, De gest. ep. Fris. p. 515, 516, oder dessen Quelle, Gesta ep. Fris., M. G. Scr. XXIV, 324* 24 — abstinent *vgl. Herm. Altah. zu 1204* 31 — adscribunt *vgl. l. c. zu 1202.*

BSB

mox verus et aeternus pastor gregem suum ulciscitur. Fruxinum atque Iuvavia cum templis conflagrant. Chunradus Reginoburgii eodem anno animam efflat.

Litavicus Tisopagum inferioris Boiariae regiam, quae episcopo Reginoburgensi parebat, obsidet, oppugnat, insidiis capit, moenia solo aequat, fossam explet. Philippus episcopos ab armis discedere iubet. Chunradum, filium Chunradi Phronthusii atque Medulli oppidorum Boiariae dynastae, pontificem Reginoburgensem, Eccobertum Andechysium aduc impuberem, fratrem Honorici Histriae atque Carnorum praefecti, episcopum Babobergensem legit; deinde adversus Otonem pugnat. spectante itaque atque concitante romano sacerdote Philippus et Oto cognatas acies committunt, frater adversus fratrem, filius adversus parentem confligere cogitur atque invicem sanguine se polluunt. Argentoratum, Aquae Graneae, Agrippinensis Colonia, Hercynophoros, plaeraque alia oppida obsessa, cuncta luctu, caede completa sunt. quis aliam tantae discordiae inter christianos causam attulerit nisi romani episcopi spectaculum quasi paria componentis? populus christianus mutuis se vulneribus cohortantibus flaminibus romanensibus contrucidavit.

Dum haec in Germania fiunt, ad septentrionem in asiatica Sarmatia Tartarorum primum audita sunt arma. in Thracia Germani, Saxones, Flandri, Halberostadensis episcopus expugnato Byzantio, rebus orientalibus Valdovinum Flandrum imponunt. inter haec Philippus Honoricum Histriae Carnorumque rectorem cum Otone sentientem dignitate submovet. Carnos et Histros Litavico Boiariae duci in tutelam tradit; eundem cum episcopis Boiariae in gratiam redigit; Munychios quotannis e portorio septem et quinquaginta drachmas auri Fruxinensibus pensitare iubet. Chunradus Reginoburgensium episcopus, quod cognatis et haeredibus privatus erat, Phronthusium, Verdunum, Chynigoverdunum, Tisopagum, Buros, Vindelicorum atque Noricorum castella, Litavico regulo Boiorum vendit. xenodochium Reginoburgii in altera ripa ad cervicem pontis lapidei in suburbano Litavici oppido

4 *Am Rande in A:* Teispach, Teisnhoven *[das erstere ist richtig]* 9 Hystriae *A*

1 — conflagrant *vgl. Ann. Scheftlar. maior. zu 1215, M. G. Scr. XVII, 338, oder Chounradi Schir. annal. zu 1217, l. c. 632, und für Salzburg Ann. St. Rudberti Salisb. zu 1203* 2 — efflat *vgl. Herm. Altah. zu 1204* 4 *Teisbach; vgl. Herm. Altah. zu 1251, p. 395, wo jedoch Herzog Ludwig II. gemeint ist* 6 — iubet *Quelle?* 26 — iubet *wohl nach dem Eintrage des Freisinger Salbuches v. 1305 in Chron. d. deutschen Städte XV, 422* 27 — condit *vgl. Notae St. Emmerami, M. G. Scr. XVII, 575; Chounradi Schir. annal., l. c. p. 633.*

condit. Eburonardus archimysta Iuvavensis tris pontificatus instituit: in Boiorum lacu maximo apud Noricos Chimensem, in confinio Norici atque Pannoniae Secoviam atque Laventinum hisque praefecit Rogerium Radechonem, Carolum Frisiacum et Hyldericum.

Litavicus, pacis atque iusticiae studiosissimus, plurimum dignitatem atque opes Vindelicorum, quae multum imperator Fridericus separato inde Norico diminuerat, auxit, magnifice plaeraque condidit, Boiariam novis coloniis implevit. in inferiore Vindelicia, in ripa Danubii Strubios, clarissimum municipium, extruxit atque Abudiacum olim excisum, arcem in agro Pruvenensium monachorum refecit, monachis aliis praediis satisfecit, nempe Chynigobisen regium beneficium ipsis reddidit. arbitri fuere antistites hi: Honoricus Tigurinus, Chunradus Schirensis, Godofridus praepositus Reginoburgensis atque hi dynastae: Albertus Bogius, Chunradus Moseburgensis, Theodovalda Licobergensis, Moenardus Abusinus, qui et Rotenecho. atque idem Litavicus in ripa Isarae Landunum aedificavit, Digulofinem auxit, arcem Landesutae erexit, Monachii xenodochium aedemque, ubi pauperes alerentur, publica annona pascerentur, instituit. iuxta Oenum in ora Noricorum Scharoduni eius consensu a Litovalda Austriaco regia extruitur. ipse Brundunum, quod hactenus suos regulos habuerat, moenibus cingit, civitate donat eoque a Rantherovia praetorium portoriumque transfert. Utini conlegium condidit, in quod duodecim populares mystas cum antistite cooptavit.

Toparchias Boiorum Chamabos, Phronthusium, Dachunum, Andechysiam, Vitellopagum, Vocciobur gium, Ritoburgium, Stephaniam, Legioveltas, Sulsopagum, Carnoburgium mortuis absque liberis tetrarchis vendicavit; palatium quoque Rheni in Boiariam transtulit. imperatoribus ex Suevia oriundis ob paterna beneficia acceptus, eisdem virtutis ergo perquam charus fuit, praecipue Fridericis, Philippo et Honorico.

15 Licoburgensis *A* 19 Scharaduni *B*

1 — Hyldericum *wohl nach Urkunden; vgl. v. Meiller, Reg. archiep. Salisb. p. 204 flgd.* 5 — auxit *vgl. Chounradi Schir. chron. c. 21* 9 *Straubing: vgl. Herm. Altah. zu 1218* 9 Abudiacum — Rotenecho *vgl. die Prieflinger Urkunde, Quellen u. Erörterungen z. bayer. Gesch. V, 25—27* 16 *Landau: vgl. Hermann. Alt. zu 1224. Bezüglich der Gründung von Dingolfing, die von demselben (zu 1251, p. 395) Otto II. zugeschrieben wird, scheint A. Arnpeck col. 259 zu folgen* 17 *Landshut: vgl. Herm. Altah. zu 1204, p. 386* 17 — instituit *wohl nach Urkunde, die jedoch nicht bekannt ist* 18 — extruitur *vgl. Herm. Altah. zu 1225* 20 — transfert *Quelle?* 22 — cooptavit *vgl. Hund, Metrop. Sal. III, p. 44* 24 — vendicavit *bes. nach Arnpeck col. 257.*

Eodem tum anno Pilogrimus patriarches Aquileiae, cui Veliphogerion Bathavensis episcopus, relicta Popponi Bathavia, suffectus est, et Beritholdus dux Dalmatiae atque Croatiae legatus, ex Damasia atque Andechysio castellis superioris Boiariae oriundus, animam efflarunt. Beritholdi liberi Gariodruda regina Ugrorum, uxor Andreae, et hi parentes divae Elissae, Oto dux Meraniae, praefectus praetorio Burgundiae, Honoricus praefectus Histriae atque Carnorum, Beritholdus et Eccobertus pontifices.

Sub idem tempus Litavicus Boiorum regulus Laodamiam foeminam cordatam atque pulchram in Boiemia ortam ducit; ipsa prius Alberto Bogio nupta fuerat. Odagrius Boiemus hac adfinitate delinitus, suasu Litavici ab Otone ad Philippum deficit isque Odagrium successoresque eius perpetuo sententia principum reges adpellat. Otonem Vitellopagum ob homicidium generum abdicat, Chunegundam filiam, quam illi desponderat, Vincissolao, filio Odagrii, dat in matrimonium.

Posthaec Oto et Philippus, ubi satis debachati sunt sanguineque cognato polluti, pacem sanciunt. Oto filiam Philippi, magnae amitae suae proneptem, uxorem ducit. Philippus Babobergensi Eccoberto, purganti se, quod coniurasse cum rege Ugrorum suspectus erat, gratiam facit hisceque ex sententia confectis, cum eum satietas hominum atque negociorum odium coepisset, ut requiesceret atque illam expueret miseriam ex animo, Babobergomum secedit, venas secat, profluvio sanguinis morbidum corpus exonerat. Oto Vitellopagus adsumptis secum ministris Eccoberti episcopi atque fratris huius Honorici Histria exacti, quasi quippiam secreto cum caesare, quod ad salutem eius spectaret, collocuturus, aulam petit facileque ad conclave Philippi admittitur. nemo tum praeter sacri scrinii magistrum atque Honoricum Drugassium Valdoburgio Sueviae oppido oriundum praesto erat. Oto ubi solitudinem animadvertit, ense iugulum Philippi nihil mali suspicantis de improviso petit, letaliter, licet leviter, sauciat. vociferanti Drugassio pessulum hostio obdere conanti malam eodem ense adfligit plagamque facit. ita ad ministros erumpit, quorum ope elabitur. Philippus paulo post fato concedit 10 kalendas Iulii, anno ab orbe servato millesimo ducentesimo super octavum.

1 Voliphogerion *A*

1 — efflarunt *vgl. Hermann. Altah. zu 1204, p. 386* 9 — fuerat *vgl. Arnpeck col. 257* 11 — matrimonium *vgl. Herm. Altah. zu 1205, p. 386* 13 — desponderat *vgl. Chron. Ursperg. zu 1208, p. 370* 16 — ducit *vgl. l. c. zu 1207, p. 370* 22 — octavum *vgl. Chron. Ursperg. zu 1208, p. 370.*

Confestim Oto Vitellopagus, Eccobertus episcopus, Honoricus frater eius proscribuntur, crimine laesae maiestatis condemnantur. Eccobertus in Ungariam ad sororis maritum, Honoricus in Palestinam elabitur. Oto in Boiaria palabundus oberrat. Rapoto Artobergensis praetorio Boiariae praeficitur, qui vices caesaris absentis praésidendo tribunali perfungatur. Litavicus dux Boiorum, Oto Phalaiensis, Honoricus Callatinus Andechysiam, arcem Honorici, invadunt, diripiunt, solo aequant, praedam inter se dividunt, sacra Voliphorathusium, inde ad Matronam montem in templum divo Petro dicatum, Oeno conterminum, furtim sublata ibique condita sunt. iidem Glanechios, Buchoros simili clade adficiunt. Litavicus praeterea dux Boiorum Vitellopagum quoque, patruelis sui regiam, incunabula maiorum suorum diruit, solo aequat, templum ibi deiparae virgini condit, sacratis Teutonum equitibus tradit, lapides haud procul inde Aecham devehit, in ripa Barii amnis novam coloniam deducit. ita mihi Ioannes Haelius, civis eius urbis, harum rerum studiosissimus retulit. pagani virtutum monumenta venerantur, legulei, theologistae, grammaticuli et sophistae pecuniae dumtaxat atque litibus student, ambitione perditi, per praeceps abeunt. quos magno reipublicae prophanae, sacrae incommodo alimus atque periculo nostro pascimus, vix iam impendiis sufficimus.

Porro Oto a Litavico aliis nutantibus ad Aquas Graneas deducitur ibique inungitur. deinde ab omnibus recipitur. subsequenti deinceps anno Romam proficiscitur augustusque adpellatur moxque Campaniam imperatoribus dolo romanorum flaminum praereptam invadit, subigit Capuaeque hibernat. inter haec in Boiaria Honoricus Callatinus Overodoryphi proxime Abudiacum haud longe a Reginoburgio in ripa Danubii Otonem Vitellopagum profugum depraehendit, vulneribus confossum occidit, caput eidem amputat in Danubiumque proiicit, caesari sanguine percussoris atque paricidae parentat. reliquum corpus Otonis Undenodoryphos ad aedem flaminum Augustalium, quam avus eius condiderat et ubi parens sepultus est, deportatur, nono demum anno indulgente pontifice maximo more christiano humatur. liberosne

16 — sufficimus *in B eingeklammert; in A am Rande:* vide omissa.

6 *Den Grafen Otto v. Vallai nennt auch Arnpeck col. 262, den Marschall v. Pappenheim (Kalentin) Chounradi Schir. annal. zu 1208, p. 631* 8 — condita sunt *vgl. die Aufzeichnung Mon. Boic. VIII, 594* 10 *Quelle?* 13 templum — tradit *vgl. Ried, Cod. dipl. Ratisbon. I, p. 300* 16 *vgl. hiezu Riezler, Geschichte Baierns, II, 39* 25 — humatur *vgl. Arnpeck, col. 242; Chounr. Schir. ann. zu 1209, p. 632* 32 *Diese Zeitbestimmung wohl nach der Urk. Herzog Ludwigs von 1217; Oefele, Scr. II, 103.*

BSB

habuerit, nondum comperi. Herimanus aedituus, Franciscanus religione, ait eius sobolem Boiaria exactam, in confinio teutonici atque celtici imperii in Arduenna sylva diutius exulasse, inde Valdographos, hoc est sylvestres praefectos dictos esse. alii in Suevia et Germania Magna Beitelopagos condidisse magis suspicantur quam sciunt. ego fidem meam non adstringo.

Sub iisdem diebus octavo calendas Ianuarii aerae nostrae anno 1210 Beritholdus Chamaborum, Vocciobürgii, Oegrae atque Neomarti dynasta absque liberis obiit. Vocciobürgium arx oppidumque est superioris Vindeliciae, Danubio inminens, caetera oppida sunt Nariscorum, qua ab orientis ora Boiaria Hercynios saltus atque Boiemos spectat. hac lege ad Litavicum ducem Boiorum redierunt. author atque parens huius familiae Beritholdus dux Boiorum, frater Arionulphi, Boiorum itidem reguli, quem supra in libri quarti fine retuli; Beritholdo Honoricus ortus, Honorico Beritholdus; huic Arionulphus successit. hunc Honoricus atque deinde Theodovalda primus excipit. hic ex uxore Litogarda Castellana Theodovaldam cognominem sibi genuit, cui per manus Chamaborum praefecturam tradidit. Theodovalda secundus cum Adolaeda uxore Richopagum et Valdosaxoniam condidit. obiit anno Christi 1146, sexto idus Aprilis; sex liberos, duos mares, quatuor foeminas progenuit: Adelam augustam, coniugem Friderici primi, Chunegundam Stiriam, Iuditham uxorem Friderici Bogii, curatoris Reginoburgensium sacerdotum, Sophiam Lechomondam, Theodovaldam tercium atque Beritholdum, qui absque liberis obierunt.

Ea tempestate pontifex maximus imperatori Otoni quarto sacrificiis interdicit. quamobrem Litavicus dux boius, Odagrius rex Boiemiae, Litovalda Austriacus, Oto Andechysius, Dalmatiae praeses, et Litavicus Turogus Fridericum Siculum, cui aduc in cunis vagienti sacramento authorati fuerant, caesarem declarant. Honoricum Nyphe-

3 inde *fehlt B* 6 astringo *B* 8 *Am Rande in A: 4 [Ann. Scheftlar. mai. p. 337, nennen 1204 als Todesjahr des Markgrafen]* 23 Lechomundam *B*

1 *Martinus Minorita u. sein Fortsetzer (?), Hermannus Gigas genannt, Flores temporum. A. benützte den Tegernseer Cod. lat. Monac. 18776. Hier findet sich f. 146 v.:* qui (progenies palatini) undique vagantes usque post mortem Friderici tunc se mansuros receperunt citra Westvaliam ultra Renum et vocantur usque hodie dy Wildengrafen. *In der Ausgabe bei Eccard, Corp. hist. I (vgl. p. 1703) fehlt die Stelle* 5 *Beutelsbach bei Schorndorf in Würtemberg; die Herren v. B., die schon am Ende des 11. Jahrhunderts auftreten, sind die Ahnen der Grafen v. Würtemberg* 7 — redierunt *doch wohl nach Chron. Reichenbac.; doch steht dort in der Ausgabe Oefele's, Scr. I, 402: S. kal. Junii 1209. Zum flgd.* — obierunt *ist wohl die von v. Giesebrecht in S. B. d. Münchener Ak. veröffentlichte Aufzeichnung zur Genealogie bair. Geschlechter benützt* 18 — Aprilis *vgl. Chron. Reichenbacense l. c.* 25 — iurant *vgl. Chron. Ursperg. p. 373.*

um, Anthelmum Iustinum, magistrum equitum, in Italiam Siciliamque legant, qui Fridericum in Germaniam deducant. Fridericus postulatis annuit, Romam, inde Ticinum pervenit. per Rheticas Alpes in Germaniam et ad Aquas Graneas contendit. Oto ubi haec comperit, ex Campania properat, per iuga Tridentina Alpesque Noricas in Saxoniam, frustra Friderici conatus prohibiturus, immo ab eodem in fugam versus, rediit ibique se continet. Fridericus apud Aquas Graneas inungitur. inde Francophoron petit, ibi hibernat et omnes principes in eius verba iurant.

In Boiaria Manegoldus Bathaviae episcopus, Albertus Bogius contractis atque coniunctis viribus Rathobothoni Artobergensi bellum indicunt, inferiorem Boiariam devastant, templa, casas, monasteria diripiunt, Asopagum monasterium divo Benedicto consecratum, quod incolae, qui eo tutelae causa confugerant, res suas atque suppellectilem detulerant, treis comites Alberti Bogii templum oppugnanteis, vim vi repulsuri, occiderant, irati exurunt. Alemannus Helmgerobergensis arcem suam testamento Aldaechii inferioris monachis legat, qui eam, ne ab aliquo occuparetur, solo aequare conantur; sed ab Alberto Bogio prohibentur, donec Poppo Aldaechii antistes eundem pecunia data in suam sententiam traxit atque pedibus (ut aiunt) itare perpulit.

Cap. 3. Sub idem tempus Fridericus caesar ex hibernis Francophoro egreditur, Boiariam petit, Reginoburgii celebrem imperii conventum agit. frequentes principes coeunt, denuo in verba novi principis iurant. Litavicus Boiariae rector ab eo Rhenanum ducatum, quem Palas vocant, officii ac singularis obsequii ergo impetravit atque in fidem accepit. quippe pietate omni caesari satisfecit et ob merita obsequia parenti, avo Friderici, praestita tantum conmeruit principatum. dumque eo proficiscitur atque incautius oppida, castella, urbes vendicat et accipit, ab incolis cum omnibus comitibus capitur, maximo pecuniae numero, quam viritim Boii tribuere, se redemit. Schirenses monachi centum libras boiaricas pensitarunt. posthaec omnium rerum oblivio decreta est. Litavicus a Rhenanis recipitur, Hagnam, filiam

17 Aldechii *A* 29 *Am Rande in A:* Henricus comes palatinus veritus, ne sibi ducatus praeriperetur, deseruit fratrem, ad Fridericum Siculum [*darunter:* Philippum] defecit. obiit 1227 *[A* 1127 *verschrieben].* habuit filium Henricum...

10 — perpulit *vgl. Annal. St. Rudb. Salisb. zu 1212, Herm. Altah. zu 1212 und 1213, Niederaltaicher Urkunden und wohl eine Aufzeichnung aus dem Kloster Aspach* 21 *Herm. Altah. zu 1212?* 22 — accepit *vgl. Chounradi Schir. ann. zu 1213, 1215, p. 632* 29 capitur — pensitarunt *vgl. l. c. zu 1215. Ludwigs Gefangennahme erfolgte bekanntlich nicht bei einem Besuche der Pfalz.*

Honorici praefecti Rhenani, fratris imperatoris Otonis augusti, cum ille tum absque liberis maribus in tempore obiisset, filio suo Otoni despondet. id factum esse anno salutis restitutae 1215 diploma Friderici caesaris indicat, ubi: ‚dilectus consanguineus et fidelis', inquit, ‚noster inlustris Ludovicus palatinus comes Rheni et dux Boiariorum'. atque ab eodem tempore hactenus Boiaria oriundi Rheno potiuntur.

Litavicus tum Carnos atque Histros reddidit; hos Beritholdo Andechysio restituit caesar et fratrem illius Eccobertum excusatum habuit atque Babobergomum redire concessit. hisce confectis rebus 11 kalendas Februarii Noreiobergam ad solenne concilium imperii celebrandum se confert. praesto tum fuisse hos reperio principes: Litavicum Vindelicorum, Litovaldam Noricorum, Veronardum Charionum, Otonem Dalmatiae regulum, Segifridum Mogontinum archimystam, Eccobertum Babobergensem, Segifridum Augustanum, Honoricum Basiliensem, Chunradum Mediomatricum atque Nemetum pontificem, Anthelmum Iustinum magistrum equitum, Valtherum pincernam, Theodonem camerarium, Valtherum Danobergensem atque Hyldericum episcopum Bathavensem, qui in monte divo Georgio dicato arcem, ubi imposterum eius urbis episcopi habitare consueverunt, aedificavit.

Tum in Gallia belgica Oto imperator, Ioannes rex Angliae, Veronardus Flandrus, Reginoldus Bononiae dynasta a Philippo occidentalis Franciae rege, qui Friderici rebus studebat, superantur; Flandrus et Bononiensis capti, Anglius et augustus amissa aquila, profligatis copiis, fuga sibi cum paucis consuluere vixque evasere. in Ungaria Petrus Bancobonus Varadinus, quem nostri Prengarium nominant, Gariodrudam, matrem divae Elissae, sub papilione ferro confodit. eadem tempestate duas religionis christianae factiones emersisse authore Veronardo quodam reperio: pauperes Lugdunenses et Italos humiles. hi cum populo agebant, publice concionabantur, interpraetandarum sacrarum literarum provinciam citra authoritatem pontificum sibi summebant. illi in diem victitabant, nihil possidebant, hostiatim stipem emendicabant, legatos Christi se aemulari iactabant. ambo genera in

7 *Ebendort:* Fridericus conventum Goslariae habuit; ibi Honoricus, frater Otonis, reddidit ei insignia imperii.

3 *Wohl eine der Urkunden, M. B. XXX, a, 25, 28; doch fehlt in diesen:* dilectus — fidelis 9 — Bathavensem *vgl. die Urk. v. 1217, Jan. 21., M. B. XXX, a, 54* 17 Hyldericum — aedificavit *vgl. Herm. Altah. zu 1219* 20 — evasere *vgl. Chron. Ursperg. zu 1214, p. 377* 25 Prenger: *Continuatio praedicator. Vindobon. zu 1213 (M. G. Scr. IX, 726); diese oder eine abgeleitete Schrift ist wohl hier Quelle* 26 eadem — arcet *vgl. Chron. Urspergense p. 376, 377* 28 Humiliati *Chron. Ursperg. 376.*

sacerdotum luxum, avariciam, superbiam, libidinem caeteraque vicia ingeniosa atque diserta erant. Innocentius tercius pontifex maximus illos contra philosophiam christianam facere decernit, a sacris veluti errones arcet. his successere alia duo genera, divis Francisco et Dominico authoribus. quae cum gravatim (ita refert Martinus a sacro auriculario et piaculari romani episcopi) Innocentius tercius reciperet, obiit et successor huius Honorius tercius continuo author factus est.

Iisdem diebus caesar Augustae in confinio Rhetiae atque Vindeliciae conventus agit. inde Aquas Graneas petit, perlustrata Germania atque Saxonia Viridoburgium, Franciae caput, se confert. inter haec pontifices romani ex sacra historia, nempe libro, quam Ioannis divinationem adpellant, fatum exitii Saracenis, Turcis, Machometicae superstitioni adventasse interpretantur, classicum clangunt, ad arma, arma ingeminant. Machometum Antichristum fuisse sibi persuaserant, sicuti et patrum memoria Ioannes Annius in conmentariis, quos in eundem librum edidit, sentit et nostro saeculo eam superstitionem desituram, Christum iuxta chiliastarum opinionem adventaturum in terrisque regnaturum arbitratur, quae mendacissima esse exitus probavit. nihilominus Andreas rex Ugrorum, uxoris eius fratres, Oto Dalmatiae dux, Eccobertus Babobergensis episcopus, Litovalda Austriacus, Litavicus, dux occidentalis Boiorum, Hyldericus Bathavensis episcopus, Albertus et Beritholdus Bogii, Litovalda Plaiensis, Eburonardus archimystes Boiorum, Albertus praepositus Saliburgensis, Fridericus Beritholdogadensis in Palestinam atque Aegyptum arma movent. dum Damiata urbe Aegypti Nilo continua, sex dierum itinere ab Alexandria, expugnata consultationibus tempus trahunt, locum coloniae deducendae capiunt, reges Aegypti rivo, qui in Nilum cadebat, obstructo, aquis deinde obrutos subito circumveniunt. periere tum plaerique Boiorum: Hyldericus Bathavensis episcopus, Litovalda Plaiensis, Beritholdus

4 *Ebendort:* Vilelmius, Leonis filius, Helenam, Kanuti regis Danorum filiam, duxit uxorem. huius filii: Oto, Bernhard de Anhald, dux Saxoniae; filius Albertus; eius filii... [?] 29 *Am Rande in A:* Fridericus 2. confirmat Otoni, nepoti Leonis, titulum Brunsvicensium.

5 *Nicht Martinus Oppaviensis, den A. unten in cap. 8 als Martinus Boiemus Oppomensis citirt und in dessen Ausgabe der M. G. Scr. XXII, 438 sich diess nicht findet, sondern Martinus Minorita, Cod. lat. Monac. 18776, f. 145, den A. oben p. 257, 1 als Herimanus aedituus citirt* 15 *Joh. Annius Viterbiensis, Tractatus de futuris christianorum triumphis in Saracenos; Nuremb. 1480; dann bis 1497 mehrmals wieder gedruckt unter dem Titel Glossa super apocalypsia de statu ecclesiae et de futuris etc. Eine der letzteren Ausgaben muss A. vorgelegen sein* 18 — movent *vgl. Ann. St. Rudb. Salisb. zu 1217* 24 — Plaiensis *vgl. Herm. Altah. zu 1221.*

BSB

Bogius, Albertus et Fridericus Iuvavenses mystae; caeteri pacti vitam cum maximo incommodo domum redeunt. Hylderico episcopo successit Gephardus, frater Litovaldae Plaiensis. puerorum quoque chorus, qui undique sturnatim confluebant, Palestinam, liberaturi eandem, periere; cum ad mare processissent, nusquam postea comparuere.

Interim imperator Oto naturae concedit, testamento insignia imperii Friderico reddit. qui conventu Noreiobergae peracto Romam contendit, ab Honorio pontifice maximo consecratur augustusque appellatur, adstante Litavico duce Boiorum; Honoricum deinde filium caesarem declarat, ei tutores dat Angilobertum Agrippinensem archimystam et Litavicum praefectum praetorio Rheni regulumque Boiorum; eidem insuper Margaritam, filiam Litovaldae Austriaci, despondet. Litavicus rector Boiorum novum principem secum in Germaniam deducit. Noreiobergae nuptiae caesareae fiunt. rursus Chunradus Portuensis episcopus, flamen romanus, filius Egonis, Uri Suitonum dynastae, et Ioannes quidam, consecraneus divi Dominici, Germanos ad arma concitant, ad asiaticam aphricanamque militiam cohortantur et, ut facilius toties longinquae militiae poenas dantes, praecium ob stulticiam ferentes, persuaderent, multa nova atque hactenus inaudita dogmata inculcant. quocunque sceleri obnoxium, paricidio, incestu, sacrilegio pollutum continuo, ubi cruciculam vesti adsuisset, solutum esse et crimine et poena declamitabant. quippe hisce aliter ab auditoribus (uti fit) acceptis, maximam fenestram ad nequiciam patefecerunt. plaerique ansa hinc arrepta inimicôs prius suos tollebant, hinc in militiam sacram nomina dabant. Angilobertus archiepiscopus Agrippinensis Coloniae, curator caesaris, istoc tumultu rerum, specie religionis occisus est a Friderico cognato suo. in Boiaria Albertus Bogius, Rathobotho Artobergensis discordant, praedia, templa, aedes invicem diripiunt, incendunt. Rathobotho Lindoverdunum oppidum proxime Aldaechium inferius subito extruxit; Albertus Bogius solo aequat atque igne concremat. Flinsobergomum arcem in secunda Boiaria aedificat. Monachium

29 Landoverdunum *B*

3 puerorum — comparuere *nach Ann. Scheftlar. mai. zu 1212?* 6 — consecratur *vgl. Herm. Altah. zu 1219* 12 — romanus *vgl. Herm. Altah. zu 1225* 14 — occisus est *(26) vgl. Chron. Ursperg. zu 1224, p. 379; ferner* — cohortantur *vgl. Annal. St. Rudberti Salisb. zu 1225, p. 783, Ann. Scheftlar. mai. zu 1225, p. 338, Contin. Sancrucens. I. zu 1225, M. G. Scr. IX, 626* 15 *Nicht von Uri in der Schweiz, sondern Sohn des Grafen Egino IV. von Urach im jetzigen Württemberg* 25 — cognato suo *vgl. Herm. Altah. zu 1225* 28 — concremat *vgl. l. c. zu 1226* 29 Lithenwerde *Herm. Altah.* 31 Flinsperch *Herm. Althah. zu 1230* 32 — tacta est *vgl. Ann. Scheftlar. mai. zu 1221, 1222; das flgd.* — traditum est

cum xenodochio conflagrat. Pisonium, urbs Noricorum, in confinio Italiae atque Boiariae, ad confluentes Isaci atque Athesis de coelo tacta est undecimo calendas Iulii; populus, qui undique spectatum ludos equestres confluxerat, fulmine atque grandine adfectus; trecentos homines periisse memoriae literarum traditum est.

Reginoburgii mortuo Chunrado episcopo pauci mystarum universo cum populo iure suo Godofridum praepositum legunt pontificem; plaeriique mystarum adversantur, Segifridum Suevum, magistrum epistolarum imperatoris, ovili Reginoburgensi imponunt. res Romam delata est. Segifridus consecratur, adversariis sacris interdicitur. prophani edicto perpetuo imposterum a comitiis pontificalibus arcentur. Segifridus ille Reginoburgensis pontifex templum divi Blasii consecraneis divi Dominici, servatoris aedem Franciscanis tradidit. dynastae Boiorum, drugassii Eccomyli, Albertus Bogius, eius mater Laodamia, uxor Litavici Boii, suo sumptu aedes construxerunt.

Hisce diebus Litavicus Boius nuptias Strubiis parat; Otonem filium emancipat, eum armis more germano ornat, eidem Hagnam Rhenanam connubio iungit, coenam exquisitissime nuptialem dat principibus et episcopis Boiorum. hosque convivas fuisse reperio: Eburonardum archimystam Iuvavensem, Herimanum Viridoburgensem, Eccobertum Babobergensem, Gephardum Bathavensem, Segifridum Reginoburgensem, Segibothonem Augustanum, Honoricum Aechostadensem, Honoricum Sabonensem, Rogerium Chimensem, Carolum Secoviensem, Hyldericum Laventinum, qui ibidem inunctus est. item Honoricum caesarem, filium Friderici augusti, Litovaldam Austriacum, Veronardum Charionum, Otonem Meraniae regulum vocatos interfuisse traditur. huius frater Honoricus in gratiam receptus in Boiariamque redire permissus, Grassae in Noricorum pago Chimino lacu continuo moritur eodem anno, quo et Gerardus Hirsobergensis, Veronardus Libodunensis finem vivendi faciunt.

Dumque haec in Boiaria fiunt, augustus asiaticam expeditionem indicit; praemittit illuc Litavicum Turogum, Segifridum Rechober-

nach Ann. St. Rudb. Salisb. zu 1222 6 — construxerunt *vgl. Notae St. Emmerami zu 1225, M. G. Scr. XVII, 575 u. Breve chron. episcop. Ratispon. bei Eccard, Corp. hist. II, 2250, 2251* 16 — traditur *vgl. Herm. Altah. zu 1228, p. 391* 27 — moritur *vgl. Ann. Scheftlar. mai. zu 1227, 1228, p. 338* 28 *Ort nach Genealogia Diess. V. oder Diessener Nekrolog, Mon. Boic. VIII, 306. A. deutet den von diesen Quellen genannten Ort Grazze auf Grassau s. vom Chiemsee; es ist aber, wie E. v. Oefele (Grafen v. Andechs, 32) bemerkt, wahrscheinlich das andechsische Hausgut Windischgrätz* 29 — faciunt *vgl. Notae St. Emmerami l. c.* 31 — interiere *vgl. Herm. Altah. zu 1227 und dessen Quelle, Ann. St. Rudb. Salisburg.*

BSB

gensem, episcopum Augustanum, qui Brundusii interiere. imperator posthaec, ob partum exanimata augusta, ad Cypron cum copiis navigat, septimo decimo calendas Decembris Ioppe appulit eamquè munit; octo ibi dies conmoratus fame laborare coepit. nam conmeatus a Ptolemaide vehiculis, clitellis, equis terrestri itinere ob hostes ubique passim debachantes convehi nequibant et navibus ventus contrarius erat. supplicatione igitur decreta, placato coelesti numine, lachrymis tandemque mari pacato, annona, arma caeteraque huic bello necessaria Ioppen vicissim navigio impune sursum, deorsum deportantur. rex Aegypti, frater eius Scharaphus, Gazarae praefectus, et nepos horum, Damasci regulus, cum maximis copiis unius duntaxat diei itinere ab augusto, quisque separatim cum suo exercitu considet et castra locant.

Deinde ultro citro conmeant legati, pax sancitur, Saraceni atque christiani decem annorum inducias paciscuntur, Saraceni omnes captivos reddunt. Hierosolyma cum omni circa regione usque Ioppen, quo tuto christianis pateat aditus, restituuntur; Saracenis concessum extra urbem diverti, absque armis in templo, quod ipsis sacrosanctum esset, adorare; insuper Bethlehem, Nazareth, quicquid inter Ptolemaida atque Hierosolyma longe lateque interiacet, cum Tyro et Sydone et finitimis regionibus redditum est Friderico. eodem foedere conpraehensum licere principi romano moenia, castella, arces reficere atque munire; nihil horum soldano atque Saracenis in Syria atque Palēstina permissum. atque haec omnia religione iureiurandi, more utriusque gentis confirmata sunt hisque duodecimo calendas Martii, qui tum dies solis Christo triumphanti festus erat, renunciatis, Fridericus Hierosolyma tendit, sabbato, qui dies sextus decimus ante calendas Aprilis, eo pervenit. postridie diadema ob honorem Christi caesareum gestans, cultu imperatorio loca quaeque atque templa nobis sacrosancta venerabundus adit. facta sunt haec anno Christi domini deique nostri millesimo ducentesimo undetricesimo, indictione secunda. haec ex Epistola Friderici excepimus, quae Bathaviae in tablino pontificali servatur.

Dum haec in Asia geruntur, Gregorius nonus pontifex maximus, qui Honorico tercio successerat, suspectam habens potentiam, prudentiam felicitatemque Friderici (sicuti in quadam epistola refert) adversus augustum cum Italis ac Longobardis conspirat, imperatorem devovet.

7 celesti *B*

1 — navigat *vgl. Herm. Altah. zu 1228* 3 — servatur *vgl. das Umlaufschreiben K. Friedrichs aus dem Passauer Archive, Mon. Boic. XXXI, a, 532; Böhmer=Ficker, Reg. imper. V, Nr. 1738* 34 *Wohl eines der Umlaufschreiben vom 18. Juli 1229; Potthast, Reg. pont. Nr. 8430—8433.*

Romani indignitate rei conmoti, pontificem urbe pellunt, qui triplice agmine fines Campaniae hostili animo invadit nec hoc contentus, Honoricum caesarem missis legatis adversus patrem coniurationis valentissimae principem facit. Honoricus sub idem tempus Hagoduni brumales ferias celebrabat. Litavicum Boiorum ducem Rhenanumque praefectum (invidia semper comes virtutum est), quod eloquentia et prudentia pietateque in augustum nulli secundus foret, hactenus omnium consiliorum secretorumque participem curatorem a patre sibi quasi ad regendum puerum datum curia atque senatu amovet. is ubi animum caesaris abs se alienatum esse et iniqua agi paricidialiaque iniri consilia sentit, cum Otone filio clam secedit in Boiariamque migrat. subsequitur caesar, Boiariam ferro, igne depopulatur, Litavico nequaquam, ne minimo quidem digitulo contra nitente.

Interim augustus pacata Syria atque Palestina, quas quindecim annis possedit, in Apuliam redit, ubi fines regni ab episcopo romano armis occupatos seque per omnium flaminum religiones devotum offendit. quamobrem literis per universum orbem christianum missis acriter in romanum pontificem invehitur, fraudes, astutiam, acerbitates, iniuriam, tyrannidem eius conmemorat, iniusticiae, impietatis eundem accusat. Germaniae, maxime Boiorum et Noricorum principes atque episcopi, Beritholdus, patriarcha Aquileiae, ex Boiaria Andechysio atque Damasia oriundus, frater eius Oto Dalmatiae atque Histriae regulus, Eburonardus archimysta Boiorum, Segifridus Reginoburgensis pontifex, Veronardus Charionum, Litovalda Austriacorum atque Stiriorum rector, Venetias, inde Romam proficiscuntur, sacerdotem primarium adpellant, modestiae christianae bonique pastoris officii conmonefaciunt, eundem et augustum in gratiam redigunt. pontifex augustum coena saliari dapibusque pontificalibus excipit. Litovalda Austriacus ibi moritur. caeteri pace terris reddita, coniuratione, ut existimabant, perniciosa reipublicae extincta, laeti Germaniam repetunt.

Proximo deinceps anno Litavicus regulus Boiorum Chelamis, dum post coenam in ponte deambulat, a stichio morione, quem per ludum incessebat, cultello letali vulnere sauciatur moxque in conspectu om-

28 augustum *vor* excipit *in A wiederholt.*

4 Hagenaowe *Ann. Scheftlar. mai. zu 1228* 7 — datum *wohl nach Chron. Ursperg. zu 1225, p. 381* 12 — depopulatur *vgl. l. c. zu 1229* 14 — offendit *nach Chron. Ursperg. p. 383?* 17 *Das Ausschreiben v. 6. Dez. 1227 im Chron. Ursperg. p. 382? oder vom 20. April 1229; Kleimayrn, Juvavia, 402; Böhmer = Ficker Nr. 2431? A's. chronologische Einreihung ist in jedem Falle ungenau* 20 — moritur *vgl. Herm. Altah. zu 1230* 32 *Stechaer (d. i. Meuchelmörder) bei Andreas v. Regensbury (v. Freyberg, Sammlung II, 427).*

BSB

nium aulicorum exanimatus, corruit sexto decimo calendas Octobris, anno ab orbe vindicato millesimo ducentesimo tricesimo primo. extat Chelamis aedicula stipesque sacratus, huiusce rei monumentum. sunt, qui tradant fraude Honorici caesaris caesum esse a quodam ignoto, qui quasi cultu nuncii augustalis literas exhibuerit legentemque easdem de improviso confoderit. aliam quoque fabulam vulgo narrari audio, eundem scilicet ob inlatum stuprum uxori alienae a duobus feris pueris, quos maritus violatae coniugis, avidus vindictae, solitos pecudes et, quicquid digito monstrasset, laniare educarit, dilaceratum indicante domino esse. quod neque verisimile est neque verum arbitror. administravit Boiariam annos duodequinquaginta, menses duos, dies sex. corpus Schiram delatum, magnifice regio luxu sepelitur; manes placavere Eburonardus archiepiscopus Boiorum cum conlegis suis Chimensi, Secoviensi, Fruxinensi, Augustano episcopis, Laodamia, uxor Litavici, Hagna, nurus eius, et hi proceres: Oto Phalaiensis, Chunradus Plaiensis, Chunradus Bathavoburgensis, Chunradus et Honoricus fratres Moseburgenses. pauperibus una et quadraginta librae numeratae pecuniae distributae sunt, quinque et viginti, annuum vectigal, monachis perpetuo condonatae. Laodamia suburbanum Landesutae contubernium sacratis foeminis construit, ceremoniis Cisterciensibus initiat, dotem suam donat. ibi eius mausoleum Landesutensiumque principum ostenditur.

Cap. 4. Eodem anno Rathobotho praefectus praetorio Boiariae cum Bulylda uxore obiit. per idem quoque tempus Mathyldam Hennobergensem, filiam Florentii Bathavini, sororem Vilelmii caesaris, mille

2 *Am Rande in A:* quo anno Stoni, castellum Noricorum Taringiorum *[die Törring'sche Burg Stein n. ö. v. Chiemsee]* cecidit; incolae casu oppressi; quidam usque ad nonum diem *[am Rande:* decimum*]* absque cibo durarunt, diutius quoque liberatique tandem superstites fuerunt *[nach verlorener Quelle, vgl. unten S. 267, 20; 268, 15, Anm.]* 16 Bathavoburgensis *B*

1 *Das Datum nach Herm. Altah. zu 1231* 2 *Die St. Johanneskirche, auch Ottokapelle genannt; darin eine auf die Mordthat bezügliche Wandinschrift* 4 *Den König Heinrich nennt als Anstifter auch Arnpeck, col. 265, wo jedoch von dem Briefe keine Rede ist* 10 *Dass A. den von den Zeitgenossen fast allgemein getheilten Verdacht gegen Kaiser Friedrich, der ihm aus mehreren seiner Quellen, bes. Herm. Altah., Ann. Scheftlar., Andreas Ratispon. bekannt sein musste, verschweigt, erklärt sich daraus, dass er die Urheberschaft dieses Gerüchtes nur dem Papste zuschreibt (vgl. unten S. 274)* 11 — condonatae *vgl. Mon. Boic. X, 431* 20 — donat *vgl. Herm. Altah. zu 1231* 22 *1231; vgl. Baumburger Necrolog, M. B. II, 265 u. Ann. St. Rudberti Sal. zu 1231* 23 *vgl. M. B. V, 145:* eodem anno mortua est Udilhildis cometissa 24 *flgd. In ihrer gewöhnlichen Gestalt berichtet die Sage vielmehr von Margareta, Gemahlin des Grafen Hermann von*

quingentos quatuordecim puerulos simul genuisse, in malluvio ab Otone Traiectensi episcopo sacra aqua lustratos esse, inter ostenta a nonnullis narratur. quod equidem magis, ne praetermitterem, retuli, quam quia verum aut verisimile putem. eadem tempestate imperator, qui Ravennae hiemabat, audita nece Litavici reguli Boiorum, Otoni filio eius consolatorias literas, quae extant, scribit isque vivente aduc patre utrumque ducatum Rheni atque Boiorum ab augusto impetrarat in fidemque acceperat. ubi igitur iusta parenti fecit inferiasque retulit, concilium Boiorum procerum, episcoporum, ut auspicato honorem iniret principatus feliciterque munia obiret, pacis artes, concordiae bona firmaret, leges gubernandi more maiorum praescriberet, imperium suum stabiliret, incolae in eius verba iurarent, Reginoburgium ad idus Ianuarias indicit. at Honoricus caesar, filius augusti, edicto id vetat et civibus praecipit, ne Otonem urbe accipiant, Boiorumque dynastae atque pontifices, Eburonardus Saliburgensis cum suis conlegis, Chimensi, Laventino, Secoviensi episcopis, Chunradus Fruxinensis, Segifridus Reginoburgensis, Honoricus Aechostadensis, Gephardus Bathaviae, Segifridus Augustanus, Sabonensis, Eccobertus Babobergensis Landesutae frequentes conveniunt, bona reipublicae se procuraturos pollicentur, foedus, concordiam, fidem iureiurandi religione, sacramento sanciunt. Gephardus, quod Eburonardum synmystam vicia eius carpentem necarat, pontificatu tribuque sacerdotum movetur, Bathaviae Rogerius Chimensis praeficitur. Eburonardus Saliburgensis pastor cum Otone Augustam proficiscitur, frustra sibi operam summit, ut illum atque caesarem in gratiam redigeret.

Caesar clamdestinum foedus cum pontifice romano fecerat, Germaniam teutonicumque regnum sibi vendicare nitebatur. Oto praefectus praetorio Rheni regulusque Boiorum, primarius Germaniarum princeps, ab augusto, patre caesaris, deficere nefas ducebat in Boiariamque se protinus contulit. caesar conlecto magno exercitu Boiariae fines hostili animo intrat, nemine omnino resistente templa, vicos,

4 *Am Rande in A:* 1233 Trostperg aedificatur *[vgl. unten S. 267, Z. 30]* 13 augusto *B*

Henneberg, Tochter des Grafen Floris IV. v. Holland, Schwester König Wilhelms, und von 365 Kindern. Näheres über die Sage und ihre Quellen (welche derselben A. benutzte, ist zweifelhaft) s. bei Von der Aa, Biographisch Woordenboek der Nederlanden, VIII, 592—596 4 — hiemabat *vgl. Ann. St. Rudberti Salisb. zu 1231, 1232* 6 *Ein solches Schreiben ist nicht erhalten* 12 — sanciunt *vgl. Ann. St. Rudb. Salisburg und Herm. Altah. zu 1233* 21 — movetur *l. c. zu 1232* 23 — redigeret *Quelle?* 30 — dat *vgl. Salzburger Annalen u. Herm. Alt. zu 1233.*

BSB

aedes, agros incendit, castra ante moenia urbis Reginoburgensis conlocat, ferro, praeda impune cuncta adterit. hisce coactus Oto, arbitro Eburonardo archiepiscopo Saliburgensi, filium Litavicum quadrimum caesari obsidem dat. augustus, ubi haec in Italia rescivit, legatos in Boiariam mittit, caesarem ab armis discedere, obsidem Otoni reddere iubet. plaerique Boiorum equites clam armati copias eius subsequuntur, praedae intentos invadunt, occidunt. magna clade discedenteis adficiunt. Oto tum Reginoburgii conventum rursus cogit; praesto fuere Boiorum dynastae atque omnes Boiariae pontifices, quos supra enumeravi; quae Landesutae constituta fuerant, redintegrantur.

Inter haec Fridericus Austriacus magni animi, quietis atque ocii impatiens, laudis avidus, finitimos armis ultro lacessere coepit. omnibus vicinis suis, Boiis, Boiemis, Ugris, Charionibus bellum indicit. Hagnam uxorem, filiam Otonis Dalmatiae praesidis, Andechysii in Boiaria dynastae, quasi cognatam repudiat. Hyldericum Charionum ducem, quod pantheram Stiriae ducatus sui insigne usurparit, capit, eundem posthac austriacum scutum tribus leonibus a dextra distinguere iubet atque his pro insigni Charionum uti praecipit. Hagnam a se repudiatam huic nubere permittit. Moraviam inde, atque Ungariam duplici agmine invadit. eius praeses Murinogerion Vesenus, Scharoduno praefectus, latrociniis infamis, in confinio utriusque regni Variopagum monachis pulsis occupat praesidioque firmat; inde occidentaleis Boios vastat, omnem oram Oeni Noricique depopulatur. Neocircum, Vilardum, Noricorum sylvam atque pagum, ubi tum nundinae celebresque feriae erant et populus frequens coiverat, sexto idus Septembris invadit, templum exurit, opes, merces diripit, cives ditiores mercatoresque captivos amplius quadraginta abducit.

Regulus Boiorum ex Vindelicia egreditur, Noricum petit, ad confluentes Trani atque Azali novam coloniam deducit, arcem atque oppidum extruit, munit, praesidio firmat, Trostrobergomum a fidendo adpellat. inde Utini conventus agit, austriaco misso caduceatore bellum indicit, amiciciam ei more maiorum renunciat copiisque contractis orientalis Boiariae fines ingreditur, Lambacum exurit, usque Tranum

16 usurparet *B* 29 *Am Rande in A:* Troi occidentalis; Troiostonum; Trau, Train, Troi 30 Trostrobergomum *sic A u. B [Trostberg]* 33 orientaleis *B*

4 — discedere (iubet) *vgl. Ann. Scheftlar. mai. zu 1234* 8 — redintegrantur *vgl. Salzburger Ann. u. Herm. Altah. zu 1233* 11 *Zum flgd. vgl. Salzburger Ann. zu 1233, 1243 und Herm. Altah. p. 392* 15 Hyldericum — praecipit *vgl. Joh. Victor. I, 2; Böhmer, Fontes I, 281* 18 Hagnam — invadit *vgl. Herm. Alt. p. 392* 20 — firmat *das flgd. weist auf eine unbekannte Quelle* 33 claustrum in Lambach exussit *melden auch die Salzburger Annalen u. Herm. Altah.*

amnem Valentiamque urbem universa incendiis, caede complet. Scharodunum capit, in ditionem redigit, praesidio atque muro firmat. Variopagum expugnat, templum monachis reddit, unde quinquaginta, quos ibi coeperat, partim in crucem agi, partim securi percuti iubet; de omnibus supplicium sumpsit.

Ad Strubiorum postea urbem, inde Monachium ad conventus agendos proficiscitur. interfuere episcopi Boiariae atque proceres; foedus factum adversus Austriacum, discordiae litesque Boiorum diremptae et compositae sunt. Eburonardus Saliburgensis archimysta et Eccobertus Babobergensis pontifex profecti ad Fridericum, ut pacem facerent, in vincula coniiciuntur totaque quadragesima captivi detinentur. augustus posteaquam, quae in Norico atque Germania fiebant, accepit, quarto decimo demum anno in Germaniam cum Chunrado filio, quem regem Palestinae Syriaeque nuncuparat, redit. Oto Boiorum regulus eundem, quam maximo potuit honore, proxime Burgusium excipit, Landesutam deducit, filiam suam Chunrado Hierosolymorum regi despondet, quae tamen in paucis post diebus fato concessit. imperator posthaec Reginoburgium Boiorum caput petit, Honoricum filium, caesarem atque successorem iam pridem a se declaratum, paricidii accusat, sententia septuaginta principum condemnat, in vincula coniicit, in Siciliam, ubi non longo post tempore obiit, remotis Germanis relegat. Mogonciaci deinde undecimo calendas Septembris Chunradum, Palestinae regem, caesarem atque successorem designat. postea calendis Maii divam Elissam superum albo adscribendam curat.

Inde Augustam Rhetiae petit, Fridericum Austriacum oboedire atque parere detrectantem proscribit, hostem reipublicae iudicat. eius iussu Vincissolaus rex Boiemiae Austriam transdanubianam in Germania Magna, suo regno confinem, invadit. altera parte Oto dux Vindelicorum et Nariscorum, Rogerius episcopus Bathavensis Lintzium obsident. Fridericus Austriacus accito in auxilium Alberto Bogio, tetrarcha Boiorum potentissimo, fratre Otonis reguli Boiorum, obsessis

25 Rhethiae *B*

3 circiter quadraginta *Herm. Altah. zu 1234, der hier* (Variopagum = Vormbach — sumpsit) *Quelle ist vom Bischofe von Bamberg* 11 *Die Salzburger Annalen zu 1233 melden diess nur Quelle und wieder wie die obigen auf eine Quelle aus dem Osten des Landes (Passauer Annalen?)* 16 — concessit *vgl. Salzburger Ann. zu 1235. Landshut wird in unseren Quellen nicht genannt* 17 — designat *vgl. Ann. Scheftlar. mai. u. St. Rudb. Salisb. zu 1235* 23 — curat *vgl. Ann. Scheftlar. mai. zu 1236* 25 — obsident *vgl. Salzburger Annalen zu 1235, 1236; Herm. Alt. zu 1236* 30 — committit *vgl. Herm. Altah. p. 393, Salzburger Annalen zu 1237.*

suppetias fert. episcopum capit, in vincula coniicit, captivum abducit, ducem caedere cogit. inde vim belli in Boiemos convertit, eosdem finibus suis deturbat, mandata, minas augusti floccifacit.

Quocirca romanus princeps, copiis conlectis, accitis principibus cum Vincissolao rege Boiemiae, Otone Boiariae, Veronardo Charionum, Honorico Turogorum regulo, item cum hisce episcopis: Beritholdo Andechysio, patriarcha Aquileiensi, Eburonardo archimysta Boiorum, Theoderico Treverorum, Segifrido Reginoburgensi, Eccoberto Babobergensi, Rogerio Bathavensi, Chunrado Fruxinensi episcopo, cum Boiorum dynastis: Veronardo Leobergensi, Segifrido Phromesulo, Honorico Artobergensi, Rathobothone praefecto praetorio Boiariae, Austriam atque Stiriam, portiones quondam Boiariae, invadit, cuncta ad obsequium redigit, Viennae hiemat. Fridericus Austriacus Neostadii in confinio Stiriae atque Austriae se continet atque conmunit. imperator Viennam atque Austriam Eccoberto Babobergensi episcopo, viro bellicoso atque magni animi, ex Boiaria superiore oriundo, fratri Beritholdi patriarchae Aquileiensis et Otonis Meraniae legati, item Rogerio Radechio episcopo Bathavensi atque Chunrado Tollusio episcopo Fruxinensi committit. ipse Reginoburgium, Boiariae caput, petit, vernas ibi perlitat ferias. ibidem tum Honoricus Artobergensis templum sacratis foeminis condidit, quod Sanctam Crucem vocitant. posthaec Fridericus imperator compositis rebus Germaniae, relicto in cisalpino imperio filio Chunrado, in Italiam remigrat; Taurisium in hiberna concessit neque posthac ex Italia in Germaniam rediit.

Gregorius tum nonus pontifex maximus libros pontificales, quos decretales nominant, per Raemundum dominicanum edidit. eadem tempestate prodigia plaeraque futuras calamitates portenderunt. magna pestis in homines pecudesque iuxta debachata est. universa flumina gelu constiterunt acuto vernoque demum calore soluta, casas, horrea, pontes, moenia, arbores subverterunt. in finibus Charionum in oppido Stonis, dum Volobertus mysta sacrificat, victima sacrosancta in carnem atque sanguinem conmutata est. Beritholdus patriarcha Aquileiae, Albertus Goriciae regulus spectatum perrexere. in Rathostadio oppido

2 coedere *B* 28 debacchata *A*

5 *Die flgd. Namen* — Boiariae, *Z. 11, nach Herm. Altah. p. 392 u. der Urk. Friedrichs II. für Raitenhaslach, Mon. Boic. III, 134* 18 *Konrad von Tölz* 19 — ferias *vgl. Herm. Altah. p. 392* 20 — vocitant *vgl. Hund, Metropol. Salisb. II, 246* 23 *Turin, wo der Kaiser v. Februar bis April 1238 weilte* 25 — edidit *Ott. Fris. Cont. Sanblas. p. 494* 31 Stain super Trahum fluvium *Ann. St. Rudberti Salisb. zu 1238.*

in Alpibus noricis, quas Taurum incola vocat, infans cornutus natus est, vagitus atque ploratus eius quatuordecim ante dies, quam ederetur, auditus. in agro Fruxinensium meridiem versus murium agrestium ingens vis, examen subito natum, messes populatur, segetes, herbas, foenum radicitus depascitur; inde fugatis accolis execratum locum mutare, avitas lares deserere agricolae coacti sunt. mirum est, unde vis tanta; salis gustatu fieri praegnantes, generationem eorum lambendo constare, non coitu, ex una gigni viginti proventus eorum siccitatibus tradunt Aristoteles et alii naturae interpraetes, quibus talia consectari curae fuit. illuc aduc latet, quo nam modo illa multitudo repente occidat. nam nec exanimes reperiuntur neque extat, qui murem hieme in agro offenderit. terra tremuit in Burgundia, mons alio de improviso migravit, quinque millia hominum obruit. tercio nonas Iulii sol interventu lunae duas horas continenter occultatus est, luna sexangulis versus orientem protensis visa est. pridie quoque nonas Octobris rursus solis radios luna interpositu suo aufferente terrae, meridie stellae quasi noctu colluxere. quippe manifestum est lunam obiectu terrae occultari, solem lunae. plaeraque alia huiuscemodi prodigia in annales fastosque relata sunt, quae scrupulosius persequi superstitiosum duxi.

Rursus crimina, factiones, fraudes, scelera, caedes, bella civilia (quibus omnia divina humana conmixta, respublica christiana discordiae malis contusa, praeda paucorum libidini facta est) conmemorare cogor. quod quam molestum, quam arduum mihi sit, quisque veritatis amator christianaeque simplicitatis cultor rerumque humanarum peritus suo ingenio metiatur. equidem nullius obtrectator aut adulator sum; sicuti lex historiae postulat, libero ore loquor. id, quod non fecisse L. Sisennam, primus romana Crispus in historia carpit. in libera civitate, inquibat imperator Tiberius, licet mortalium tristissimus, linguam, mentes liberas esse debere. hoc profecto magis in historia, quae veritatis scrinium atque interpres est, exigitur. haud unquam mihi

6 avitas *sic A u. B* 10 magnitudo *A*, multitudo *B* 14 continentur *B* 22 praede *A u. B* 24 simplicatis *B* 25 sicut *B* 30 interpraes *B*

3 in pago Frisigensi *Ann. Osterhofens. zu 1240, M. G. Scr. XVII, 545* 3 murium — offenderit *vgl. Plin. n. h. X, 185. 186* 12 — obruit *vgl. Martinus Minorita bei Eccard, Corp. hist. I, 1625, 1626; Contin. Sanblas. 495* 15 pridie — colluxere *vgl. Herm. Altah. zu 1241; Notae Altah. zu demselben Jahre* 20 — adtigero *vgl. Oefele's (Scr. Boic. I, 785, 786) Bemerkungen zu diesem Absatze, den er in seiner Ausgabe der A.'schen Excerpte aus Albert Behams Akten abdruckt* 27 *Sall. Jug. 95* 27 — debere *Suet. Tib. 28; Plin. n. h. XXVIII, 23 (Johann. Victor. I, 318).*

BSB

credibile fuisset tantam vecordiam cuiquam hominum inesse, nisi autographa nactus forem; pudet explicare verbis, quae illos non puduit facere. quam paucissimis potero et quatenus ad Boiariam (in qua haec primum scintilla Landesutae exarsit) attinet, summis dumtaxat (ut aiunt) digitulis rem adtigero.

Imperatorem Fridericum sècundum caesarem augustum, haud dubie secundum Carolum Magnum potentissimum utilissimumque reipublicae christianae atque sine controversia sapientissimum principem fuisse Nicolaus Cusa, episcopus Brixinensis, flamen romanus, vir undecunque doctissimus, testis est atque Egidius Romanus, Bituricensis in Gallia pontifex, philosophus atque peripateticus insignis, qui in libris, quos scripsit de institutione regia ad Franciae occidentalis imperatores, hosce ad illius exemplar properare cohortatur. idem Fridericus libros

2 Piguit me legere, quae illos non puduit facere *schrieb A. vor seinen Auszügen aus den Akten Albert Behams (Adversaria, X, 33). Diese Auszüge (l. c. 33—44) sind von Oefele l. c. 787—800 und von Höfler (Bibliothek des Literar. Vereins in Stuttgart, XVI) edirt; sie und Behams Conceptbuch (Cod. lat. Monac. 2574 b, ed. Höfler l. c. 49 flgd.) sind die wichtigsten Quellen der folgenden Darstellung in den Cap. 4 u. 5. Höflers Edition, in welcher auf die abweichend angeordnete Oefele's verwiesen ist, ist im flgd. mit unserem Citate:* Beham *gemeint. Daneben aber benützte A. hier sehr wahrscheinlich eine verlorene Quelle, auf welche auch oben (s. S. 265, 267, 268) schon Spuren hinweisen, in der man Passauer Annalen gesucht hat und die auch von Schreitwein (Catalog. episcop. Patav. bei Rauch, Script. rer. Austr. II), Bruschius (De Laureaco veteri et de Patavio Germanico, Basileae 1553) und Wigul. Hund (Metropol. Salisburg. 1620, I, 286—318) benützt scheint. Das Fragment, das Höfler als Nr. 62, S. 153—158 der Bibl. des Lit. Vereins, XVI edirt hat, ist nicht, wie Böhmer meinte (s. S. 223 bei Höfler a. a. O.), von Aventin, sondern nichts anderes als ein schon von Hund (p. 315, 316) wiederholtes Stück aus Bruschius (vgl. p. 184—196). Höfler hat dieses Stück in seiner Publikation unbewusst zweimal edirt, einmal, S. 153 flgd. als eine Novität rätselhaften Ursprungs, das anderemal in seiner Vorrede (p. VI—VIII), wo er es aus Hund, Metrop. Salisb. I, 315 flgd. wiederholt. Die Vorlage des ersteren Abdruckes ist eine Abschrift aus Bruschius (der jedoch hier nicht genannt wird) von einer Hand des 18. Jahrhunderts in der Münchener Staatsbibliothek. Ueber die streitige Frage der Passauer Annalen s. besonders Dümmler, Piligrim v. Passau; Schirrmacher, Albert v. Possemünster, 171—186; Ratzinger, Albertus Bohemus in den Histor.-polit. Blättern, 1879, 1880* 9 *Nicolaus v. Cusa, Cardinal 1448, Bischof von Brixen 1450—1464. Vielleicht hat A. die Stelle in dessen Schrift De concordantia catholica, lib. III, c. 41 (Opera, Basil. 1565):* Fridericus secundus, vir utique in ecclesia strenuissimus ac fidei propugnator *im Sinne principum, zuerst 1473, dann öfter gedruckt* 10 *Aegidius Romanus, de regimine* 13 — exhibuit. *Quelle ist wahrscheinlich das oft (u. a. bei Schirrmacher, Die letzten Hohenstaufen, S. 624 flgd.) veröffentlichte, wie jetzt angenommen wird, nicht von Friedrich II., sondern von König Manfred erlassene Schreiben, womit derselbe den Doctoren der Philosophie zu Paris als Geschenk mehrere Schriften des Aristoteles und anderer Philosophen*

Aristotelis omneis, plaeraque alia in sacris, prophanis literis, universam supellectilem philosophiae (quam, ut ait Albertus Magnus, inopia linguae latinae a divitiis aliarum linguarum emendicare cogitur) ex graeco atque arabico sermone per interpretes doctissimos vertendam curavit, Atheneis legendam exhibuit. quibus rebus se a teneris unguiculis oblectatum fuisse profitetur. Levoniis, Aestiis, Pinziis, Sennogallis, adcolis Venedi atque Codani in Germania atque Sarmatia europea sinus, quod exploso falsorum deorum cultu pietatem christianam receperint, privilegio inmunitates civitatemque romanam donat. eius potentia, vires, prudentia, magnitudo animi, rerum bellicarum peritia, vicinitas (nam in Italia contra morem veterum imperatorum habitabat, Germaniam per filium administrabat, bis dumtaxat ex Italia in Germaniam egressus) formidolosa atque suspecta fuere romano sacerdotum senatui, quod Gregorius nonus pontifex maximus non it inficias, sed ingenue fatetur. visum est flaminibus romanensibus imperium germanum magis florere, quam ipsis utile foret. placuit id contundere atque discordia non solum debilitare, sed in cineres quoque atque favillas redigere et Fridericum huncce a fastigio rerum humanarum deturbare. quod haud temere per pontifices Germaniae tum longe reipublicae literarumque studiosiores, proinde prudentiores fieri licebat.

Etenim eadem aduc tempestate episcopi atque in universum sacerdotes, amantiores artium atque boni publici ac nondum servituti obnoxii erant, non ita (ut nunc) fugitantes laborum, socordiae, inertiae, ocio atque voluptatibus devoti erant, sapientiae operam dabant, libris incumbendo, Christum amando, oves sedulo pascendo rempublicam procurabant, christianae concioni consultabant. ipsi sacra cuncta atque munia obeuntes, populum docebant. atque huiuscemodi sacerdotia atque pontificatus fuisse primum beneficia caesarum atque imperatorum et principum nostrorum, deinde ab imperatoris Honorici quinti tempore, comitiis calatis atque curiatis viritim suffragiis latis lectos esse communiter a populo sacerdotibusque universis, communes animorum pa-

9 privilegio, inmunitate civitateque romana *A u. B* 23 secordiae *B*

übersandte, die er durch Gelehrte seines Hofes aus dem Arabischen und Griechischen in das Lateinische hatte übersetzen lassen, indem er zugleich den Wunsch aussprach, dass die Doctoren die Kenntniss dieser Schriften in ihren Auditorien verbreiten möchten. Bei Petrus de Vinea III, 67 findet sich dasselbe Stück als Schreiben Kaiser Friedrichs II. an die Scholaren von Bologna. Zur Kritik der Nachricht A's. vgl. auch Amable Jourdain, Recherches critiques sur l'âge et l'origine des traductions latines d'Aristote, nouvelle édition par Charles Jourdain, p. 162 flgd., wo das berührte Schreiben Friedrich II. zugewiesen wird.

stores, demum Friderici huius aetate, excluso populo caeterisque sacrificulis dumtaxat a mystis imponi pontifices coeptum esse supra explanavimus. eas ob causas illius tempestatis episcopi in titulis, iniciis epistolarum atque decretorum non, uti nunc fit, adscribunt: apostolicae sedis gratia, nimirum favore humano sed more Pauli, clementiae dumtaxat divinae id munus atque donum acceptum referunt. ita enim coepisse epistolas, senatus consulta, placita, rescripta exempli gratia reperio: Segifridus sola miseratione divina Reginoburgensis episcopus.

Non licebat tum romano pontifici absque illorum, utpote venerabilium fratrum suorum consilio, in cuiusquam provincia quicquam attentare, nempe illi melius sui gregis mores cognoscebant a deoque se, non ab hominibus destinatos existimabant. si quippiam peccatum aut temere actum fuerat, quod coarguendum foret, id primum ad suum gregis pastorem referebatur isque primum cognoscebat, Romanus dumtaxat admonebat, cuncta iure, lege, bonorum virorum ex provincia arbitratu et more maiorum, ex communis consilii popularium, sacerdotum decreto agebantur. nihil tumultu, armis atque vi, dolo malo, potentia, seditione unius paucorumve, pessimorum etiam temeritate atque libidine gerebatur. hoc institutum tollere et antiquare, episcoporum authoritatem labefactare, ad unius cuncta potestatem redigere conplacitum est. nec enim aliter Fridericus opprimi poterat, quem illi suum charissimum atque pientissimum principem propalam praedicantes, nequaquam salvo rerum statu deserturi videbantur. primus enim imperatorum, sicuti et in libris pontificalibus legimus et diplomata ostendunt, Fridericus ille secundus tanta immunitate sacerdotum genus condonavit, qua mox adversum eum abusi sunt Romanenses.

Matthaeo igitur Dominicano (ut nihil hoc genus hominum, sicuti vulgo dici solet, non audet) potissimum consultore, dum imperator germanis rebus intentus, devicta Austria Taurisii hiemat, romani flamines cum Iacobo Triplo, duce Venetiarum, quem dominum Croatiae atque Dalmatiae, quartae partis et dimidii totius romani imperii in epistola cohortatoria ad eum data nuncupant, cum Mediolanensibus, Bononiensibus, Brixensibus civibus, episcopis, item caeteris Longobardis, quibus utilius bellum quam pax videbatur, dato his Gregorio a Montelongo duce, valentissime conspirant, occasionem rebellionis faciundae praestolantur. et ne Germania suppetias ferre posset, bona

27 ut — audet *in B eingeklammert* 30 Triplo *sic A u. B*

5 *Rom. 1, 5* 8 *vgl. u. a. die Urkunden bei Ried, Cod. dipl. ep. Ratisbon., I, 382, Beham p. 12, 18* 29 — nuncupant *vgl. Beham, p. 25* (Teuplo) 32 — praestolantur *vgl. l. c. 24, 25, 29.*

concordiae pellere, discordiae mala serere, in Germania orbeque romano decernunt. principes, equites avarissimum quemque et maxime honorum, pecuniae studiosum, decimis, ecclesiasticis opibus eisdem distributis, adversus pontifices concitare constituunt. hocque consilium magis Gregorium tentare voluisse, quam quod aequum aut iustum censeret aut denique ex animi sententia votoque successurum speraret, eius epistolae indicant. quippe conquerente etiam nuncio suo, episcopos, quos hic devoverat, ipse nihilo secius benigne datis ad eosdem literis, dissimulata devotione fratres suos venerabiles adpellat. nec legatum tanto tempore efflagitantibus consciis virum gravem aut senatorem quempiam mittere voluit; maxima ex parte ipse suorum conatus frustratus est, conplorante id Alberto, institore huius negocii tragico modo.

Posteaquam ergo Italiae plaerique cives, episcopi, dynastae coniurarunt, vulturii Romanenses (res ante cum filio augusti tentata non processit) alia adgrediuntur via. Fridericus Austriacus proscriptus ab augusto, pulsus patria, exutus urbibus, vicis, castellis Neostadii in confinio Austriae, Stiriae circumsidebatur. is primus haud gravatim spe recuperandi perdita socius accessit. eadem tempestate Chunradus Tollusius, Fruxinensis episcopus, ob limites, uti fit, cum Otone regulo Boiorum, praefecto praetorio Rheni, disceptabat in suaque ditione omneis non suae partis a sacris arcebat clausisque templis, nemine nisi suis admissis, rem divinam fieri praecipiebat. Mogontinus quoque archimystes itidem Otoni ob praereptum sibi Laureacum, vetustissimum monachorum contubernium, diras atque inferias dixerat. pontifex romanus invitis hisce episcopis, Mogontino atque Fruxinensi, atque inconsultis, Otonem ad se provocantem execrationibus solvit, fama simul dissipat, Litavicum, patrem Otonis, principem in orbe romano pietate, sapientia, armis, eloquentia, opibus, virtute nulli secundum, crudeliter scelere imperatoris Friderici specie amiciciae coram familia comitatuque nihil mali ne suspicantem quidem trucidatum esse. idcirco eius filius Oto, qui principatum inter Germaniae regulos obtinebat, credulus his et ob superiora beneficia operam suam pollicetur, plus etiam, quam petebatur, promittit. ultro arces, urbes, castella, quo coniurati tuto se reciperent atque ibi de summa rerum consultarent, aperit. Vincisso-

1 discordia *A u. B*

7 quippe — Alberto *vgl. Beham p. 27, 28* 16 — circumsidebatur *vgl. Herm. Alt. p. 393* 19 — disceptabat *vgl. Beham p. 4* 23 *Das flgd. wohl nach dem Schreiben des Papstes vom 24. März 1238; Böhmer, Witt. Regesten, S. 129* 27 fama — trucidatum esse *vgl. Beham 118.*

laum quoque regem Boiemiae, cognatum suum, in partes trahit hique antesignani primas sibi parteis coniurationis in Germania sumpsere sociosque Belum quartum, regem Ugrorum adfinitate, Honoricum ducem Bolaniae, filium divae Haeduovicae, sanguine Otoni coniunctum, adsciscunt. mater huius ex Boiaria Andechysio oriunda erat; ille filiam suam Elissam Honorico, filio Otonis, desponderat et Laodamia mater Otonis Boiema erat.

Filium deinde regis Cimbrorum spe imperii alliciunt. Odagrio, regis Boiemiae filio, Friderici Austriaci, qui liberis careret, neptis despondetur hocque connubio viam sibi ad Austriam Stiriamque Boiemi aperiebant. hi omnes invicem sibi iureiurando sacramentique religione fidem adstringunt. ipsis potentia Friderici augusti atque opes formidolosae erant. praeterea pontificum dignitatem atque vires moleste ferebant animo, hoc novo aucupio inescati, eorum divitiis inhiabant. ubi se pares viribus imperatoris fore existimarunt, Budissii (oppidum est Boiemiae) convenire, filium regis Danorum rebus imponere statuunt; a pontifice romano postulant, ut eodem legatos fortes, graves, sapientes mittat, qui hisce comitiis caesareis intersint.

Iisdem diebus, cum haec ita fiunt, imperator ex hibernis Taurisio discedit et, ut Campaniam postea intraret, Ticini conventus agit. ubi Albertus et Rudolphus fratres Habesoburgenses, authores generis imperatoris Caroli Maximi (qui hisce diebus, dum haec proderem, in Vangionum urbe celeberrimum imperii concilium cogebat) palmam equestri spectaculo consecuti sunt. per idem tempus pontifex romanus augusto, inconsultis Germaniae episcopis, sacris Romae interdicit. confestim Italiae coniurati magna pietatis superficie arma corripiunt, ab imperatore deficiunt. Veneti Eburonardum archiepiscopum Saliburgensem in agro Taurisiano intercipiunt, omnibus rebus, gaza, supellectile spoliant, nudum dimittunt. porro romanus episcopus Raenerium a Sancto Quintino, Tricassiorum mystam, Philippum Asisium et praecipue Albertum Boiemum, Bathavensis templi decurionem, nobilem, factiosum, potentem, eruditum, ultro operam suam pollicentem, in quatuor annos huiusce coepti institorem declarat, eundem remotis arbitris coram Ioanne cubiculario, contrectatis sacrosanctae historiae divinis oraculis, sacramentum, mandatis bona fide pro virili perfuncturum, dicere iubet.

4 Boloniae *B* 6 Laodomia *B* 8 *Am Rande in A:* Valdomari 2. — Ericum 15 *Ebendort:* Budovisii.

1 *Zum flgd. vgl. Beham p. 5 flgd., 14, 22, 27* 8 Odagrio — aperiebant *vgl. Beham 10; Herm. zu 1250* 17 a pontifice — intersint *vgl. Beham p. 28* 20 ubi — consecuti sunt *vgl. Joh. Victor. I, 1, p. 279* 23 *1521: vgl. A's. Hauskalender; Werke, I, 677* 27 Veneti — dimittunt *Quelle?* 29 — decurionem *vgl. Beham p. 3, 6, 8* 33 — iubet *vgl. l. c. 20.*

Haec ubi rite peracta sunt, tribus diplomatibus (hoc est, ut vocant, bullis) Nonus illos instruit. primum dat ad universos christianos: bestiam Fridericum adpellat, paricidii, mendacii, crudelitatis, periurii, sacrilegii, impietatis, perfidiae accusat; nihil praetermittit, quod ab hoste proficisci et irato animo dici potest aut augusto invidiam concitet: eundem male sentire de Christo domino deoque nostro, de mysteriis religionis nostrae adseverat; Saracenorum eidem consuetudinem obiicit; eiusdem triumphos atque victoriam calumniatur. huc omnes versutissimum nervos intendere adserit, ut romano pontifice atque flaminibus ad summam inopiam atque egestatem redactis et ita omnino oppressis philosophiam christianam penitus exibilet atque explodat. ideo indignum esse, cui christianus pareat, eundem more maiorum per omnium sacerdotum religiones devotum, eidem sacris interdictum, universos sacramento, quo ei adstricti fuere, ex consilii decreto, sententia sanctissimorum ecclesiae magistrorum exauthoratos esse declarat, donec ille resipiscat atque secum in gratiam redeat. in altero edicto Fridericum cum fautoribus atque consultoribus quibusvis e civitate christiana proscriptum, vicis, oppidis, castellis, ubi versetur, sacrificiis publicis interdictum, omnes iureiurandi religione solutos esse Alberto aperit. pontificibus deinde, maximis, minoribus, sacrificulis uniuersis, monachis praecipit, ut hoc senatus consultum, hancce sententiam ritu solenni, ceremonia celebri, publice in templis pro concione, adhibitis caera et aere absque cunctatione populo renuntient. quod si hi parere recusarint, mandat Alberto, ut eosdem fulmine ecclesiastico afflet de coeloque tangat. tercia proscriptionis tabula itidem Alberto data, in qua Gregorius Fridericum haereticum nuncupat suoque more nihil convicii praetermittit; archiepiscopis, episcopis, sacerdotibus, monachis, nobilibus, ignobilibus, divitibus, pauperibus, vulgo, senatoribus, doctis, indoctis, universis pariter christianis, qui sibi deum propicium esse velint, imperat, ne verbo, facto, dicto, ne animo quidem Friderico fautores sint, quasi vero perinde animis atque linguis imperare posset. postremo adversarios ab Alberto execrari vult. cum hisce mandatis Raenerius, Philippus, Albertus Roma in Germaniam abeunt, discordias

5 hoste *in B von Aventin corrigirt st.* ostio; odio *A* aut [*nicht* ut] *A u. B* 31 proinde *B*

2 — redeat *vgl. die Bulle vom 24. Nov. 1239; Potthast Nr. 10814; in A's. Excerpten aus Beham p. 6 flgd.; von Herm. Altah., p. 390, zu 1227 eingereiht* 7 Saracenorum — obiicit *Beham 69* 8 huc — explodat *l. c. 66* 12 ideo — pareat *l. c. 7, 8* 16 — tangat *nach der Bulle vom 23. Nov. 1239, Potthast Nr. 10811; Beham p. 8 flgd., Herm. Altah. l. c.* 25 — vult *vgl. Beham p. 9* 31 quasi — posset *Curt. VIII, 5, 5.*

BSB

ubique serunt, quoscunque possunt, divitiis, pollicitationibus, sacerdotiis, muneribus in parteis trahunt opesque factionis confirmant.

Albertus in Boiariam venit, ab Otone regulo Boiorum benigne hospitio Landesutae recipitur. confestim Honoricus Poppo, scriba ducis, secundo post pontificatum sacerdotio Monasterii donatur (praeposituram vocant), Theodericus quoque Otolinus, artium et philosophiae palmam consecutus, a sacris reguli atque coniugis eius rivalis recipitur hique locupletissima Boiariae sacerdotia in brevi scripta (quorum unum fuisse reperio Elisodoryphos proxime patriam meam atque pensitare quotannis quatuor et sexaginta uncias argenti puri puti) inter se partiuntur atque caeteris cauponantur levique de causa coenobia sibi vectigalia faciunt. nam cum Segifridus episcopus Reginoburgensis Nitunum Nariscorum sacerdotium Putruglerio Noreiobergensi tribuisset isque cum ducentis equitibus usucapturus advenisset, Albertus illud Honorico superiori vice romani episcopi tradit cumque trecentis equitibus eo veniens vindicavit. Buropagum quoque Theoderico largitus est, quod Rogerius pontifex Bathavensis alii iam contulerat. Philippus exacto a mystis et monachis annuo censu, qui primum a Paschali immunitatis libertatisve nomine impositus longoque tempore tributus non fuerat, Romam rediit.

Albertus in magno negocio habuit aes alienum solvere, Boiariae, Sueviae dynastas obligare, nobiles adiuvare. qui sibi pepigissent, partium fore pontificis atque suas propugnaturos, eius pacti non dubitavit iusiurandum atque syngrapham exigere. Friderico Stuphio, Honorico Hagio, Friderico Frunovio, Chunrado Bathavoburgensi, Haertovico Laureacensi, intimis Otonis ducis, templorum, contuberniorum, conlegiorum decimas praecario concessit; refragantibus mulcta atque dies dictus est Landesutam. a Laureacensi antistite, quod adversus rectorem Boiorum atque Rheni Mogontini rebus studuerat, quotannis duodecim millia unciarum argenti puri puti corrasit. Honoricum Nipheum, Suevum, item Beritholdum atque Rudolphum Uros, Suitonas atque fratres, ob inlata damna a Constantinis mystis execratos malis praecationibus huiuscemodi piaculo solvit. sacerdotes in-

12 Segefridus *B* 16 est *fehlt B* 31 Nipheum *in A corrigirt st.* Nypheum.

5 Monasterii *d. i. des Klosters Mönchsmünster* 9 *irrig* Helfendorf *bei Höfler p. 5; die obige Form und der Zusatz* proxime patriam meam *zeigen, dass Elsendorf a. d. Abens gemeint ist* 12 — vindicavit *vgl. Beham p. 17* 13 Buticularius de Nurnberch *Beham l. c.* 16 Piropach *Beham p. 31, Quelle* — contulerat 24 Fr. Stuphio *vgl. Beham 26* 25 *vgl. Beham p. 17: index Sifridi de Fraunhoven* 28 — corrasit *Beham 4?* [ad 1500 marcas] 31 — imperat *vgl. Beham p. 32, 30 und 19;* Nymphanis *in Höflers Ausgabe; gemeint sind die Herren von Neiffen. Zu A's. Verwechselung der Grafen von Urach in Schwaben mit denen von Uri in der Schweiz vgl. oben S. 261, Z. 15.*

iuria adfectos ad se in Boiariam Landesutam in ius ambulare praecipit, eosdem, qui detrimento adfecti erant, superioribus proceribus, qui iniuriam fecerant, satisfacere imperat.

Episcopum deinde Fruxinensem, cum Otone (uti supra conmemoravi) dissentientem, primum omnium adgressus est atque devovit cum omnibus sacerdotibus et monachis Landesutae in templo divi Martini, praesente populo, sacerdotibus. idem praepositum divi Andreae, praefectum aerario Fruxini, praesules Piburgii atque Monasterii proxime patriam meam, Vocciobnrgii atque Abudiaci factitare iubet, ut scilicet auspicio romani pontificis, cuius legatus sit, episcopum, mystas, sacerdotes, sacratas foeminas, monachos cum antistitibus, exceptis Schirensibus, devotos renuncient et nominatim conlegia execratasque aedes recenseant: Tigurinos, Atilam, Rhodon, Altonis monasterium, Iseniscos, Vichostephaniam, divum Vitum, Mosoburgenses, Silechodoryphos, Raedobochos, Vinariam, Theodoramicellam, Neostiphetam, Pinartios, Burobergenses, Berenoritum, Eburobergenses, Undenodoryphos. his adiungit equites boios, episcopi purpuratos: Isenoricum Valdechium, Beritholdum atque filium eius Hyldericum a Camera, Honoricum Vagionem, Angilomanum atque Sigefridum Chalybes, Chunradum Schenonem Humoblaeum, Honoricum Isobrunonem, Livardum Castum, Eburonardum Holethusium, Pilegrimum Mosam, Beronem Maurum, Eburonardum Spisocastum, Eburonardum Oxelum. hi Otoni Boiorum praesidi refragabantur, rebus episcopi studebant. utrimque multa data acceptaque damna. Chunrado Bathavoburgensi dynastae, Otoni regulo Vindelicorum monasteria conlegiaque devota adtribuuntur, ut amotis antistitibus ipsi praedia, opes administrent, procurent, monachis victum atque vestitum procurent. praetori insuper ducis Valcobergensi omnium pene templorum decimae, quae Fruxinensibus pendebantur, redditae sunt. Mogontino quoque archiepiscopo Mallardodoryphi atque Therabethae Boiariae praesules iussu Alberti sacrificiis interdicunt.

Porro Raenerius inter haec adversus caesarem diplomata Segifrido episcopo Reginoburgensi, imperatoriae aulae cancellario, mittit, prae-

8 Piburgii monasterii proxime patriam meam atque Vocciobnrgi *B;* atque *vor* monasterii *dort durchstrichen* 19 Chalibes *B* Schenonem *sic A u. B* 20 *Die Zeile:* Humoblaeum — Isobrunonem *fehlt B* 24 Bathavobergensi *B*

4 *Vgl. oben S. 274, 20* 8 — renuncient *vgl. Beham p. 4* 12 *Die flgd. Namen nach Beham, p. 3, 4; in Höflers Ausgabe sind mehrere Namen nicht richtig gelesen; aus A's. Adversarien X, fol. 38 v. ist zu emendiren: wohl* Vinely *st.* Vintus *(oben als* Chalybes *wiedergegeben),* Eisenprunne *st.* Eisenpurne, Speischtraff *st.* Speisstraff, Ohsel *st.* Mistel 18 H. de Vagen (*Advers. l. c.*) 19 Chunradus pincerna de Humbel (*Advers. l. c.*) 20 Eberhard Hetzenhaisen? *l. c.* 24 — procurent *vgl. l. c. p. 4* 27 — redditae sunt *vgl. Beham p. 5* 29 — interdicunt *l. c. p. 6.* 32 imperatoriae — cancellario *Beham 12, 18.*

BSB

cipit, ut renunciet. ille surda aure transsit. mox Raenerius praesulibus divi Haemerani, Pruveniae atque Prulae, quae in agro Reginoburgensium cubant, imperat, ut episcopum cum symmystis devotum pronuncient. et hi parere recusant. omnes impudentiam hominis irridٍent et, quid omnino levissimo atque superstitiosissimo Gallo in Germania negocii sit aut etiam romano pontifici inconsultis conlegis suis, episcopis Germaniae, rogant, stomachantur, irascuntur, tantas turbas concitari, discordias seri vociferantur, libertatem christianam opprimi, gregem sanguine dei redemptum in servitutem a falsis pastoribus redigi. Raenerius ultro citro missis nunciis sumptus fecerat, mutuo pecuniam a mercatoribus Senensibus iussu pontificis acceperat, aes alienum conflaverat. Segifridum superiorem, eius mystas, ad urbem Tricassiorum in Galliam haud longe a Luthecia Parisiorum edicto evocat. atque ubi praesto non fuere, condemnat et, ut aes alienum a se contractum Raenerio, Orolando, Bartholo, Leoni, civibus atque negociatoribus Senensibus, dissolvant, pronunciat. quod cum facere supersederent, a praeposito Aechostadiensi et Rebodorypho, iussu Otonis reguli Boiorum, instigante Alberto devoventur kalendis Novembribus.

Inter haec imperator circa Mediolanum cum hostibus confligit, eosdem magna clade adficit, vineas excindit, agros vastat, segetes exurit, legatos in Germaniam mittit, qui concilium imperii cogant, defectionem Longobardorum atque romani pontificis acerbitatem commemorarent. Chunradus caesar, Mogontinus pontifex atque caeteri principes, Moesii, Raspo Turogus, Brandeburgii, Saxones, Geroldus Ariostonus, Brabantini reguli orator Oegrae (civitas est Nariscorum, continua Boiemiae) conveniunt, omnes augusto suppetias ferendum decernunt. soli rex Boiemus atque Boiorum regulus, praefectus praetorio Rheni, intercedunt. Helenobogii maioribus copiis subsistunt, tempus contentionibus protrahunt, Oegram venire recusant. legati quoque Austriaci cum Boiis atque Boiemis adsunt, ab iis auxilia postulant. maiore itaque discordia, discessere invicem principes. iam iacta erat alea, conspiratio detecta, quod intriverant, exedendum erat. Oto totis remis incumbendum esse arbitrabatur, Austriaco auxiliares copias cum Alberto Bogio fratre suo mittit.

Hisce diebus Eccobertus Babobergensis episcopus, vir bellicarum rerum peritissimus, fato concesserat; Viennae in adytu Scotorum

24 Rapso *B*

1 — recusant *l. c. p. 3* 10 — Novembribus *l. c. p. 3* 23 — invicem principes *vgl. Beham p. 5, 6, 14* 32 — erat *Auson. Id. ad Paul. 7, Ter. Phorm. II, 2, 4* 35 — recuperat *vgl. Herm. Altah. p. 393.*

humatus est. huic Austriam ob militarem prudentiam augustus commiserat. eo sublato Fridericus dux accepto ad se Alberto Bogio, eruptione Neostadio facta, cum reliquis imperatoris copiis confligit. Rogerium Bathavensem, Chunradum episcopum Fruxinensem capit, caeteros in fugam vertit brevique elabentibus caesarianis Austriam atque Stiriam ope Boiorum atque regis Boiemiae recuperat.

At Albertus nusquam tutus erat; Landesutae se continet. plures enim inimicos, sicut ipse in quadam ad Honoricum Lerichoveltam conqueritur epistola, nullum amicum habebat. evocatus dolo in Boiemiam, ut praesens episcopo Pragensi bullam (ita vocant) pontificalem exhiberet, vix evasit, ex trium dierum itinere unius diei iter confecit, quicquid tris dies peragrarat, uno die remensus est. deinde Landesutam reversus, nusquam egreditur. classes profugorum monachorum ex Boiemia, maxime Cistertiensium atque Dominicanorum, qui mandata perferrent, instituit, ut, si primi intercepti forent, caeteri ad destinatos locos incolomes pervenirent. hisque ita instructis, omnes regiones tonitru concutit, Boios Suevis, Boiemos Moesiis, Austriacos Moravis, Saxones Turogis, universos inter se quoque vicissim conmittit. diplomata omnibus episcopis Germaniae mittit; nemo episcoporum paret. iubet monachorum patribus, ut episcopos devoveant; nec illi dicto audientes sunt. imperat, ut mystae alios episcopos, monachi alios praesules ex se suoque consilio, nisi hi obtemperarent, legant. nemo non miratur novitate exempli nunquam antehac tentati, nedum facti. nusquam benigne audita est legatio. cuncti fremere, indignari, stomachari coeperunt; hominis temeritatem, cuius vitam ac mores probe nossent, detestabantur. omnia tumultu in Germania complentur; indignissimum facinus praeter fas atque aequum clamitant romanum inceptare episcopum. Chunradus Fruxinensis episcopus ad imperatorem provocat, nullum ius romano flamini absque consensu pontificum Germaniae esse in Germania propalam docet; suos, inquit, romanensis sacerdos pascat Italos, nos a deo constituti canes a nostris ovibus lupos ovina pelle tectos arcebimus. quid aliis facturus sit, hinc discite, si nos fratres suos et collegas, ille personatus vicarius ita accipiat. Segifridus Reginoburgensis episcopus, mystae quoque vel coram Otone regulo Boiorum pro concione professi sunt, se quotannis sexcentos equites alituros imperatori Friderico christianissimo, pientissimo atque optimo principi.

6 — regis Boiemiae *vgl. Beham p. 10* 7 — habebat *vgl. Beham p. 32* 9 — egreditur *vgl. Beham p. 11, 13 flgd.* 13 classes — pervenirent *Beh. 12, 13?* 19 nemo — legant *Beham 16, 21* 29 — accipiat *vgl. Beham p. 5 (1240 in.)* 30 — principi *vgl. l. c. p. 20, Schreiben Alberts an den Papst.*

BSB

Cives quoque atque Rathobotho, praefectus praetorio Boiariae, foedus iniere bellumque Alberto hosti reipublicae christianae, pacis conturbatori, hypocritae pessimo falsoque prophetae indixerunt. Rogerius Bathavensis episcopus exhibenti mandata in templo, dum ipse sacerdotes initiaret, pugnum in caput impegit illumque in vincula coniici iussit. Eburonardus archimysta Boiorum non solum diplomata recipere detrectavit, sed ad Fridericum quoque Austriacum proficiscitur, eandem in gratiam cum augusto redigit. Austriacus continuo Boiemum generum abdicat, Moraviam, regnum Boiemiae vastat, regem boiemum in fugam vertit, nec prece nec minis nec spe regni ab imperatoris amicicia abstrahi potuit adfinitatemque Boiemi detrectanti pontifex romanus diras inferiasque dicit.

At Eburonardus archiepiscopus Saliburgensis bene precatur atque Otoni Boiorum regulo in eam scribit sententiam. primo sibi, quae de pace Strubini iureiurando sancita sint, non servari queritur; deinde docet rebus austriacis occupatum non potuisse interesse concilio, quod dux boius Monachii habuerit; tamen ubi domum in Boiariam venerit, se sedulo operam daturum, uti ea, quae ibi decreta sint, rata fiant omnia; pollicetur modo, ut aequum fasque est, Albertum pestilentissimum nebulonem, bipedum nequissimum, Boiariae perniciem, christianae pietatis conturbatorem, finibus exigat; nihil gratius deo inmortali, Christo servatori nostro, acceptius imperatori fieri posse; in sinu serpentem, in bulga murem non esse nutriendum. Honoricus Babobergensis episcopus Iuliaci apud Charionas nuncios Alberti intercepit atque spoliavit. Brixinensis pontifex omnes angustias, aditus, fauces Alpium interclusit, ne quis internuncius a duce Boiorum Albertove Romam cursitare atque ultro citroque conmeare posset. Fridericus Boiobergius, Aichostadensis sacerdos, cognatus Alberti, tamen eum vicis, castellis, oppidis recipere noluit. nec praesules monachorum in re tam nefanda (ut ipsi adpellant) Alberto, hosti religionis fucato, obtemperare in animum induxere, quin hominem veluti reipublicae christianae eversorem, morum bonorum perniciem insectabantur. Boie-

3 *Am Rande in A:* uncto 4 sacerdos *B* 25 adytus *B*

1 — indixerunt *vgl. Bch. p. 25* 3 — iussit *l. c. 18* 6 — redigit *l. c. p. 9, 16?* 8 — vertit *vgl. l. c. 30, wo es jedoch heisst:* terga vertit Austriacus. *Ob Oefele und Höfler die sehr flüchtig geschriebene Stelle der Adversarien (fol. 36 v.) richtig gelesen, ist zweifelhaft; die obige Angabe deutet darauf, dass* rex Boiemiae *als Subject zu* terga vertit — Austriacus *als Subject zum folgenden zu beziehen ist; vielleicht hat aber A. seine eigenen Excerpte missverstanden* 13 — nutriendum *vgl. Beham p. 24* 20 bipedum nequissimum *Plin. Ep. I, 5* 24 prope Villacum *Beham p. 30* 25 — posset *vgl. Beham p. 19 (p. 795)* 28 *Friedrich v. Parsberg, Bischof v. Eichstädt;* — noluit *vgl. Beham p. 26.*

miae quidam praesul eundem invitatum in vincula coniecit nec dimisit, ante quam bene precaretur atque syngrapham daret. Theodomarus Aldaechii inferioris antistes adversus Alberto fuit; huic Albertus, quod pro imperatore Friderico deum adprecaretur et Theodomarum, nepotem Angilostadensem, parochum cooptasset, sacris interdixerat cumque postea in id monasterium divertisset, eius scriba Veronardo, item nepote Veronardo interfectis, incertum, an dolo Theodomari, ipse nudus, amissis omnibus rebus, vix evasit. episcopi non solum eius mandata in dubium revocarunt, sed ipsum etiam veluti osorem christianae concordiae, haeresiarcham perniciosissimum, per omnium sacerdotum, monachorum religiones devoverunt, deteriorem Turcis, Iudaeis, Saracenis, Tartaris praedicabant. ea fieri auspicio romani pontificis apud christianos praeter fas et aequum, contra leges, contra intercessiones, adversus auspicia, ius gentium, doctrinam Christi, quae ne apud inmanissimos Tartaros committerentur, vociferabantur. Reginoburgensis atque Bathavensis episcopus cruce signatas copias adversus Albertum ducebant. solum Honoricus Lerichovelta, mysta Reginoburgensis, proximus Alberto, Fridericus Libonizius Iuvavensis, spe pontificatus, clam rebus Alberti studebant et Honoricus, monachus Aldaechii inferioris. imperator quoque hoc exemplo Otoni Boiorum regulo epistolam mittit: ‚certior factus sum literis Eburonardi archiepiscopi Iuvavensis atque Friderici ducis Austriae, Albertum quendam sacerdotulum authoritate Gregorii, qui dicitur papa, in nos convicia iactare eumque in vicis, oppidis, castellis tuis habitare. quam id impium sit, tute existimare potes. morte moriatur, qui maledicit principi suo. te atque tuum avum ex infimo loco ego et avus meus ad fastigium summum evexim us; huiuscemodi crimini laesae maiestatis obnoxius exigatur.

15 *In A folgt, eingeklammert:*

Pellitur e medio sapientia, vi geritur res,
Spernitur orator bonus, horridus miles amatur.
Haud doctis dictis certantes, sed maledictis,
Inter se miscent inimicicias agitantes,
Non ex iure manu consertum, sed mage ferro
Rem repetunt regnumque petunt, violant solida vi *[vgl. Gell. N. A. XX, 10]*. *Ebendort am Rande:* verum vulgus nobilis, capti promissionibus et pollicitis p(ontificis) m(aximi), partes eius sequebantur atque tandem vicere

17 Lerichvelta *B* 27 lesae *A*

2 — evasit *vgl. Beham p. 31* 15 — ducebant *l. c. 17* 17 — inferioris *vgl. Beham p. 25* 18 H. de Lerchenveld, Fridericus de Libenitz *l. c.* 20 *4. Okt. 1240; Beham p. 26. Der dort von A. gemachte Auszug stimmt mit dem obigen nicht überein. Vgl. auch Böhmer = Ficker, Reg. imp. V, Nr. 3148.*

BSB

data in obsidione Faventiae, quarto nonas Octobris.' Bathavensibus quoque mystis scriptum, ut sacerdotium Alberto adimant atque eum ex albo mystarum eradant. ipsi obedienter imperata fecerunt.

Cap. 5. Haec omnia Albertus per Catharinam anum sanctulam, (begutas vocant) et Honoricum puerum (nihil minus quam suspectos huiuscemodi rerum nuncios esse) romanis flaminibus aperit et significat. Argentoratensi episcopo, qui verbis amiciciam Alberti prae se ferebat, factis vero negabat, datur negocium, ut in Fruxinensem Mogontinumque episcopum, alioqui homicidii, falsarii crimine reos, inquirat. Argentoratensis causatus se in meditullio imperii habitare, hanc rem odiosam a se ad Honoricum Schirensem praesulem in Boiariam relegat. Albertus superstitione quoque, qua nihil efficacius ad humanas menteis continendas esse solet, rebus suis consuluit. erat Oto uxorius, eius coniux Hagna religiosula. hanc per Honoricum scribam ducis, praepositum Monasteriensem, Theodericum Otolinum, domesticum sacerdotem, qui eruditionis palmam ex schola detulerat, circumvenit. hi adseverant, se pridie calendas Maii noctu, quam pervigilio legatis et auditoribus Christi, divo Iacobo et Philippo, celebrassent, cum concoquissent, bis per quietem atque somnium vidisse ensem Alberto caelitus demissum, deiparam virginem, reliquos comites Christi eburneos, qui inscripti literis aureis, omnia acta Alberti probarent, confirmarent authoresque fierent omnium, quaecunque is inceptaret aut moliretur, hocque somnio ducem atque uxorem suos arbitrabatur. posthaec rursus episcopo Augustano, ut Ulmam, Augustam, Verdunum, Laugios, Nordelios, Morinos Vindeliciae, Aechostadensi vero, ut Noreiobergam, Visseburgium, Graedingios, Viridoburgenses, Gaemundiam, Dincopychilos, Halios, quod milites Friderico in Italiam miserint, devoveat, praecipit. nemo obtemperat. deinde omnes episcopos, sacerdotes, monachos ad se Landesutam evocat; ne unus quidem apparet. pontifex romanus consilio tamen Alberti scribit mystis, monachis, ut alios cooptent antistites, nisi hi Alberto dicto sint audientes. cum

18 concoquissent *sic A u. B* 26 Gaemundum *A*

1 — eradant *vgl. Böhmer-Ficker, Nr. 3149;* — fecerunt *vgl. auch Beham 30* 4 — significat *vgl. Beham p. 19 (Oefele p. 795); die Namen der Boten sind in A's. Auszügen (f. 40 v.) nur mit den Anfangsbuchstaben bezeichnet:* C. conversa, H. puer. *Dass A. hier nicht nach seinen Auszügen, sondern unmittelbar nach dem verlorenen Missivbuche Albert Behams gearbeitet habe, kann man daraus, dass die Namen oben ausgeschrieben sind, doch nicht mit Sicherheit schliessen* 5 *Beghinen* 7 — relegat *vgl. l. c. p. 5, 12* 14 — arbitrabatur *vgl. l. c. 29* 15 Ottelinus *l. c.* 24 — praecipit *vgl. Beham p. 4, 5* 25 Murnawe *l. c. 5* 28 — apparet *vgl. l. c. 13, 14, 19* 30 — imperat *vgl. l. c. 16, 21.*

BSB

nec hac via successisset, ternos mystas Augustanos, Iuvavenses, quaternos Brixinae, Vangionum, Constantiae, Nemetum, quinos Bathavenses, Fruxinenses, Viridoburgenses, Mogontinos, Babobergenses, Aechostadenses, praeterea Segifridum Reginoburgensem episcopum, duos ministros, totidem cives, tris mystas, quos omnes Albertus nominatim indicavit, Romam propriis sumptibus in ius ire imperat.

Haec ubi frustra tentata sunt imperatorique Friderico renunciata, iam plaerique coniuratorum, ut condictum erat, Budisii comitia caesarea habebant. augustus ubi hoc rescivit, principibus cunctis, maxime Otoni Boiorum regulo praefectoque praetorio Rheni, literas mittit. illarum haec sententia fuit: plaeraque crimina sibi obiecta a romano pontifice negando diluit, alia in illum retorquendo confutat. pontifices romanos auctos divitiis et dignitate a se atque caeteris imperatoribus, aemulos esse pertinacissimos omnium regum atque principum neque parem ultra ferre posse. manibus pedibusque, noctes diesque id eos conari, ut non tam se quam sacrosancto romano imperio, tanquam capite oppresso, facile caeteris membris omnibus servitutem imponant. adfectare eos dominationem atque divinitatem, nempe ut ab omnibus haud aliter, immo magis quam deus timeatur. nam multos Antichristos inesse romanensibus illis nec ullos alios, quemadmodum opera ostendunt, exitio christianae religioni esse. se quidem optime sentire de Christo atque eius religione praedicat nihilque magis cupere, quam ut suo tempore respublica christiana pristinam maiestatem, simplicitatem et pacem recuperet. quod fieri nequaquam potest, nisi spinae eradicentur, hoc est ambitio, superbia, fastus, luxus sacerdotum romanorum, subtractis opibus atque divitiis extirpentur radicitus. copia rerum sapientissimos quosque corrumpere solet; in rebus divinis non solum romanum episcopum sed unumquemque sacerdotem sibi patrem fore, modo rebus prophanis sibi conmissis abstineat, proponit. imperium christianum, cuius ipse caput constitutus sit a deo, non armis, non vi opprimi posse, sed luxuria, cupiditate, quae radix omnium malorum est, enervari, adulterari, corrumpi: quod ne fiat, se obviam iturum, se summopere pro conmisso sibi a deo negocio, potestate enseque di-

1 ne *st.* nec *B* 8 *Am Rande in A:* Budweis — coniectura — Suevi Quad 19 imo *B*

8 — habebant *vgl. Beham p. 14* 11 — tercia decima *Schreiben K. Friedrichs vom 18. Juli 1240, erlassen während der Belagerung von Ascoli; Böhmer = Ficker Nr. 3129, von A. sehr frei wiedergegeben; vgl. auch Albert Behams Conceptbuch, ed. Höfler a. a. O., p. 79, Nr. 6* 15 manibus — conari *Ter. Andr. IV, 1, 52; vgl. Bd. II, 415, 27* 31 quae — est *1 Tim. 6, 10; vgl. II, 421, 14.*

vinitus tradito contra enisurum, ut ovili pastorem, populo pontificem, mundo parentem, detracta persona lupi, tyranni, atque domini restituat, ut eundem abdicata regnorum, humanarum litium cura, prophanorum negociorum administratione, quibus illi interdictum sit, ad aemulanda pauperis Christi, cuius vicarium se iactitat, vestigia cogat; se amplius neque passurum, ut christianae plaebi lupus ovina pelle tectus diutius imponat. opus vel maximum esse pietatis atque charitatis, gratissimum inmortali deo, opes et aurum, irritamenta malorum sacerdotibus auferre. namque haec (inquit) perniciem esse religionis, adeo ut homo ille, qui dicitur papa, divitiis nimium auctus, maximo pietatis christianae detrimento, omnia sibi licere more tyrannorum pessimorum putet, rationem actuum nemini, quasi sit deus, reddere velit, id, quod soli deo convenit, usurpet, se errare ullave mendacii religione astringi non posse, credi sibi impudentissime simul imperiose postulat. fraudes, dolos, commenta, fucum taceri; sibi ut vicino eum intus et in cute notum esse. proinde quicunque rem christianam salvam esse velint, faveant, adsint et causam Christi servatoris nostri, omnium denique christianorum agenti bene praecentur. datum in obsidione Aesculi Iulii duodevicesimo die, indictione terciadecima.

Cum hac quoque epistola legatos, conventu in Boiemiam indicto, ad Vincissolaum regem proficisci iubet, qui illum officii admoneant, beneficia a maioribus imperatoris in gentem Boiemiae collata commemorent. duces Boiemiae ab avo patruoque imperatoris regio diademate donatos esse, quorum tercius sit Vincissolaus; spectandam esse audaciam romanorum flaminum, ne horum fallacia seductus, se atque rempublicam discordiae malis perditum eat. pontificem romanum insidiari nationi, orbis reginae; ideo dare illum operam, ut eius valentissimas gentes, Boiemos, Teutonas, Venedos, Schlavos, Danos, Cimbros, Ugros committere quovis queat modo. cives adversus cives, monachos adversus mystas, hos in episcopos ab eodem concitari. praesules pontificibus, divendito illis cultu, mitra, pedo lituoque pontificio aequari, prophanos, avarissimum quemque atque pecuniae maxime studiosum, decimis distributis, contra sacerdoteis bene sentientes sollicitari. qui sint Romanenses illi, opera eorum ostendere. Christum mundo pacem dedisse, illos bella civilia propinare, duces, regulos, tetrarchas, eisdem falsis christis cohortantibus, invicem saevire et velut membra augusto capiti suo repugnare atque divinae maiestati resistere; Gregorium

2 detrecta *B* 33 sentienteis *A*

15 cum — esse *vgl. oben II, 447, 23*

nonum, captum imperii consuetudine, ut solus regnet, omnia perturbare atque conmiscere, cuncta tumultu conplere, ut sursum, deorsum universa ferantur. iam pridem eos, qui Babyloniae, hoc est Romae, templo dei incubent, divinitatem adfectare et astute id dissimulare solasque germanicas vires ab his timeri, quas ut spectaculum sibi paria conponant. vulpeculas illas conari atque, ut Germania illa victrix terrarum, eius bellicosissimi populi, Venedi, Schlavi, Ugri, Dani, Teutones suis viribus, mutuis vulneribus corruant, summopere illos studere. ita exangues atque defessos, praedae effoeminatis illis, libidini atque servituti primarii sacerdotis procul dubio obnoxios fore. aliter non orbem terrarum neque cunctas gentes conglobatas, robustissimis Germaniae gentibus quicquam officere posse. omnes homines natura proclives ad mala, omnia mala exempla ex bonis iniciis orta esse; ubi semel romanus sacerdos gladium nactus eduxerit, neminem licentiae eius atque furori finem aut modum statuere ausurum neque illum cessaturum, donec omneis, iuxta bonos ac malos, in servitutem redigat ac nos tandem sero eventu rerum malisque nostris edocti sapere cogamur.

Haec ubi dicta sunt a legatis, rex boiemus conmutato animo, alioqui pontificis maximi conatus, quod legatum petentibus non miserat, suspectos habens, coepta improbat, se in potestate augusti atque caesaris fore respondet atque foedus novis sacramentis, datis obsidibus, Oegrae consilio habito, redintegrandum decernit. idem caeteri principes censent. Otonem Boium, qui aberat, huius discordiae authorem, contra rempublicam fecisse, crimine perfidiae, proditae maiestatis, populi christiani accersendum, proinde utroque ducatu deturbandum esse statuunt. Oto ubi haec rescivit atque uxor eius, metu anxii pavoreque exanimantur; ipsa febre laborare coepit. Oto per Albertum omnia romano episcopo aperit, periculum inminens ostendit, auxilium atque consilium eius implorat, se imparem viribus adversariis esse in dubioque rem, vitam, salutem coniugis atque liberum versari docet. postea quam maximis potest itineribus ad Vincissolaum, consanguineum suum, in Boiemiam, unde genus maternum ducebat, contendit, suadet, hortatur, obtestatur, minatur, ne se atque partes Boiemus desereret. cumque parum proficeret, hoc tandem impetrat, uti foedus, cui se quoque accessurum simulabat, differretur aliudque concilium apud

13 omnia — esse *Sall. Cat. 51, 27* 14 ubi — statuere *nach Sall. Cat. 51, 36* 19 — docet *vgl. Beham p. 14, 15* 32 — cogeretur *vgl. Beham p. 14* 37 — redigendum esse *nach Beham p. 17? Dort heisst es jedoch, dass Boten des Königs nach Landshut gekommen seien.*

Helenobogios cogeretur. inter haec Chunradus caesar Landesutam noctu absente duce venit, illius uxori denunciat, ni virum a proposito revocet atque in fide contineat, haud dubie poenas ingratum hominem daturum, avum eius atque parentem ab avo atque parente suo ex obscuris Vitellipagi crepundiis ad ducatum Boiariae atque Rheni Palatium evectum esse rursusque, si ita ingratus tot beneficiis pergat, ad Vitellopagum redigendum esse. coniux, ut meticulosa erat, viro, ubi reversus est, haec nunciat isque rursus Nono Romam scribit. Gregorius Otoni atque regi Boiemiae rescribit, ad alios quoque, quos idoneos credebat, dat literas. hortatur, ne ecclesiam dei deserant, ingentia pollicetur munera, coelum atque divinitatem condonat.

Erat Vincissolao soror Franciscana; eius consilio frater nitebatur. principes senatorum omnium erant Bochuzolaus, filius Zelauconis, atque Budissolaus, Iarozelai filius. hos pollicitis atque donis pontifex sibi conciliat, illis coelum aperiendo, inferos claudendo efficit, ut regem in fide continerent rursusque is ab imperatore desciscęret. rursusque Vincissolaus et Oto atque Hainricus Bolius, Belus Ugrus statuunt tercio calendas Iulii Libussae in confinio Bolaniae convenire, filium regis Danorum caesarem adversus Fridericum declarare atque rebus imponere Gregoriumque certiorem faciunt per Burgardum atque Hyldericum et postulant, ut legatum sapientem atque magnae authoritatis per Ungariam mittat, quem rex boiemus atque praeses Bolaniae honorifice excepturi Libussamque maximo apparatu deducturi sint. iisdem diebus archiepiscopus quoque Agrippinensis Coloniae ad Nonum deficit, Brabantino, qui partium imperatoris erat, bellum indicit. verum amissis omnibus copiis, captus atque in vincula coniectus est.

Turogi atque Chatti ob insigne regni, nempe leonem decertant. in tanto rerum tumultu (uti fieri solet) licentia armorum, partim metu, partim audacia, partim tempore atque taedio paulatim labente disciplina monachi, mystae, foeminae sacratae, quorum opera pontifices, praesules in scribendis emendatissime codicibus utebantur (sicut in bibliothecis videre licet) dissoluto severioris castimoniae iugo, populariter vivere coeperunt, mystae adeo, ut nihil illis vicio verti possit; longinqua con-

5 Vitellipagi *sic* 7 Vitellopagum *sic* 19 *In A über- und am Rande beigeschrieben:* Waldomari 2. Ericum maximum natu 32 saeverioris *B*

12 — imponere *vgl. Beham p. 6, 14, 15, 21* 18 in festo b. Petri in loco Lubus *Beham p. 6* 20 — sint *vgl. l. c. 27, 28* 26 *Erzbischof Konrad v. Köln wurde 1242 zwischen Brühl und Lechenich vom Grafen Wilhelm von Jülich besiegt und gefangen genommen. Vgl. Ennen, Gesch. der Stadt Köln, II, 88* 27 — decertant *vgl. Beham p. 23.*

suetudo virtutis nomen occupavit. apud omnes monachorum aedes contubernia sacratarum foeminarum in Boiaria quidem fuisse reperio. ea hoc motu, templis ad egestatem redactis, interiere. monachorum examina, apud quos tum literarum exercitia publica erant, huiuscemodi seditionibus; studio atque ludo sublato, ocio torpescere, luxu diffluere coeperunt; demum parentum memoria, genitoris, atque avi nostrorum principum et Nicolai Cusae opera, rursus sub iugum disciplinae, cui addicti, missi sunt. principes postea certatim in suis oppidis, perpetuis salariis ex aerario publice datis, gymnasia literaria aperuerunt periclitantique reipublicae literarum opem tulere. sapientiores plaeriique pertinaciam utriusque partis condemnabant malebantque imperium ex Germania rursus in Italiam transferri, modo liceret Germanis pacem a Christo datam agitare atque avariciae et libidinis romanorum flaminum inmunibus esse, illos vicini imperatoris viribus in ordinem redactos iri augurabantur.

Quae tum Boiaria perpessa sit, epistolae, diplomata, tabulae, quae in templis atque conlegiis extant, aperiunt. res opportuna nobilitati atque grassatoribus fuit. pars imperatori, pars pontifici verbis quidem favebant, verum factis omnes sibi serviebant. Chunradus Bathavoburgensis regulus vicina sibi coenobia, Rhodon, Attilam, quae imperatoria esse dictitabat, diripit. Albertus et Chunradus Moseburgenses, curatores Bariorum, conlegii Augustiniani iuxta patriam meam, Raram, vicinam eiusdem religionis aedem, spoliant, frumenta, reditus, praedia intercipiunt. huius fani propugnator Alemanus, Abusinae patriae meae dynasta, Piburgii proximi contubernii Benedictini prata Apso contigua aufert. Hyldericus Stonus, cuius parentes hoc templum dicarant, in Italia apud imperatorem, ubi et interiit, eques merebat. Albertus Bogius, neutri fidus, cunctos vicinos hostes ducebat. Rathobotho Artobergensis, praefectus praetorio Boiariae, quo utilitas invitabat, animum inclinabat. in superiore Boiaria Alpibus subdita Segibotho Neoburgensis (arx modo semidiruta est haud longe a Vinaria) praeses Otonis Andechysii, Dalmatiae reguli, Histriae et praetorio Burgundiae praefecti, bello lacessere ausus est vires Otonis, ducis Boiorum. huius equites monachos et templa, Tigurinos, Vinariam, Buros, reliquos

19 Bathovoburgensis *B* 31 Neobergensis *B*

19 — diripit *gefolgert aus Albert Behams Auftrag an den Grafen v. Wasserburg, Kloster Rott (Attl ist wohl an Stelle der Lücke aus den hier fast unleserlichen Excerpten f. 39 zu ergänzen) zu occupiren? vgl. Beham p. 4* 21 — aufert *Quelle?* 26 — inclinabat *Quellen?* 30 — deducitur *vgl. Ann. Scheftlar. mai. zu 1238—1241; daneben scheint aber, besonders für die Nachrichten über Siboto von Neuenburg, auch eine uns unbekannte Quelle benützt zu sein.*

BSB

mystas in superiore Boiaria, qui in clientela Otonis Andechysii erant, crebro quasi rebus imperatoris studentes depraedabantur. Boiorum quoque regulus Voliphorathusium obsidet, Buros atque Tigurinos adfligit; cuncta ferro, flamma devastantur; agricolae relictis agris aufugiunt. quingenta templa, in quae incolae res suas congesserant, vi effracta atque conpilata sunt. Segibotho captus, in vincula coniectus Burgusium deducitur.

Partes etiam pontificales inter se dissentiebant. rex boiemus, quasi suis viribus niteretur, caeteros floccifaciebat. si adversarii impares fore timebantur, rursus ad eos, quo pares fierent, hi, quibus bellum utilior erat quam pax, deficiebant. invicem pro principatu conscii contendebant; quisque suprema occupare avebat; fratres, parentes, liberi diversas sectabantur factiones. cum novus quispiam accesserat, illi, qui duces multitudinis erant, suum commodum, honorem, dignitatem sociorum accessione deminui sentientes, ad inimicos descicebant. ubi Mogontinus, Chattus, atque Turogus ab imperatore, Boiemus atque Boius rursus ad illum defecerunt. nemo constantior duce Austriae fuit; nullis minis, precibus, donis, pollicitis conmotus, imperatoris, quoad vixit, constantissime tutatus est partes, modo Boiemum, modo Ugrum bello continenter lacessens. Albertus quoque, quos publice devovebat, clam acceptis muneribus, data syngrapha solvebat. romani quoque flamines, denegato suis legato, sociis non omnino fidebant aut eos salvos esse volebant; consilium eorum erat, ut Germania suis viribus rueret discordiaque contunderetur, qua vires ecclesiasticae opesque Romanensium crescerent.

Dum ita armis civilibus orbis romanus flagrat, Ochodarius, Zingisae primi Tatarorum imperatoris filius (Ioannem Capinum Franciscanum, qui in Sarmatiam atque Scythiam a romano sacerdote missus diutiusque ibi versatus de gentis moribus, origine, situ, re bellica, religione librum scripsit, sequor) Bathum cognatum suum Sarmatiam europeam, Germaniam invadere per trigintaque continenter annos devastare, donec aut eas omneis gentes excindat aut in servitutem re-

11 utilior *sic A u. B* 20 modum Ugrum *B* 27 Tartarorum *B* 32 genteis *A*

27 *Der Franziskanerbruder Johann Duplan oder Plan Carpin ging als Führer einer päpstlichen Gesandtschaft 1246 in die mongolische Steppe. Die erste Ausgabe seines Reiseberichtes erschien 1537 in Venedig unter dem Titel: Jean Duplan, Opera dilettevole da intendere, nel qual si contiene, doi itinerarii in Tartaria, per alcuni fratri del ordine minore e di S. Domenico (cioe frate Giovanni e frate Simone), mandati da papa Innocentio IV. nella detta Provincia de Scithia per Ambasciatori, non piu vulgarizata. A. scheint also das Werk in einer Handschrift benützt zu haben.*

digat, imperat; ante domum rediisse capitale fore. Bathus igitur cum ducibus Cadano, Bugotho, Orodario Roxolanos, Bodolios, Multavos, Valachos, Bolios, Boruscos depopulatur; nobiles, principes, equites, pedites, sacros, prophanos, pueros, puellas, viros, foeminas, sacerdotes, monachos, pontifices occidit, interficit, necat, conburit, universos inultos more pecudum mactat, aedificia, villas, civitates, templa cum hominibus exurit, agros, segetes incendit; pars in sylvas et ad paludes aufugiunt; Cracovia, Vratizolavia, ingentes urbes, vacuae cultoribus inventae, illa ad Vistulae, haec ad Suevi amnis fluenta condita, ambae direptae igne ab irato Scytha concrematae sunt.

Iuxta Vratizolaviam Honoricus Bolaniae atque Silesiae regulus, filius divae Haeduovicae, cum Tataris conflixit, et omnibus copiis amissis, profligatis proceribus ipse captus securique percussus est. novem culeos auriculis caesorum opplevit hostis, qui Moraviam inde regnumque Boiemiae, nullo resistente, Vincissolao se in munitissimis natura arcibus continente, crudeliter adfligit et ad solitudinem pene redigit. a Iulio monte, qui caput est Moraviae, Ungariam petit, Belum quartum regem Ugrorum, fratrem eius Colomanum, obviam procedere ausos, fundit, in fugam vertit, castris exuit, civis, indigenas, advenas, episcopos, monachos, sacerdotes contrucidat, utramque Ungariam cis et ultra Danubium, Pannoniam, Moesiam, Bosnam, Bulgariam, Serviam simili clade adficit; conplures fame periisse, traditur. tribus annis hisce incubuere regionibus Tatari, nulla quies ab armis, caede illis fuit.

Regnum Ungariae, quod sub imperatore Arionulpho coeperat et per trecentos atque quinquaginta annos steterat, graviter adtritum atque concussum est. Belus Ugrorum rex Polam, Histriae urbem, ad Otonem ducem Dalmatiae, amitinum suum, aufugit; oratores ad Fridericum imperatorem postulatum auxilium proficisci iubet. romani flamines Friderico authore eiusque milite ductore erupisse in has regiones hostem tam crudelem rumore dissipant. Albertus Boiemus Volonibus, qui ultro nomina dederant, nota caelesti se signarant, hostes adgredi meditabantur, ut domi se contineant, imperat, donec a pontifice maximo adversus imperatorem Fridericum evocentur. extat haec epistola et quidem autographa. augustus audita legatione Ugrorum mandat regi Boiemiae atque Otoni Boio, Gregorio suadeant, uti

12 Tartaris *B*

12 maritus *nach Joh. Victor. I (1, p. 279)* 24 — concussum est *vgl. Herm. Altah. annal. zu 1241* 28 — dissipant *vgl. Behams Schreiben an den Bischof v. Ferrara, Beham p. 28* 31 *An die Olmützer? vgl. Beham p. 10 (p. 788), Schreiben desselben v. 9. Mai 1240* 34 augustus — exigant *nach Beham 60?*

BSB

secum in gratiam redeat, quo conmunibus copiis, viribus coniunctis, Tataros ab orbe romano exigant. rex boiemus atque Oto publice quidem pontificem ad pacem amplectendam ex composito cohortantur. verum occulte signo Alberti scriptis literis, ut bellum adversus imperatorem persequatur, consulunt. quod si utique ad pacem (quemadmodum fama iactitetur) pronior sit, se certiores fieri postulant. verum malorum hominum technis pacis conditiones ab augusto oblatae spretae sunt. imperator post haec Ugro rescribit, se ab romano Pharisaeo armis premi, oblatam ultro a se pacem spernere eundem neque se audere domo pedem usquam gentium tollere; dolere admodum, quod illi, quemadmodum optet, suppetias ferre nequeat. Chunrado caesari, filio suo, atque Teutonibus et Venedis praecepisse, ut dent operam, ne quid detrimenti respublica ultra Alpas capiat.

Eadem tempestate in prima Vindelicia apud Lycatios Beritholdus, Adolaeda uxor, Gryphopagi, Burgiochamis aedem divo Georgio dicant, virgines sanctas ibi conlocant. sed quod minus idoneus locus erat pietati solitudinem amantium, Segibothonis Seoveltae Augustani episcopi conmeatu, precibus Chunradi caesaris, consentiente Beritholdo atque Adolaeda, sacerdotissae atque flaminicae illae Cistercienses ad Schonoveltas (quod speciosum campum, si quis interpretetur, valet) haud longe ab hostiis Lyci migrant. factum id anno aerae nostrae 1241. aduc ibi degunt.

Circa eundem temporis tractum coniuratorum quidam nihilosecius Libussae convenire, comitia caesarea habere meditantur, de novo principe creando consilia ineunt. at plaerosque regni Boiemiae, Bolaniae, Ungariae devastatio atque casus a proposito deterruit. rex quoque Danorum filium suum a coepto retraxit. ita omne consilium conscio-rum frustra fuit. nam et Nonus iisdem diebus animam efflavit. augustus igitur atque caesar, capite conspirationis sublato partibusque graviter a Scythis adflictis, metu liberati, copias cogunt, arma conparant, expeditionem in Tataros parant. quod ubi illi per exploratores cognovere, cum alioqui Ochodarium regem suum interiisse audi-

2 Tartaros *A u. B* *In A folgt:* equites sacros (quos heroas Teutonicos vocamus) in limite septentrionali adversus Tataros instituit 9 phariseo *A* 23 cumdem *B* 31 Tartaros *B*

2 — postulant *vgl. Beham 27, 28* 8 — capiat *vgl. Böhmer-Ficker Nr. 3211* 20 *Niederschönenfeld;* — 1241 *vgl. die Bestätigungsurkunde Bischof Siboto's von Augsburg von 1241; Mon. Boic. XVI, 259 flgd.* 24 *Lubus; vgl. Beham 6* 26 rex — retraxit *Beh. 22* 28 — efflavit *vgl. Herm. Altah. annal. zu 1241 und Beh. 59* 32 Occoday *bei Duplan (Relation des Mongols ou Tartares; Paris, 1838; p. 268.)*

rent, Ungaria excedunt; recta Danubii ripa ad Tauricam peninsulam, quam nunc Praecoviam dicunt, atque Meotida paludem et Tanaim amnem in Sarmatiam asiaticam, Cimbrorum quondam domicilium, revertuntur.

Sub idem tempus Eburonardus archiepiscopus Iuvavensis atque Rogerius Bathavensis Chunradum Fruxinensem episcopum atque Otonem regulum Boiorum in gratiam redigunt; Burgiorhaeni episcopo tribuuntur. aegre tulit hanc concordiam Albertus, se peti ratus, romanis flaminibus rem atque concordiam ipsis perniciosam aperit, petit, obsecrat, ut hanc iure suo interturbent; Otonem quoque nonnihil negligentiae accusat suspectumque habere coepit. hae literae interceptae sunt et ad archimystam Iuvavensem delatae. quamobrem ille et omnes episcopi Boiariae Reginoburgii conveniunt. ipse Eburonardus Iuvaviae, Honoricus Babobergomi, Fridericus Aechostadii, Rogerius Bathaviae, Chunradus Fruxini, Segifridus Reginoburgensium Brixinaeque pontifex, Hirsobergensis quoque regulus coeunt. deinde Segifridus Reginoburgensis episcopus, Eburonardus Abusinus, eiusdem fani praepositus, Chunradus decanus, Semanus archidiaconus Landesutam ad regulum Boiorum praefectumque praetorio Rheni se conferunt, postulant ab eo, ut Reginoburgium proficiscatur, ubi de republica summisque rebus agant in communeque consulant. annuit Oto postulatis. ubi Reginoburgium ventum est et proceres consedere, literae Alberti, quibus Otonem Boiorum ducem de fide suspectum romano episcopo facit, recitantur. deinde huiuscemodi orationem archimystam habuisse reperio: Christus servator, dominus et deus noster, relicto aethereo solio atque (ut ita loquar) inmortalitate mortalis pauperque effectus est, ut nos inmortales atque divites efficeret, cumque devictis inferis triumphabundus rursus in coelum rediturus esset, pacem suam nobis dedit, pacem suam nobis reliquit, concordiam atque mutuum amorem tanquam notam atque tesseram, qua cives sui a militibus inferi Iovis discernerentur, adsignavit. summo opere quoque admonuit, uti falsos Christos, falsos prophetas vitaremus, qui tecti pelle ovina, nimirum christiano nomine atque pontificio titulo nobis dominari atque inludere cuperent. quos ex spinis atqué operibus, nempe avaricia, luxu, con-

20 *Am Rande in A:* 1206 *[sic]* Pertholdus et Albertus Bogii, Rapoto et Henricus Ortobergenses pro tutela Nidern Altach belligerantur.

5 — recitantur *vgl. Beham 20—23; dazu aber ist eine weitere Quelle benützt, vielleicht die Passauer Annalen, dieselbe, die bei Bruschius, De Laureaco veteri, 188 flgd. (Hund, 210) benützt scheint* 11 hae — delatae *Beh. 24?* 25 *Trotz dieser Angabe lässt sich nicht zweifeln, dass A. die Rede selbst verfasst hat* 31 summo — docuit *Matth. 7, 15—20.*

BSB

tentione, odio, invidia, bellis, discordiae malis, libidine dominandi, ambitione cognosci oportere docuit. quid nam apertius hisce verbis quam Babylonis Phariseos atque scribas caelestis imperator indicavit? sub pontificis maximi titulo, pastoris pelle lupum saevissimum, nisi caeci sumus, sentimus. romani flamines arma in omnes habent christianos, audendo, fallendo et bella ex bellis serendo magni facti, oves trucidant, occidunt pacem, concordiam terris depellunt, intestina bella, domesticas seditiones ab inferis eliciunt, in dies magis atque magis omnium vires debilitant, ut omnium capitibus insultent, omnes devorent, universos in servitutem redigant. non pontificis more gregi consulunt, sed potius inmanitate tyranni licentia debachantur; iusticia rarescit, impietas, avaricia, cupiditas honorum, pecuniae studium, libido crebrescit. inopes et boni praedae sunt sceleratis ac divexantur undique ab iniustis, soli autem mali opulenti sunt. Christus inimicos odio habere vetat, eosdem amari praecipit, de hisce promereri, fidem hostibus servare, beneficiis maleficia expiare docet. Romanenses contra sancta violare, foedere dei numine sacrato ad fallendos homines abuti, benemeritis ingratos esse, malefactis beneficia compensare, bellare, litigare, defraudare, prodere, decipere sub magna pietatis superficie iubent. divinae maiestati, caelesti providentiae, naturae repugnare, supremae potestati a deo optimo maximo constitutae resistere nos volunt.

Hildebrandus ante annos centum atque septuaginta primus specie religionis Antichristi imperii fundamenta iecit. hoc bellum nefandum primus auspicatus est, quod per successores huc usque continuatur. primo illi imperatorem a comitiis pontificalibus extrusere, ea ad populum et sacerdotes transtulere. deinde et his ludibrio habitis atque explosis nunc et nos in ordinem redigere atque servitutem conantur, ut soli regnent. capti iam imperii consuetudine, pensitatis suis et adversariorum viribus, occasione rapiendae dominationis et opprimendae libertatis christianae, specioso ecclesiasticae constituendae libertatis fuco utentur. credite experto: non cessabunt, donec imperatore in ordinem redacto, romani imperii honore soluto, pastoribus veris, qui pascant, oppressis, canibus, qui latrare queant, sublatis, per hunc morem omnia extinguant aut occidant. ideo omnia turbare atque permiscere volunt, ut impune in gregem Christi debacchentur, iam non conservi atque confratres esse volunt sed dominari

33 romano *A u. B* 36 debachentur *B*

11 — opulenti sunt *Lact. Inst. VII, 15, 8* 14 Christus — docet *Matth. 5, 44*
32 credite experto *aus Vergil. Aen. XI, 283.*

vel ingratis contendunt. Paulus armarium philosophiae divinae praecipit: subiecti invicem in timore Christi estote. hoc interesse inter christianorum prophanorum principes caelestis doctor et praeceptor noster summusque atque inmortalis pontifex docet, quod hi dominantur subditis, illi serviunt. formam servi suprema maiestas suscepit, ut discipulis suis serviret eorumque pedes lavaret. maiores sumus, cum minimi omnium fuerimus, flamines illi Babyloniae soli regnare capiunt, ferre parem non possunt; non desistent, donec omnia pedibus suis conculcaverint atque in templo dei sedeant extollanturque supra omne id, quod colitur. fames opum, sitis honorum inexplebilis est; quo plura avido concesseris, eo plura adpetit. porrige digitum et manum concupiscet. licentia omnes sumus deteriores. qui servus servorum est, dominus dominorum perinde ac si deus foret, esse cupit. sacros coetus atque concilia fratrum, immo dominorum suorum aspernatur. timet, ne eorum, quae adversus auspicia, leges, intercessiones in dies magis atque magis gerit, rationem reddere cogatur. ingentia loquitur, quasi vero deus esset.

Nova consilia sub pectore volutat, ut proprium sibi constituat imperium; leges commutat, suas sancit, contaminat, diripit, spoliat, fraudat, occidit perditus homo ille (quem Antichristum vocare solent), in cuius fronte contumeliae nomen scriptum est: deus sum, errare non possum. in templo dei sedet, longe lateque dominatur; sed sicut est in arcanis sanctarum literarum: qui legit, intelligat; docti intelligent, omnes impii impie agent neque intelligent. quemadmodum longo ante tempore sibyllae aperte, Hydaspes rex antiquissimus sub interpraetatione vaticinantis pueri ad memoriam posteris tradidit, nomen romanum multo ante praefatus, quam illa Troiana gens conderetur. conciones prophetarum sub ambage aliorum nominum, ne quis facile intelligat, denunciarunt; romani maiestas populi, qua olim orbis regebatur, sublata est de terris et imperium in Asiam reversum est; rursus oriens dominatur; servit occidens. regnum multiplicatum, summa rerum potestas per plures dissipata, concisa, minuta est, ne dicam dilacerata; discordiae civiles in perpetuum seruntur nec ullam requiem bellis exitialibus esse sentimus. imperator vana adpellatio et sola umbra est. reges decem pariter existunt, qui orbem terrae, romanum quondam

34 appellatio *B*

1 *Eph. 5, 21* 4 *Marc. 10, 42; 43* 9 in templo — colitur *2 Thess. 2, 4* 12 licentia — deteriores *Ter. Heaut. III, 1, 74* 18 — occidit *Lact. VII, 16, 4* 23 *Matth. 24, 15* 24 — occidens *Lact. VII, 15, 18; 19; 17; 11* 31 — partiti sunt *Lact. VII, 16, 1; Dan. 7, 7.*

BSB

imperium, non ad regendum, sed ad consumandum partiti sunt. decem cornua, id quod divo Aurelio Augustino incredibile visum est: Turcae, Graeci, Aegyptii, Afri, Hispani, Galli, Anglii, Germani, Siculi, Itali romanas provincias possident romanosque in his excidere colonos cor- nuque parvulum sub his succrevit, quod oculos habet et os loquens grandia, tria potissimum Siciliae, Italiae, Germaniae regna in ordinem redigit sibique servire cogit, insustentabili dominatione populum Christi sanctosque dei vexat, divina humana miscet, infanda, execrabilia molitur. quid hac prophetia apertius? omnia portenta atque prodigia, quae caelestis ille magister noster cantavit nobis (evolvite annales) iam pridem fiunt. audacia et vis omnia possident, boni in omnibus contumeliis atque in egestate iactantur, confunditur omne ius et leges pereunt. non fides in hominibus, non pax, non humanitas, non pudor, non veritas atque ita neque securitas neque regimen neque requies a malis ulla est. omnis terra tumultuatur, fremunt undique bella, omnes gentes in armis sunt et se invicem oppugnant. civitates finitimae inter se praeliantur, eruuntur regna. civitates funditus intereunt, non modo ferro atque igne, verum etiam terrae motibus assiduis et eluvie aquarum et morbis frequentibus et fame crebra. fiunt ubique prodigia miranda per omnia elementa mundi, aer viciatur et corruptus et pestilens est, modo importunis imbribus, modo inutili siccitate, nunc frigoribus, nunc aestibus nimiis; nec terra homini dat fructum nec seges quicquam, non arbor, non vitis ferunt. cum in flore spem maximam dant, in fruge decipiunt; deficiunt in terra quadrupedes, in aere volucres, in mari pisces. crines cometarum, solis tenebrae, color lunae, cadentium syderum lapsus subito et non usitato modo, sanguine obfusum caelum mentes hominum maximo terrore confundunt. per iram dei adversus homines saevit ferrum, ignis, fames, morbus. impii tamen iusticiam dei non agnoscunt; immo magis instigantur, ut oculos habeant et non videant. nisi hoc incendium extinguatur, universum orbem romanum comburet. decet eum, qui primus hoc excitavit, ruina monstri nulla virtute redempti, quod huc usque Landesutae, in oppido Boiariae, maximo christianorum periculo delitescit, extinguere. quid prodest extrema popularium pernicie serpentem orbi terrarum educare? illorum servi sumus, quibus, si viri essemus aque maiorum vestigia aemularemur, timori essemus, fortuna illorum

12 omnes *B*

2 *Aug. C. D. XX, 23* 5 — grandia *Dan. 7, 8* 7 — molitur *Lact. VII, 16, 4* 11 — ulla est *l. c. 15, 8; 9* 15 — proeliatur *l. c. 15, 10* 17 — non agnoscunt *l. c. 16, 5—12* 19 — mundi *l. c. 15, 6.*

nostris viciis incolomis existit. date operam, patres consulti, ut a Germania, gente christianissima, caedes, discordiae mala, incendia, crudelia facinora in cives, in patriam patrata pellantur, pax civilibus armis exacta concordiae bonis revocetur. quod tum fiet, si imperatori Friderico secundo caesari augusto, principum christianissimo, a deo constituto, obtemperabimus et pestem illam atque serpentem e Boiaria eliminaverimus.

Posteaquam Eburonardus finem dicendi fecit atque adsedit, senatus decretum fit, sicut ille censuerat. Albertus Boiemus oppidis, vicis, aedibus, castellis Boiariae edicto exigitur, insuper omnibus rebus, supellectile, sacerdotiis, gaza, gentiliciis haereditatibus; item socii eius mulctantur. Oto posthaec Oegram ad caesarem Chunradum proficiscitur, filiam suam Elissam eidem despondet nuptiaeque Voccioburgii fiunt. Albertus denuo proscribitur atque hostis reipublicae iudicatur et per omnium sacerdotum religiones sicuti falsus Christus devovetur.

Inter haec Innocentius quartus ovili romano imponitur, ditissimus omnium pontificum romanorum, sicuti Martinus refert, amicissimusque ante pontificatum imperatori Friderico. extat augusti gratulatoria epistola, quam Beneventi ad Otonem ducem Boiorum dedit, ubi significat, virum bonum, amicum pacis, amatorem reipublicae imperiique christiani studiosum maximum pontificem lectum esse a patribus. imperatorem tamen longe sua fefellit opinio. nam Innocentius acerrimus eius hostis extitit in Galliamque Lugdunum migravit, Gallorum consilio, quibus imperatoris potentia viresque Germanorum formidolosae erant, adversus eundem conspiravit atque e fastigio rerum humanarum, quemadmodum Gregorius destinarat, deturbandum decrevit.

Albertus autem Boiaria exactus, ad Berostonum ad Vilelmium cognatum suum aufugit ab eoque trecentis libris boiaricis venditur. verum elapsus Tirobergonum, inde ignoto habitu in Gallias, Senonas

18 gratularia *B* · 29 Tirobergonum *sic A u. B;* habito *A u. B*

9 — exigitur *vgl. Beham 32, Behams Schreiben ed. Höfler p. 118, 119 und die verlorene Quelle, deren Spur bei Bruschius a. a. O. 189; vgl. dazu Ratzinger a. a. O. 650* 12 — proficiscitur *vgl. Bruschius l. c. p. 190* 13 — despondet *vgl. Herm. Altah. zu 1246;* — fiunt *vgl. Ann. St. Rudberti Sal. zu 1246, p. 789* 17 *Weder bei Martinus Oppav. (vgl. M. G. Scr. XXII, 439, 471) noch bei Martinus Minorita (Eccard, Corp. I, 1629) findet sich diess; auch nicht in Cod. lat. Mon. 18776, vgl. f. 149 v.* 19 *Vom 28. Juni 1243; Oefele, Scr. I, 793; Böhmer-Ficker Nr. 3370* 23 — decrevit *vgl. Ann. St. Rudberti Salisb. zu 1244, 1245* 27 — contulit *vgl. Bruschius, p. 191* 28 mille argenti marcis *l. c.* 29 Cirnbergensem *l. c.;* Cierberg *bei Schreitwein, Episc. Patav. (Rauch, Scr. rer. Austr. II, 500). Die Burg Zierberg bei Niederaltaich gehörte Bogen'schen Ministerialen.*

atque Lutheciam Parisiorum pervenit. ibi vix manus inimicorum evasit. inde se Lugdunum ad Innocentium contulit.

Sub idem tempus principes atque sacerdotes Boiariae concilium Bathaviam indicunt, uti Boiemum atque Austriacum conciliarent. Fridericus Austriacus cum quatuor millibus equitum Bathaviam venit. Oto Vindelicus in Boiemiam profectus Vincissolaum regem Boiemiae, cognatum suum, Bathaviam deducit paxque inter principes, episcopos, regulos Boiemiae, Boiariae, Noricos atque Vindelicos, non solum iure-iurandi religione, sed etiam datis obsidibus firmatur. rex Boiemiae mox Mogontino, qui ab augusto ad Romanenses defecerat, bellum indicit. eodem tempore Belus quartus ab Otone duce Dalmatiae et Honorico genero suo, filio Otonis Vindelici, domum reducitur.

Fridericus Austriacus ab Ugris praelio occiditur et absque liberis decedit. eius neptem ex fratre Gariodrudam Herimanus Badensis, Irmogarda, sorore Hagnae, uxoris Otonis, reguli Boiorum, progenitus, uxorem ducit; Austriae atque Stiriae ducatum ope Boiorum affinium suorum sibi vendicat. hoc quoque anno ex hac vita migrant Segifridus Reginoburgensis episcopus, Eburonardus Saliburgensis archimysta, quem viginti annos ab sepultura arcent romani pontifices. pontifex romanus huic Burgardum Zigenagium, illi Albertum Pitogeum substituit; verum Iuvavenses spreto Burgardo Philippum, ducis Charionum filium, pontificem legunt atque recipiunt.

In paucis post diebus Otto Andechysius, dux Meraniae, fato concedit. Innocentius in Germania seditiones concitat, quod superiores atque Danubiani imperatori fidem servabant, inferiores adgreditur, fama dispergit, Litavicum Chattum, maritum divae Elissae, scelere Friderici periisse. quare eius filius Honoricus augusto rebellat et a Segifrido Mogontino, Arionoldo Treverensi, Chunrado Agrippinensi, Geroldo Bremensi archimystis, Petro Caputio, legato romanensi, regulo Brabantino caesar salutatur. verum eodem anno equo lapsus, exanimatús est eiusque successor Vilelmius Bathavus itidem a Frisiis occisus est.

Dum autem partes pontificiae atque imperatoriae invicem belligerantur et Aquae Graneae obsidentur, christiani inter se tumultu-

1 Luthetiam *B* 19 quem — pontifices *in A u. B von A. am Rande nachgetragen* 23 Andechisius *B*

3 — firmatur *vgl. Beham 4* 9 — indicit *vgl. Beham p. 18* 13 — vendicat *vgl. Joh. Victor. I, 282, 283;* — archimysta *vgl. Herm. Altah. annal. p. 393, 394* 17 — recipiunt *vgl. Ann. St. Rudberti Salisb. und Herm. Altah. zu 1246, 1247* 19 *Nach Annal. Mellic. zu 1289 erfolgte die Beisetzung Eberhards in Salzburg vielmehr erst 1289* 23 — tutati sunt *Quelle?*

antur, Saraceni Palestinam totam invadunt, expugnant, in ditionem redigunt, omnia templa evertunt, quinquaginta millia christianorum contrucidant, Hierosolyma subigunt praeter turrim David, quam fortissime milites imperatoris Friderici tutati sunt. qui licet ad concilium Lugdunense oratores misisset atque eo se venturum, in potestate concilii futurum promisisset, tamen indicta causa absensque condemnatus est conciliumque, antequam veniret, solutum. ita ipse quidem in epistolis, quas ad principes christianos dedit, refert.

Iisdem diebus Alberto Boiemo instigante Rogerius Bathavensis episcopus ab Innocentio tribu pontificum movetur, Chunradus Bolanus, nepos regis Boiemiae; substituitur. verum quod a vendicatione arcebatur, divenditis Alberto castellis, in Boiemiam redit uxoremque ducit. Chunradus caesar, Oto dux Boiorum atque praefectus praetorio Rheni, Rogerii rebus studebant. Beritholdus, frater Alberti Reginoburgensis episcopi, vivo aduc Rogerio pontificatum Bathavensem suasu Alberti a romanis flaminibus facile de alieno largientibus in fidem accipit. ipse et frater eius Albertus in Boiemiam se conferunt, ab episcopo Pragensi et Iuliomontano consecrantur corruptisque pecunia magistratibus, Bathaviae urbem occupant; arcem Rogerius tenebat. Oto dux Overobergomi Albertum Boiemum obsidet sex mensibus.

Interim Albertus Reginoburgensis episcopus, frater eius Beritholdus Bathaviae designatus pontifex, Vilardum iuxta Brundunum pagum et sylvam Boiariae in Norico invadunt, vastant, depopulantur, agricolas spoliant, mille et quingenta pecora abigunt. Otonem suis suppetias laturum obsidionem solvere cogunt, Overobergomum, quod iam obsidione liberatum erat, deducere conantur. Adaloramus Utodoryphus, Orthulphus Valdensis, Honoricus Roro aliique proceres Boiorum, qui in Norico habitant, vexillo templi Neocirci, quod divo Hylderico dicatum est, rapto, priores ad Overobergomum perveniunt seque condunt. episcopos cum praeda accedentes seque iam in portu navigare credentes, cum iam arcem intraturi forent, de improviso adoriuntur statimque eos in fugam coniiciunt; fugientcis usque Marichiae Luppiam persequuntur, praedam omnem recuperant. episcopi fuga elapsi

18 que *fehlt B*

8 *Vom 31. Juli 1245; Behams Conceptbuch ed. Höfler p. 81 flgd.; Böhmer-Ficker, Reg. imp. Nr. 3495* 9 — conferunt *vgl. Bruschius 198, 199; Schreitwein p. 501—504* 19 — mensibus *vgl. Bruschius p. 191* 21 — deducuntur *vgl. Chron. Matseense zu 1249, M. G. Scr. IX, 791, Z. 38 flgd.; Bruschius, p. 194; Schreitwein p. 505* 26 Alramus de Utendorf, Ortholphus de Wald, Henricus de Rohr *Bruschius 194.*

sunt, frater eorum Sigomarus, duo fratres Morsopagi, Vilelmius Pranopagus capti, in vincula coniecti, Burgusium deducuntur.

Interea Bathavia, quo Albertus Boiemus confugerat, Hylderico Furtario prodente et Rogerio ex arce erumpente ab Otone duce Boiorum recipitur. Albertus vix evasit et ad Chunradum Bathavoburgensem, avunculum ducis, elapsus est. dux boius Bathavoburgensi, avunculo suo, nisi Albertum reddat, bellum indicit; quod cum ille detrectaret, Bathavoburgium obsidet centum undeviginti dies, tandem expugnat, Chunradum omnibus vicis, castellis exuit, ipsum cum Alberto Boiariae finibus extrudit. Litavicus vero, filius Otonis, Tisopagum castellum Reginoburgensis episcopi, obsidet, capit, diruit, solo aequat, fossam conplet. lapides Digulofinem deducit, superiorem urbem extruit.

Albertus rursus Bathaviam intrat. Oto eo copias movet, urgente itaque Rogerio ex arce foris duce, plaerisque civium, atque sacerdotum cum his sentientibus, perpaucis Boiemo faventibus, civitas ab Otone et Rogerio accipitur. Albertus conpraehensus periurii, sacrilegii, perfidiae, impietatis condemnatur, vivo cutis detrahitur, ita quidam in annales retulere. nam et dictum in Bathavenses usurpatur, ideo lupum cruentum pelle exutum eorum insigne esse, quod episcopum vivum deglubuerint monstraturque lapis, ubi hoc factum sit, qui sanguinarius inde cognominetur. mihi quidem non fit verisimile nec verum arbitror. non tamen negaverim Albertum hunc admodum crudeles poenas violatae pacis, temeratae fidei dedisse, unde et proverbium ortum crediderim, quo cutem eius nominamus, quem cito ob facinora, supplicia soluturum ominamur.

Cap. 6. Eadem tempestate novi episcopi; Philippus Iuvavensis cum conlegis suis Secoviensi atque Chimensi, Albertus Reginoburgensis, Chunradus Fruxinensis concilium iussu Innocentii cogunt ac Mylo-

1 Mersopagi *B* de Moerspach fratres, Wilhelmum de Prambach *l. c. 195* 3 — elapsus est *und unten* Albertus — accipitur *vgl. Bruschius p. 202 flgd.?* 4 Furtario *vgl. Schreitwein 505* 6 — exuit *vgl. Annal. Scheftlar. mai. zu 1247* 8 *Ann. Scheftlar. melden, dass die Belagerung begann* circa festum st. Johannis baptiste in solsticio *(c. 24. Juni) und dass Burg u. Grafschaft übergeben* circa *wurden* festum st. Martini *(c. 11. Nov.)* 10 — extruit *vgl. Herm. Altah. zu 1251* 12 — deducit *Quelle? Hermann. Alt. l. c. nennt Otto als den Erbauer v. Dingolfing* 17 *Zum flgd. vgl. Ratzingers Erörterung in den Histor.-polit. Blättern, 85. Bd., S. 107 flgd.* 20 *Der rothe Wolf erscheint im bischöflich passauischen Siegel zuerst 1259; Ratzinger a. a. O. 114* 22 *Der* lapis sanguinis *wird schon vor Alberts Tode, in einer Urk. des Bischofs Berthold v. J. 1252 erwähnt; Hansitz, I, 391* 25 *Es graust im schon die Haut (Gundling); vgl. Grimm Wbch. IV, 2, 704.*

doryphi coeunt. postulabat ab illis pontifex romanus, ut Otoni, nisi ab imperatore Friderico, Chunrado caesare desciscerent, ritu solemni sacrificiis interdicerent. episcopi Otonem ad se missis oratoribus accersunt, eidem mandata pontificis maximi aperiunt. hisce auditis regulus Boiorum: ‚quid vultis', inquit; ‚vos mihi priores bellum indixistis, ego coactus ad romanum episcopum provocavi iussuque Gregorii pontificis maximi armis mea tutatus sum. hoc mortuo romanum episcopum Antichristum esse praedicastis egoque deserta primarii sacerdotis secta ad imperatorem defeci; vos suasistis; vobiscum pacem inii. nunc rursus bellum vobis placet; magis varii atque mutabiles estis scortillo triviali. cur sic inepti ludificamini christianum populum vestra puerili sententia? aequum iniquum est; quod modo fas erat, modo nefas est. nolo, volo, quod dictum, indictum est, quod modo ratum erat, modo irritum est. mendacio creditis, iniquitati consentitis. vento fortunae circumferimini; aut nunc aut antea errastis. pacem inire cum optimis principibus suasistis; parui libenter vestris consiliis; pacem atque fidem servabo. repugnantia nunc docetis atque more magis versutorum atque argutorum hominum quam ex aequo atque bono potestati resistere. his, a quibus beneficiis collocupletati sumus, ingratissimos esse iubetis; decernite vos, quid nam aequum sit. hominibusne discordiarum fallacibus fabris an Christo, concordiae authori, obtemperabo? qui gladium acceperit, gladio pereat. qui sitis, opera vestra ostendunt; opes, potentiam, divitias, honorem, voluptates, munera concupiscitis, appetitis, adamatis, pro hisce victi cupiditate, peius Turcis, Saracenis armis decertatis. discordia crevistis, oves non pascitis, gregem discissum devoratis; non licet christianis per vos servare pacem. ego superis faventibus obdurabo animum, mente obstinata Thyesteas vestras preces dirasque detestationes naucifaciam. ad Christum servatorem nostrum provoco, qui tales Phariseos nobis vitandos praedixit et vestris inominatis verbis se bene praecaturum pollicetur. quemadmodum deus inmortalis ne comparandus quidem ad mortaleis est, ita, dum a vobis condemnamur, a Christo domino deoque nostro, qui vobis vestros mores probe cantavit, absolvimur. a quo sacrilegum hoc genus hominum manus sceleratas, impias abstinebunt, qui ne Christo quidem, authori nostro, pepercerunt? et quis est ille, qui sacricolas huiusce modi vivos cum liberis atque uxoribus combussit atque illo egregio facinore, ea summa pietate deo optimo maximo perlitavit, adeo ut regnum Palestinae non solum sibi, sed et posteris suis promeruerit?'

3 — interdicerent *vgl. Annal. St. Rudberti Salisb. zu 1249* 5 *Die flgd. Rede ist eine freie Composition A's.* 21 qui gladium — pereat *s. oben S. 127, 8.*

Haec ubi Oto dixit, discedit atque cum Chunrado caesare Dorobergomum obsidet. sacerdotes, qui Mylodoryphi erant, rati illum vera dixisse, cum eo in gratiam redeunt, execratione pontificali eundem expiant; induciae ad calendas Maii fiunt. moritur eodem tempore Herimanus Austriae Stiriaeque regulus quarto nonas Decembris; Neoburgii sepelitur; duos liberos reliquit, Fridericum atque Hagnam. Oto Boiorum rector filium suum Litavicum cum exercitu fines Austriae olim ab Boiaria occidentali avulsae intrare, sub ditionem redigere, Noricos Vindelicis rursus coniungere iubet. Linzium, Anassus, finitima oppida Litavicum accepere. verum Odagrius, filius Vincissolai regis Boiemiae, ducta Margarita, Friderici Austriaci sorore, Austriam iure adfinitatis occupat. pro Stiria cum Belo Ugrorum rege disceptavit; is Petavionem et finitima oppida receperat.

Beritholdus tum Franciscanus, Reginoburgio ortus, clarus integritate vitae atque christianae eloquentiae orator insignis fuit; sexaginta amplius millia hominum eius conciones frequentasse literis proditur; eius sepulchrum aduc non solum incolis, sed et Ugris venerabile Reginoburgii in templo Franciscanorum ostenditur. dum autem talia fiunt, Chunradus Tollusius, episcopus Fruxinensis, magistratibus ducis iniuria atque damno (uti fit) adfectus, diram detestationem invitis ac adversantibus mystis in regulum kalendis Maii redintegrat; sacra fieri publice, humari mortuos, aqua lustrari in provincia Fruxinensi vetat. Albertus quoque Reginoburgensis pontifex cives urbis locupletes quinque et quadraginta, quod rebus imperatoris studere non desisterent, fraude coepit cathenaque vinctos Stuphium deduxit.

Chunradus caesar et Oto regulus Boiorum atque Rheni moderator Alberti atque ministrorum eius praedia vastant, diripiunt; Albertum captivos reddere, imperata facere cogunt. eius socios strage male mulctant, Reginoburgium cum copiis intrant. caesar more maiorum in aede divi Haemerani hospicio receptus est atque, dum quinto kalendas Ianuarii cubitum isset, noctu intempesta Albertus, qui se episcopum Reginoburgensem faciebat, Chunradus Hochophelisso clam in cubiculum admissi, cum ante explorassent non plures quam treis in

17 sepulcrum *A*

1 — fiunt *weist auf eine unbekannte Quelle* 4 — receperat *vgl. Hermann. Altah. ann. p. 393 und zu 1250, p. 395* 5 4. nonas Octobris *l. c.* 14 — proditur *vgl. Herm. Altah. annal. zu 1250* 17 *Eine Abbildung des erst in der neuesten Zeit wieder aufgefundenen Grabsteines Bertholds s. bei Graf Walderdorff, Regensburg in seiner Vergangenheit und Gegenwart, ³, S. 126* 19 — vetat *Quelle?* 23 — coepit *vgl. Annal. Osterhovens., M. G. Scr. XVII, 545* 26 — evasit *vgl. Herm. Altah. ann. zu 1251; Ann. St. Rudb. Salisb. zu 1250* 33 quatuor: *Herm. Alt.*

eodem conclavi caesareo quiescere, stertenteis, vino somnoque obrutos tenebris adoriuntur, duobus occisis, tribus in vincula coniectis, arbitrantes Chunradum caesum esse, abeunt; et Vilipagum Suevum sextum casu obvium interficiunt. at caesar sub scamnum prorepserat ibique delitescens evasit.

Deinde episcopum, percussores, Hyldericum, monachorum praesulem, socios hosteis reipublicae iudicat, paricidii condemnat, proscribit, opes, praedia divi Haemerani publicat. verum monachi, qui huiusce conscii non erant, pacem a caesare centum libris, ab aulicis quinquaginta mercantur Chunradusque accepta mulcta edictum et tabulam proscriptionis rescindit et, ut aliquo piaculo caedes innocentium manifesta expiaretur, iubet aedificium dirui, ne cruore suorum parietes aspersi appareant, aediculam ibi a fundamentis extrui, deiparae virgini, divo Nicolao dedicare praecipit, ubi quotidie sacerdos monachus perlitaret atque manes ob pietatem pro principe crudeliter caesorum placaret. omnia polliciti sunt monachi atrati testesque in re praesenti fuere: Oto dux boius, Palatii rhenani procurator, Litavicus, filius eius, Oto Hochoburgensis limitis, Honoricus Burgionum praefectus, Litavicus maior Utinensis, Godofridus Hocholochus, cives Reginoburgenses; factum anno christianae salutis 1251, mense Ianuario. extat Chunradi diploma, quod ob clementiae exemplum divus Maximilianus septimo abhinc, dum haec proderem, anno secum detulit Oenobrigam; aliud novum exemplar, ex veteri ad verbum exceptum, suo diplomate signatum monachis reddidit. caesi in medio templo divi Haemerani humati ostenduntur. Hyldericus dignitate movetur. Albertus capite deminuto in monachorum ordinem redigitur. Chunradus, princeps coniurationis, fulmine de caelo tactus, sub dio equitans, interiit. reliqui conscii in Boiemiam aufugere. cuius rex propter Scythaviam urbem atque tetrarchiam Boiemiae, quae mortuo Alberto Bogio absque liberis lege ad Otonem redierat, Boiariae aquilonaris, qua Boiemia continuatur, fines invadit (adeo concordia rara est sanguinis), Chamaborum agros depopulatur, casas, villas rusticas exurit, pecora abigit, ferro, flamma in agricolas saevit. Chunradus caesar et Oto Chamabos petunt, Boiemi per Hercynios saltus retro domum caedunt.

3 Vilopagum *B*

3 Suevus quidam dictus de Vilbach *Arnpeck, col. 270* 6 — diploma *vgl. die Urk. Konrads vom Januar 1251*; *Mon. Boic. XXX, a, 311* 25 — aufugere *Quelle?* 28 *Schüttenhofen; vgl. Oefele, Script. I, 679?* 29 — liberis *vgl. Herm. Altah. zu 1242* 30 — caedunt *vgl. Herm. Altah. zu 1251.*

BSB

Interea, dum haec fiunt, mors imperatoris Friderici secundi divulgatur. Chunradus Septembri Campaniam, Apuliam, relicta uxore gravida Landesutae (quae subsequenti anno octavo calendas Aprilis filium Chunradum, quem Itali Chunradinum vocant, peperit) petit avitum paternumque regnum, in potestatem redigit ibique decessit, relicto filio impubere, qui annos nactus duos, menses sex a matre Elissa Landesutae apud avunculos educatus atque institutus est.

Caeterum Oto reiecta pecunia veteri Reginoburgensium (sexaginta nummi drachmam auri valebant) novum numisma Landesutae ferit eosque nummos nec alios in Boiaria recipi edicto iubet. ad eundem hisce diebus Stiriae proceres Lichtostoui, Ariophelissii, Ophobergenses, Theodomarum Vissenechonem cum mandatis legant, postulant, ut Honoricum filium cum exercitu in Stiriam proficisci iubeat; Stirios in eius potestate fore. Honoricus annuit postulatis, se rem ad Belum quartum, regem Ugrorum, socerum suum, delaturum, eius consilio omnia acturum respondet. Oto itaque congregato exercitu Utini more maiorum filios armis ornat. inde Austriam, Stiriam aditurus, in Ungariam ad Belum profecturus petit. verum Odagrio omneis aditus intercludente transitumque pernegante, Francomarti 15 kalendas Octobris substitit, aliquot ibi dies conmoratur divisoque exercitu filium in Ungariam proficisci iubet. is, quod Odagrius vias intercluserat, duce Theodomaro superiore et Moenardo, Goriciae regulo, filio Alberti Tyrolii, atque ope Attilae, Taurisiani Venetiaeque legati, per vallem Tridentinam, Alpes Noricas in Ungariam ad socerum penetravit. ab eo apud Albam Regiam perquam humaniter excipitur, socerum de Stiriae principatu consulit. Belus sibimet proximus, muneribus sibi Stirios conciliat, conplures pollicitis allicit illique ita inescati socerum genero praeferunt in verbaque Beli iurant. Odagrius tamen eandem regionem a Belo iure adfinitatis et vi et armis repetere non cessavit, donec inter utrumque ex aequo divisa est.

6 nactus *sic A u. B* 15 consilia *A u. B* 18 adytus *B* 23 legato *A* 30 equo *B*

2 — peperit *vgl. Herm. Altah. zu 1251, 1252* 6 — institutus est *vgl. unten S. 313, 11* 8 — iubet *vgl. Herm. Altah. zu 1253* 10 — divisa est *vgl. Johannes Victoriens. I, 4 bei Böhmer, Fontes I, 286, 287 und Herm. Altah. ann. zu 1253. Joh. Victor. fusst hier auf der Steirischen Reimchronik (Pez, Scr. Austr. III, 31 flgd.), zu deren Angaben die Kritik Alfons Hubers (Die steirische Reimchronik und das österr. Interregnum; Mittheilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung, IV, 46 flgd.) zu vergleichen ist* 11 Liechtenstain, Ernvels, Offenberch, Dietmarus de Weizzenekk: *Joh. Victor. l. c.* 16 — ornat *vgl. auch Annal. St. Rudb. Salisb. zu 1253* 19 Francomarti — conmoratur *Quelle?* 23 *Ezzelin v. Treviso.*

Porro Oto dimisso filio in Ungariam, cum altero filio Litavico Landesutam repetit ibique secundo post mense, tercio calendis Decembris expiravit, anno Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio, potestatis vero altero et vicesimo super menses 2, dies 13. liberos quatuor reliquit, Litavicum, Honoricum, Elissam, Sophiam. corpus eius Schiram funere indicto portatum. ante sex, quam expiraret, annos atque semissem ab Innocentio pontifice maximo execratus fuit, quod illius partes, perinde ac Gregorii tutari ac defendere recusaret nec ullo compelli posset modo, ut adfinitatem Friderici augusti atque Chunradi caesaris repudiaret. Albertus quoque Reginoburgensis atque Chunradus Tollusius, Fruxinensis episcopus, ille ob Tisopagum a Litavico filio excisum, hic propter libertatem ecclesiasticam, aes curatorium, venationes, servicia eidem diras dixere, invitis tamen mystis. multa data acceptaque invicem per duodecim annos damna; saepius in concordiam redierunt, saepius foedus fractum est.

Ipse tamen Oto ducatum Boiariae non parum auxit et collocupletavit. tetrarchias Bogiorum, Venedobergensium, Andechysii, Damasiae, Hochovariti, Voliphorathusii, Phalaiae, item Carnoburgium, Plitaniam, Libodunum, Bathavoburgium, Baelaunos infiscavit, cum reguli absque liberis decéssissent; quorum originem, sobolem, castella, regias explicare pro suscepti operis instituto necesse est.

Bogii sunt pagus, oppidum, arces, montes, flumina duo, orientale atque occidentale, Boiariae septentrionális, qua Boiemiae contermina in Hercynio saltu. unde ea regio Boiorum cognomen sortitur. nam figurate communi vocabulo Valda, hoc est, sylva, nempe Hercynia, nuncupatur. horum regulorum fuisse, quicquid ab hostiis Rheni fluminis atque Reginoburgio ad hostia Ilissi Bathaviamque, inter Danubium Boiemiamque interiacet, reperio: Falcostonos, Mitrophelison, Venedobergomum, Vissostonos, Flinsobergomum, item in Boiemia Scythaviam, in altera Danubii ripa Naterobergomum, Blaeduliam, arcem, atque vicum ad hostia Isarae, possederunt.

Primum Hartovicum (filium, nisi fallor, Babonis Abusini numerosa sobole praeter solitum inclyti, cuius saepius mentionem feci) fuisse constat. imperator Honoricus tercius caesar augustus exoratus ab Hagna

8 perinde atque *A*

1 — tercio *vgl. Herm. Altah. l. c.* 2 *Todestag wohl nach dem Necrolog. Fürstenfeld. oder nach Arnpeck, col. 270* 5 — portatum *vgl. Arnpeck l. c.* 6 — repudiaret *vgl. Ann. Scheftlar. mai. zu 1247; Arnpeck, col. 269* 33 *Vgl. u. a. oben S. 36, 12 flgd.* 34 — Ebilezdorf *vgl. die Urkunde K. Heinrichs vom 14. April 1054; Mon. Boic. XXIX, a, 117; XII, 95.*

augusta coniuge sua, contulit Hartovico, in tetrarchia Honorici pago Nariscorum, bina praedia Voliphoramodoryphi, Linderonae, Ratomariti. signum domini Henrici regis invictissimi Romanorum imperatoris augusti. Gunther̄us cancellarius vice Liutboldi archicancellarii et archicapellani recognovit.

ΕΙΔΑΙΑ ΓΥΝΘΕΡΙΟΥ ΚΑΝΚΕΛΛΑΡΙΟΥ. datum 18 kalendas Maii, anno Christi 1054, Henrici tercii designationis 28, regni 15, imperii 8. actum Ebilezdorf.

Hartovico duos filios adsignant: Fridericum, ut Germani et Graeci vocant, boethum Reginoburgensem, et Asovinum Bogium. Fridericus ab imperatore Honorico 4. caesare augusto impetravit hos vicos ob devotissimum obsequium, in limite Chamabo: Grabatum, Phoron, Mazelimum, Tichenobergomum, Trasonodoryphos, Bochobergomum, Sichoviam. signum domini Henrici 4. romani imperatoris augusti. Herimanus cancellarius vice Bezelini recognovit. datum 5. idus Aprilis anno Christi 1060, regni Henrici 32, imperii 3. actum Reginoburgii.

Idem Fridericus ex Adolaeda tulit Hyldericum. sacerdotem et Fridericum minorem. fato concessit anno ab orbe servato 1104. Fridericus iunior, cuius uxor Iuditha Theodovaldae Vocciobur̄gensis filia, absque liberis defunctus in Palestina, cum eo profectus esset cum Chunrado caesare anno salutis 1149, Hierosolymis sepultus est. Asovinus vero vir bellicosus Boiemorumque terror, eosdem in Boiariam incursitanteis (uti aduc factitant) tribus praeliis fudit, ibi abietem in modum trophei excoluit cruceque securi incisa dedicavit, quae vulgo Asovini postea abies cognominata est. filius eius Hartovicus secundus, nurus Litogarda, nepotes Beritholdus et Albertus primi. hic Haeduovicam, filiam dynastarum Pictaviae atque Celeiae Charionum, Neoburgii Vindelicorum, Scharoduni Noricorum, uxorem duxit. Aldaechium superius a progenitoribus conditum cum Friderico consanguineo suo immunitate donat, monachis cooptandi magistrum potestatem facit, anno Christi 1125, primo Lutharii regis saxonici, 3 idus Decembris. testes per aurem more Noricorum tracti: Fridericus advocatus Reginoburgensis, Albertus Venedobergensis, filii eius impuberes Beritholdus et Albertus secundi. idem Albertus primus Venedobergomum, arcem in-

2 Linderanae *B* 16 1060 *sic A u. B [die Urk. ist v. 1086]*.

2 *Wolframsdorf, Linderen, Ratmarsreut im Nordgau* 10 — Reginoburgii *vgl. die Urkunde K. Heinrichs IV. v. 9. April 1086; Mon. Boic. XXIX, a, 208; XII, 96* 20 *vgl. oben S. 176, Z. 32* 21 — cognominata est *vgl. De advocatis Altahens., M. G. Scr. XVII, 373* 28 — secundi *vgl. die Oberaltaicher Urk., M. B. XII, 98—101* 34 — redierunt *vgl. De advocatis Altahens. l. c. 373—375 und Arbor comitum de Pogen bei Arnpeck, col. 259.*

ferioris Boiariae, in templum conmutavit, divi Nordoperti sacris dedicavit; obiit anno Christi domini deique nostri 1147. maiores eius in Aldaechio superiore, ipse cum sobole Venedobergomi humatus est. tres filios Haeduovica eidem peperit, Hartovicum tercium, Albertum secundum, Beritholdum itidem secundum. Hartovicus atra bili percitus vitam finivit. Albertus ante fata parentis in obsidione Phalaiae ab orbe vindicato anno 1140 sagitta percussus interiit. Beritholdus admodum dives pacisque studiosus a patre Alberto principatum per manus accepit, ex Litogarda Albertum tercium procreavit; is ab restituta salute natus est anno 1165. ex Laodamia Boiema uxore suscepit tris filios, Litovaldam sacerdotem, Beritholdum tercium et Albertum quartum; cum vixisset annos treis atque triginta, obiit, superstites filios reliquit. Beritholdus in Aegypto aquis obrutus est.

Albertus, vir inquietissimus, crebris bellis finitimos omnes lacessivit, fugientibus incolis ob bella regionem pene ad solitudinem redegit. uxor eius Richissa; absque liberis tamen decessit 18 kalendas Februarii, anno christianae aerae 1242. opes eius ad Otonem regulum Boiorum, fratrem eius uterinum, redierunt. haec ex diplomatibus Aldaechii superioris et inferioris Venedobergomique excepi. horum sobolem esse regulos, qui ad lacum Benacum in confinio Germaniae atque Italiae habitant atque de Arcu ab Italis adpellantur, vulgus credit. ultimus Albertus profecturus militatum in Asiam atque Africam bonorum Litovaldae sacerdotis fratris et vectigalium, quae oppidum Bogiorum pensitabat, monachos Aldaechii superioris haeredes ex quadrante instituit. testes: Gephardus maior aulae de Menna, Hartovicus ab Egia, Albertus Hegiopagus, Rapoto Mennius; actum Naterobergomi octavo calendas Aprilis, anno Christi 1220, regnante Friderico imperatore feliciter.

Damasia (cuius Strabo meminit) arx civitasque quondam Lycatiorum, nunc templum atque oppidum in superiore Boiaria, propter lacum Ambronem Vindelicorum occidentem meridiemque spectat. ex adverso Andechysii, quae item alia quondam arx, aedes sacrae nunc sunt flaminum Augustalium et atratorum druidum. in eodem tractu Voliphorathusium arx et vicus ad confluentes Libusae, atque Isarae, supra Monachium quindecim millia passuum cubat. Hochovaritus quoque

10 Laodomia *B*

6 — interiit *vgl. oben S. 204, Z. 21* 11 — reliquit *vgl. Herm. Altah. ann. zu 1198* 13 *vgl. oben S. 260, 261* 14 — redegit *vgl. Hermannus de institutione monasterii Altahensis, M. G. Scr. XVII, 372* 16 — 1242 *vgl. M. B. XI, 212, 217; XIV, 91; De advocatis Altah. 376, Annal. Osterhovens. zu 1242* 21 *Vgl. Arnpeck, col. 258* 21 — feliciter *vgl. die Oberaltaicher Urk., M. B. XII, 118, 119* 24 tercie partis *M. B. l. c.* 26 octavo Aprilis *l. c.* 28 *Strabo p. 206.*

vicus atque arx quondam altissima, nunc fanum sacratarum virginum, Bario amne ad decimum ab Angilostadio lapidem alluitur. tetrarchae hi Boiorum locupletissimi fuere. possedere in Boiaria veteri et libera contermina Franciae in Germania Magna Voethos, ubi in agro Babobergensi apud Longiochamos eorum mausolea ostenduntur. in superiore Boiaria atque Vindelicia obtinuere subiecta Alpibus Peninis, Matronam, divo Petro dedicatum montem, Tigurinos, Schiratium saltum, ubi fontes Isarae sunt, Buros, Voliphorathusium, Andechysios, Damasios, Hochovaritum, angustias Alpium Noricarum, Tridentina iuga, Oeni, ut adpellant, utramque vallem et finitima loca, qui nunc sunt Tyrolii. in Norico iuxta Chiminum lacum, Boiorum maximum, Burgili, Sei, Grassii dicto audientes fuere. eosdem praefectos praetorio Burgundiae, Histriae limitis duces, Croatiae, Dalmatiae (quem ducatum Meraniae ab urbe maritima nuncupant) praesides fuisse constat.

Gens Andechysia authorem generis sui nuncupat Ratholdum, filium imperatoris Arionulphi caesaris augusti. illius filius Rathobotho; hunc soboles excipit divus Ratho et Hata, mater divi Chunradi Constantiae episcopi, atque Fridericus primus, qui in Palestina obiit. Ratho, cuius aduc memoria atque nomen sacrosanctum est Boiis, in Ambronis ripa sepultus est, in templo, quod ipse ab orbe servato anno noningentesimo quinquagesimo quarto condidit. Aribo deinde regnat; Seum fanum divo Benedicto haud longe a lacu Chimino extruxit. is Gephardum primum, episcopum Reginoburgensem, Aribonem archiepiscopum Mogontinum, Rathobodum atque Fridericum secundum procreavit. Gephardus et Rathobodus Terobetham Lycatiorum templum atris dicavere druidibus. Rathobothonis et Hemmae filii Orthulfus et Biledruda Hochovaritum in aedem sacram conmutavere, foeminarum sacratarum ibi conlegium instituere. Fridericus secundus ex Chunegunda Litovaldam tulit. Litovalda Arionulphus amicissimus imperatori Honorico quarto atque Fridericus 3., cognomento Rocho orti sunt. ille Attilam templum in ripa Oeni proxime Bathavoburgium condidit, divi Benedicti sacris initiavit. ibi cum uxore Gisala sepultus est.

11 Grassii: *Windischgrätz, nicht Grassau, wie A. meint; vgl. oben S. 262, Z. 28* 15 *Zum flgd. vgl. De fundatoribus monasterii Diessens., M. G. Script. XVII, 328, 329; den Stammbaum bei Arnpeck c. 247; Necrologe u. Urk.; Aventins Adversarien V, 120—136. Zur Berichtigung des ganzen s. v. Oefele, Die Grafen von Andechs. Die zuerst zu Augsburg 1473 gedruckte, mit vielen Fabeln über die andechsische Genealogie eingeleitete Schrift: ‚Ursprung und anfang des heyligen bergs und burck Andechs' hat Aventin wohl auch gekannt, ohne sich jedoch hier durch ihre Angaben beirren zu lassen* 20 *In Grafrath an der Amper* 22 *vgl. den Scener Grabstein des Pfalzgrafen Aribo, ‚fundatoris huius ecclesiae' u. M. B. II, 162.*

Frater eius in Hercyniae saltu, quem veteres Helvetiorum, nunc Nigrum vocamus, in aede divi Blasii humatus est. Arionulphi filii Poppo, Beritholdus primus, Oto Veliphorathusius et Gephardus. hi Damasiam in templum vertere. item aliud fanum Benedictinis in Matronae montis vertice consecrarunt. Oto Voliphorathusius ex Adolaeda Honoricum episcopum Reginoburgensem, Otonem secundum progenuit. ab hoc et uxore eius Laurita sunt Oto (cuius uxor Iusticia aduc religiose colitur), Litovalda et Honoricus. hic absque liberis obiit anno Christi 1158. Voliphorathusium ad Andechysios rediit. Beritholdus primus Sophiam Ambergothalam duxit, Beritholdum secundum haeredem reliquit. is deinde ex Hagna Neoburgensi Beritholdum tercium, Histriae marcographum, Otonem episcopum Babobergensem, divam Mathyldam, virginum sanctarum maximam, atque Euphemiam, Gisalam, Theodovaldae Bergensis reguli coniugem, Hylderici, Theodovaldae Bathavensis, Otonis tercii Fruxinensis episcopi matrem, procreat. Beritholdus tercius anno Christi 1188, Oto vero octavo deinceps anno decessit.

Ab illo et Haeduovica nascuntur Beritholdus quartus, dux Dalmatiae, Poppo episcopus, successor patrui Otonis, Mathylda Goricia. Quartus cum imperatore Friderico primo arma in Asiam movit, obiit aerae nostrae anno millesimo ducentesimo quarto. ex Hagna Austriaca, filia Honorici, sex liberos, quatuor mares, duos pontifices, et duas foeminas progenuit: Beritholdum patriarcham Aquileiae, Eccobertum pontificem Babobergensem, Otonem primum Burgundiae palatinum, Gariodrudam, Andreae regis Ugrorum uxorem, matrem divae Elissae, divam Haeduovicam Bolaniam, Honoricum Histriae praefectum. is reus paricidii, quod Philippus caesar eius consilio caesus esset, viginti annos exulavit; reversus domum Grassae proxime lacum Chiminum obiit anno Christi 1228. Eccobertus decimo deinde anno, Oto sexto ex hac vita migravit. ipse et uxor eius Beatrix Langiochamis contubernium condidere, ubi sepulti. ab his sunt Oto ultimus, Hagna, uxor Friderici Austriaci, illeque anno ab humana gente liberata millesimo ducentesimo duodequinquagesimo absque liberis periit Plasso-

29 *Am Rande in A:* duodetricesimo 30 Longiochamis *B*

2 *Abt Gerbert v. St. Blasien, De Rudolpho Suevico comite de Rhinfelden (1785), handelt in dem 4. Capitel de Friderico Rocke comite de Diessen seu Andechs apud d. Blasii sepulto* 8 ‚Otto het ein andechtig vnd nach sag ein heylig frawen, genant Justicia‘: *Ursprung und anfang etc. fol. b 1* 9 *vgl. Notae Diessens., M. G. Scr. XVII, 324* 16 *vgl. Notae Diessens. 325* 21 *vgl. Notae Diessens. l. c.* 28 *vgl. oben S. 262, Z. 28* 29 *vgl. Notae Diessens. l. c.* 33 *vgl. Notae Diessens. l. c.*

burgii, (arx est Boethorum subdita Noreiobergensi praefecto). quidam toxico sublatum, alii ferro ab Hegare, cuius uxorem constuprarit, necatum tradunt; verum ne id sit an ad leniendam tam crudelis caedis invidiam confictum, tum quoque, cum magis liquere posset, incertum fuit.

Beritholdus Aquileiae patriarches aegrimonia contabuit, quatuor dumtaxat annos nepoti pientissimo superstes fuit opesque horum principum a finitimis velut praeda atque manubiae direptae sunt. Oto Boiorum regulus in Vindelicorum planicie, subdita Alpibus, in Norico, Grassios, Burgilos, Seos, Moenardus Goricius, cuius avia Andechysia erat, intra Alpes vallem Oeni superiorem, inferiorem, Athesinos, Tyrolios occupavit, Boethos in Germania Magna, in septentrionali Boiaria, quatenus continuatur Franciae antiquae Hercynioque iugo, quod Turogos, unde cognomen habet, a vetustis Boiis et Francis disterminat, partim praefectus urbis Noreiobergensis, partim pontifices Babobergenses atque Viridoburgionum vendicarunt. Dalmatiam, Croatiam (ducatum Meraniae vocabant), Histriam Veneti intercepere. Belus tamen quartus, Ugrorum rex, ex gente Andechysia maternam ducens originem, eius proles atque successores pro Dalmatia atque Croatia cum Venetis armis disceptarunt, vi decertarunt, titulotenus aduc eas regiones possident. Burgundiam praeripuere Franci occidentales.

Phalaia castellum superioris Boiariae, quod praeterfluit Magnovalda flumen, nunc Achamostoni vocantur ab equitibus boiis, qui illam nunc obtinent. Phalaienses soboles sunt Schirensium atque Dachuni tetrarcharum. nam Oto filius Arionulphi, primi Dachunensis reguli, fratri Chunrado Dachunum reliquit, ipse Phalaiae habitavit. Beroritum in Vindelicia, in Alpibus vero Noricis Gryssam conlegia mystis Aurelianis instituit. progenuit ex Adolaeda Chunradum atque Gephardum; hic ferro periit; ab altero sunt Chunradus et Oto, qui occisus est. Chunrado et Mathylda ortus Oto, qui anno aerae christianae millesimo centesimo duodeoctogesimo natus est, eodem die, quo patruus eius cognominis interiit, absque liberis sexagenarius obiit. bona eius relicta ad duces Boiorum redierunt.

Halli oppidum Noricorum in valle Oeni inferiore, quinque millia passuum infra Oenobrigam; Bathavoburgium vero, quae et Hochodunum, urbs Vindelicorum in ora Oeni, habuere suos dynastas, qui, unde genus ducant, nondum compertum habeo. primum, quem ego

1 subdita Norciobergensis urbis praefecto *A*

3 *Die Literatur hierüber s. bei v. Oefele a. a. O. 104* 23 *vgl. oben S. 204, Anm. zu Z. 15.*

quidem reperio, Variomundus est. is Boëthoritum templo divi Haemerani Reginoburgensi dono dedit; ibidem eius mausoleum extat in porticu. obiit ab orbe servato anno millesimo super decimum. ei successere filius, nepos, pronepos cognomines, Angiloberti dicti; pronepos Atilam aedem divi Benedicti sacris dicatam, a principibus Damasianis conditam, a Friderico Rochone ad egestatem redactam, adeo, ut dumtaxat tres druides aegre alerentur, refecit, collocupletavit. Lindoburgium praetorium suum, quod proxime cubabat, solo aequavit, quod ocio et solitariae disciplinae strepitus civiles officerent. Bathavoburgium cum omni famulicio migravit, de caetero ibidem habitavit. uxor Mathylda, quae cum filio Gephardo adolescentulo, duabus filiabus anno Christi millesimo centesimo undeseptuagesimo Richobergomi spreta populari vita sub iugum religionis divi Aurelii Augustini missa est. Theodericus, filius eius ex Haelica, Haeduovicam, Mathyldam, Hagnam, uxorem Otonis Vitellopagi 4. ducis Boiorum, Chunradum atque Theodericum tulit. hic absque liberis obiit; ille cum Chunegunda uxore, quod sterili frueretur matrimonio, Otonem sororis nepotem haeredem instituit. verum ab eodem, quod imperatori Friderico secundo dicto audiens non esset, Boiariae finibus pulsus est anno Christi 1247. exulem in Ungaria vitam finiisse aiunt.

Libodunum arx est Boiorum atque Noricorum in ora Iuvavi supra Burgusium; suos habuit regulos, gentiles veterum Charionum tetrarcharum. nam Segifridus primus Libodunensis, filius Angiloberti regulorum Charinorum, patruus Angiloberti Carnoburgensis et Rapotonis Artobergensis, ex Hizila Segifridum secundum progenuit. huius uxor Adolaeda, filius Honoricus episcopus, Segifridus tercius et Oto. horum coniuges Chunegunda et Euphemia; tercii filius Veronardus, qui anno Christi millesimo ducentesimo undetricesimo obiit absque liberis. Libodunum Boiariae principes occupant. illi omnes apud Seos sepulti sunt.

1 Boëthoricum *B* 20 *Am Rande in A:* extat Saliburgii pontificis maximi edictum, quo iubet exulem pasci ab episcopis, cum ob ecclesiam exulet, donec sua receperit *[Innocenz IV. vom 5. Mai 1248; Deutinger, Beiträge II, S. 18, 19, Ep. 810, 811; Potthast Nr. 12921, 12922].*

1 — decimum *nach dem (jüngeren) Grabsteine eines Grafen Warmund von Wasserburg aus St. Emmeram, der jedoch 1001 als Todesjahr nennt (Abguss im Münchener Nationalmuseum) und nach dem Necrologe von St. Emmeram, M. B. XIV, 386* 1 *Vogtareut zwischen dem Inn und dem Chiemsee* 5 — habitavit *vgl. die Urkunde über die Wiederherstellung des Klosters Attel bei v. Oefele a. a. O. S. 230 flgd.* 11 — missa est *vgl. Chron. Magni presb. Richersb. zu 1169; M. G. Scr. XVII, 495* 23 *Zum flgd. vgl. bes. die Aufzeichnung aus Seon, M. B. II, 163 und das vorhergehende.*

BSB

Artobergomum arx est inferioris Vindeliciae, inter confluentes Oeni et Danubii sita. Plitania vero civitas haud inde procul in ripa Histri in vicum abiit, translata ad tercium ferme lapidem Vilissoviam. illic quondam Quintanorum colonia romana insignis, villae nunc sunt nomen servantes. Carnoburgium arx, oppidum in ora Noricorum, Oeno alluitur, inter Medullum atque Bathavoburgium, olim Hochodunum atque Carnodunum, civitates Vindelicorum, cubat. horum castellorum, urbium reguli ab Angiloberto nobilissimo Charionum legato nascuntur. is et eius uxor Uta apud Seos, Boiorum monasterium in Norico, humati sunt. horum filii Hyldericus dux Charinorum, Angilobertus Carnoburgensis limitis praefectus, Rathobotho Artobergensis. Angilobertus absque liberis obiit; cum uxore Mathylda in conditorio parentum sepultus est. Rathobotho fratri Angiloberto successit, ex Elissa uxore procreavit Rathobothonem secundum Carnoburgensem et Honoricum Artobergensem; obiit aerae christianae anno 1190, uxor eius quinto decimo deinceps anno; ambo humati sunt Pomoburgii, quae arx olim in Boiaria Noricorum ad radices Curuancae montis et confluentes Azali atque Trani sita est; nunc in conlegium mystarum Augustinianorum commutata est.

Honoricus is, dei gratia comes Artobergensis, fratribus divae Margaritae Osterhofen donat vectigal apud Vilissoviam civitatem, anno Christi 1236; datum Vilshofen 15 kalendas Octobris. eius posteri aduc vetus cognomen servant et in Boiaria omnium Boiorum nobilissimi secundum regulum censentur. Rathobotho secundus Mathyldam, sororem Litavici ducis Boiorum, uxorem duxit atque anno Christi 1209 occiso Otone Vitellipago praetorio Boiariae suffragiis Boiorum prafectus est. qui tum summus honor secundum praesidem erat, dignitate caeteros antecedebat, vicariam operam et curam praediorum caesarianorum fiscique procuratorem praestans imperatori. praefectura tamen huiuscemodi, et sicut vocabant landographos ac palatiigraphos, omnis sublata est. maiestate tum imperatoria domesticis seditionibus in ordinem redacta, privati quique peculatores proxima sibi praedia regia atque aerarii publici vectigalia, aes militare, quod fanolechen nuncupant, occuparunt. census quoque, quem viritim universi quotannis pensitabant, et chynigosteuram vocabant, antiquatus, atque ob-

16 *In A u. B* Pomoburgii *corrigirt st.* Pomogardae.

4 *Vgl. oben Bd. II, S. 320, Z. 37* 10 *vgl. M. B. II, 163* 13 — Pomoburgii *vgl. das Baumburger Epitaph, M. B. II, 269* 33 — chynigosteuram *vgl. Bd. II, 496, 20.*

livione obrutus est adeo, ut ne obulus quidem nunc ad imperatorem iure ordinario redeat, nisi immunes et, ut autumant, liberos extra ordinem tributo onerare velit.

Sed ad Rathobothonem secundum redeo. is eodem anno, quo dux Litavicus occisus est, fato concessit, relictis duobus filiis, Rathobothone tercio et Hartomano Carnoburgensi. tercius praefecturam Boiorum palatinam administravit, Maessanios, Plitaniam, Tachobergomum, Richobergomum, Rodobergomum, Güssopagum, Marichardestonos, quaedam castella in Austria possedit. coniunx eius Adolaeda. ipse obiit anno ab orbe vindicato millesimo ducentesimo undequinquagesimo. Pomoburgii sepultus est. reliquit unicam filiam Elissam, quae in matrimonium data est Herimano Veridobergensi. is, cum soceri castella quo minus vindicaret, per fratrem soceri Hartomanum staret, cuncta in utraque Boiaria, austriaca, occidentali vendidit Otoni Boiorum regulo, soceri sui amitino eaque ille tum lege contractus, tum iure sanguinis et adfinitatis vendicavit. Hartomanus nono post fratris mortem anno absque liberis obiit; situs est cum uxore Elissa, fratre, parentibus Pomoburgii. Carnoburgium Boiariae duces occuparunt. Trostobergomum Oto cum filio Litavico recepit a Pomoburgensibus.

Cap. 7. Litavicus secundus idibus Aprilibus ab orbe servato millesimo ducentesimo undetricesimo anno, quo Hierosolyma ab imperatore Friderico secundo capta sunt, natus est, Honoricus vero, frater eius, tercio decimo calendas Decembris, sexto deinceps anno. Litavicus defuncto parente absenteque fratre in Ungaria et aduc apud socerum conmorante, Honorico Babobergensi episcopo authore, cum caeteris Boiariae episcopis, Alberto Reginoburgensi, Otone Bathavensi, Philippo Iuvavensi, in gratiam rediit; omnium rerum oblivio decreta resque divina rursus publice procurata, quae hactenus clausis templis fiebat. nam hi episcopi ob servitia servitutemque templorum et aes curatorium et, ut adpellant, pro inmunitate ecclesiastica cum Otone

8 Güssopagum *sic A u. B [in der urkundlichen Vorlage:* Grizpach] 9 coniux *A* 10 Pomoburgii *in A corrigirt st.* Pomogardae 19 *Am Rande in A:* datum 23 *Ueber* sexto *in A:* tercio alii; *am Rande daselbst:* alii 1231.

4 *1231; vgl. das Necrolog v. Baumburg, M. B. II, 265; dieses und die Baumburger Epitaphien vgl. auch für das flgd.* 7 — possedit *vgl. die Urkunde vom 19. April 1260, Quellen und Erörterungen V, 173* 11 — vendicavit *vgl. die erwähnte Urkunde, p. 171 flgd.* 19 — Pomoburgensibus *vgl. die Urkunde Herzog Otto's, M. B. II, 204* 20 — deinceps anno *vgl. Hermanni Altah. annal. zu 1229, 1235* 24 — fiebat *vgl. Herm. Altah. zu 1253, 1254; Quellen und Erörterungen V, 118; Reg. Boic. III, 46.*

regulo disceptarant. nulli praedia, casas, villas, vectigalia mystarum, monachorum, conlegiorum, monasteriorum servire volebant. porro Honoricus Philippi archimystae Boiorum ductu ex Pannonia redit, ducit secum Chunradum episcopum, cum quo authore Philippo in gratiam rediit. eundem mystae sui expulerant, quod pacem turbaret Boiariae atque contra concilii .decretum in Fruxinensi dioecesi sacrificia propalam fieri vetuerat. vetus quoque moneta Reginoburgensium recepta, nova abrogata est.

Inter haec Chunradus Campania, Apulia, Calabria, Sicilia in obsequium redacta, avito paternoque regno perdomito ibidem moritur, filio cognomine impubere bimo super sex menses relicto, qui in Boiaria Landesutae educabatur. Moenardus, patruus eius, tutorio titulo Campaniam, Apuliam, Calabriam, Siciliam in fide pupilli continet atque gubernat. eodem quoque anno caeteris principibus atque episcopis, qui christiani conlegii concordiam ob opes, potentiam, honorem, res sane leviculas disciderant, divinitus (sicut in annales relatum reperio) dies dicitur ab inmortali praetore. nam Innocentius quartus pontifex maximus, dum infantis patrimonio inhiat, arma in Campaniam atque Siciliam vertit, subito expirat. Beritholdus Bataviae pontifex, Vincissolaus rex Boiemiae eodem fato rapti, in ius ambulare coguntur. hisce enim potissimum authoribus bona concordiae ex Germania Boiariaque pulsa sunt armisque civilibus tumultuatum.

At Litavicus et Honoricus fratres post fata parentis anno altero, mense quarto, Aprili atque paschalibus Landesutae coeunt, principatus inter se dividunt. Litavicus Palatium rhenanum atque superiorem Boiariam, (cuius urbes primariae sunt Monachium, Bathavoburgium, Angilostadium), finitima his loca, praefecturam Reginoburgensem, hoc est Ritoburgium, Stephaniam, Legioveltas, Rhenostuphium, Calomontem obtinuit. caetera: Nariscos, Phrygiostadium, Ambergam, Sulsopagum, Theodophoros, Chelamos, Chamabos, Monachium Hercyniae, Prhemos, Phloson, Parocostonos, Videnas, Adaloburgium, Valdosaxoniam et huiuscemodi oppida Boiariae septentrionalis, quae est in Germania Magna, Boiemiae contermina, insuper in Vindelicia Reginoburgium, Strubios, Vilissoviam, Landunum, Digulofinem, Landesutam, Ariodunum; in

6 diocesi *B* 12 Moenardus *in A durchstrichen; am Rande:* Maenofridus *und:* Meinfrid 16 sicuti *A* 30 Prhemos *sic A u. B* 31 Adeloburgium *A*

2 — redit *vgl. Herm. Altah. zu 1254* 5 — vetuerat *Quelle?* 7 — abrogata est *vgl. Herm. Altah. zu 1255* 9 — gubernat *vgl. Herm. Altah. zu 1254 und 1258, p. 399* 16 in annales: *vgl. Hermann. Altah. zu 1253* 17 — coguntur *vgl. l. c. zu 1253, 1254* 23 — possedit *vgl. l. c. zu 1255.*

Norico Burgusium, Halios, Tranostonos, Utinum, Brundunum, Scharodunum Honoricus possedit. Litavicus Mariam, sororem Honorici Brabantini, uxorem ducit novamque nuptam cum Elissa sorore, regina Palestinae, Verduni Sueviae habitare iubet, ipse ad Rhenum contendit. nam hanc urbem, item Laugionas, Hochostadium, Schongionas, Pitogeos, Morinos, Ambrones finitimaque loca in confinio Vindelicorum atque Rhetorum Chunradus caesar Otoni socero suo oppigneravit.

Et plaerique tum, uti in tanto rerum tumultu fieri solet, licentia civilium armorum (dum res Germaniae sub multitudine tanta principum Friderici, Honorici caesaris, filii augusti, Chunradi, Honorici Chatti, Vilelmii Bathavi et factione romanorum sacerdotum distrahitur) ad omnem audaciam processerant. qui viribus pollebat, alium opprimebat. equites rapto vivebant, impune latrocinia exercebant, vias obsidebant, ultro citro conmeantibus insidiabantur; caeteri quoque rapiebant, spoliabant, occidebant mercatores, sacerdotes, cives; agricolas, ubicunque spes praedae foret. nonnulli dynastae vectigalia nova conmenti erant tributoque gravi alios opprimebant. plaerique excusso iugo novi principis nova moliebantur; Frisii, Flandri imperata facere recusabant. nemo erat, qui nutantem ac prope adflictam rempublicam stabiliret; nec hactenus inventus est; nisi quid opis in Carolo Maximo sit, actum est de illa ac plane periit. sed et regiones, civitates liberae, nec non et regna quaedam inter se tumultuosius agebant. has ob causas sexaginta fere Rheno continuae urbes: Novesium, Aquae Graneae, Agrippinensis Colonia, Bonna, Mogonciacum, Vangiones, Nemetes, Argentoratum, Basilea, Silestadium, Argentuaria, Turici, Phrigioburgium, Brisacum, Vissoburgium, Neostadium, Vinopina, Haedulobergomum, Lucilloburgium, Francophoros, Oppionaemi, Fridobergomum, Salingostadium, Bingium, Liveroburgium, Mylusium, Gaelusium foedus ineunt. Litavicus civibus societate coniungitur, copias simul una cum ipsis cogit atque nova vectigalia abrumpit, praedonum castella expugnat, solo aequat, latrones excindit, hosteis in ditionem cogit, quosdam finibus exigit.

Prospere cunctis ubique succedentibus, vicinos principes, quorum haec fuisse nomina reperio, ad foedus cogit: Garionardum Mogontinum,

5 Schangionas *B*

2 — iubet *vgl. l. c. zu 1256* 6 Morinos: Moringen *a. a. O. 223* 7 *Bekannt sind nur die Verpfändungen Konradins an Ludwig; vgl. Quellen u. Erörterungen V, 221 flgd. u. die Theilungsurk. a. a. O. 235* 18 — recusabant *vgl. Herm. Altah. zu 1255, 1256* 20 *Karl V.* 22 — praecium *vgl. Mon. Germ. Leg. II, 374* (?) *u. Herm. Altah. zu 1247. In dem Verzeichnisse der Bundesglieder in M. S. fehlen von den obengenannten* Lucilloburgium *u.* Liveroburgium, *dagegen sind dort mehrere von A. nicht aufgeführte Städte genannt.*

BSB

Chunradum Agrippinensem, Arionulphum Treverorum archimystam, Richardum Vangionum, Honoricum Argentoratensem, Beritholdum Basiliensem, Iacobum Mediomatricum pontificem hosque tetrarchas: Chunradum, Emichonem Baldgraphos, Theodoricum Helenobogium Chattum, Fridericum et Uthyldam Linios, Beritholdum Zigenagium, Popponem et Sophiam Turogos, Hyldericum Feretrium, Gariolacum Limoburgensem aliosque, quos enumerare curiosius nihil est operae praecium.

Dumque haec apud Rhenum fiunt, Maria, uxor Litavici, quae, ut dixi, cum Elissa regina Siciliae Verduni habitabat, binas literas, uno quidem anulo, diversa tamen caera, atra, rubra obsignatas, illas marito, alteras Heinrico Ruchoni decurioni equestri, secreta quaepiam continentes mittit. atque is, qui epistolas detulit, errore seductus rubra caera complicatas Litavico tradit. qui lectis literis amatoria agi suspicatus, confestim paucis comitatus, dissimulata re, relicto apud Rhenum exercitu, nemine salutato, quam maximis potest itineribus, ad uxorem diu noctuque contendit, subito ac insperato adest. mox iracundia percitus, nec prece nec lachrymis sororis reginae movetur, absque cunctatione coniugem indicta causa adulterii condemnat, securi percuti iubet. postea veluti conscias Haelicam virginem Prennobergensem cultello confodit, foeminam admodum nobilem, cuius nomen non traditur, quam gynecio praefecerat, de turri praecipitari imperat. proditorem, qui istaec ad se detulit primum, ferro necavit. facta haec caedes in Suevia Verduni in arce 15 kalendas Februarii, anno Christi 1256. Rucho ubi hoc accepit, finibus excedit, literis atque tabulis ubique suam atque Mariae innocentiam praedicat, delatorum scelera atque flagitia commemorat. extat epigramma tum satis nitens, nunc vero nihil incultius. Litavicus ut coniugis manes rite conderet, Furstoveltas extruxit, Cistertiensibus sacris dedicavit, ubi ipse cum filiis et uxoribus situs est. monachos ex Adalogeriopago evocavit.

Eadem tempestate Honoricus, frater Litavici, tercio in Ungariam

4 *Am Rande in A:* wildgrafen 12 Ruchoni *in A corrigirt st.* Hirsuto.

9 ut dixi: *vgl. S. 314, Z. 4;* — 1256 *vgl. Herm. Altah. zu 1256; Arnpeck col. 274 und wahrscheinlich die verlorenen Fürstenfelder Annalen, von denen vielleicht auch in den Heilsbronner Jahrbüchern (M. G. Scr. XXIV, 44; vgl. bes. ‚Rucho') eine Spur erhalten ist. S. auch Riezler, Gesch. Baierns, II, 110 flgd.* 20 — imperat *vgl. Notae Altah. zu 1256? (etwas abweichend), M. G. Script. XVII, 422* 27 *Uns nicht bekannt, wenn nicht etwa die zwei Strophen des Minnesingers Meister Stolle des jüngeren auf Maria's Tod (von d. Hagen, Minnesinger, III, 6) gemeint sind* 28 — evocavit *wohl nach einer Fürstenfelder Aufzeichnung, deren Spur auch in der Compilatio chronol. bei Oefele, Script. II, 338* 31 — vastat *vgl. Hermanni Altah. annal. zu 1258, p. 399.*

BSB

ad socerum Belum, cum quo non bene Boiemis conveniebat, profectus fuerat. erat Odagrius rex Boiemiae, Austriae atque Stiriae praeses, consanguineus ducum Boiariae, sed ob Scythaviam, urbem Boiemiae, Neoburgium Vindeliciae, Scharodunum atque Ritum, Noricorum oppida, disceptabat cum Honorico, alioqui ipsi iniquus, quod cum Ugris hostibus Boiemiae se inconsulto adfinitatem fecerat. eo igitur in Ungaria conmorante, Odagrius duplici agmine fines Boiariae vastat. Bucho Rosobergensis procurator supra Anassum cum Boiemis finitima sibi loca, Villardum pagum Noricum invadit, usque Burgusium universa caede, flamma complet, ingentem vim pecorum abigit, templa, Rantheroviam monasterium incendit; altera manus Boiemorum Chamabos, Nariscorum tetrarchiam, simili clade adficit. rector boius, ubi istaec in Ungaria accepit, domum redit, Stonos arcem in ora Oeni proxime Richobergomum, Noricorum aedem, solo aequat, Boiemiae Austriaeque fines invadere meditatur. amicis operam navantibus induciae fiunt.

Iisdem diebus Vilelmius caesar a Flandris Frisiisque insidiis circumventus aquisque obrutus, cum omnibus copiis deletus est. idcirco comitia caesarea in octavum diem ante idus Ianuarias Francophoron edicuntur. coeunt frequentes universi principes atque pontifices. eo calendis Ianuariis Litavicus atque Honoricus magnis se copiis conferunt. duo licitabantur de imperio maximisque muneribus, maioribus pollicitis uterque sibi animos principum conciliabant. Boiariae atque Rheni praesides, Mogontinus atque Agrippinensis archimystae Richardum Anglium, spe donativi atque stipendii, quod elargituros Anglios sperabant (nam his cum rege Galliae res erat) summo honori imponunt. hisque domum redeuntibus Treverum pontifex, authoritate regis Boiemiae, ducis Saxoniae regulique Brandeburgii, aliorum principum, qui auro corrupti a Gallis erant et adversus Anglium tabulis absentes suffragia ferebant, Aldophonsum, Hispaniae regem, caesarem declarabant. isque consilio amicorum hanc conditionem acceptavit, verum in Germaniam non venit. quippe Litavicus et Honoricus Boii contractis, quam maximis poterant viribus, ad inferiorem Germaniam transsitum faciunt, Richardum Anglium, qui cum quatuor millibus electissimorum equitum eo pervenerat, ad Aquas Graneas perducunt in solioque regio

28 *Am Rande in A:* Richardus, Cornubiae comes in Anglia, rex romanus
29 Aldophonsium *B*

3 — Honorico *vgl. A.'s Abschrift der Annalen Hermanns v. Altaich; Oefele, Scr. I, 679* 8 Wocho de Rosenberch *Herm. Altah. l. c. Das flgd.* — meditatur *weist auf eine unbekannte Quelle (Ranshofener Annalen?)* 16 — deletus est *vgl. Herm. Altah. zu 1256* 18 — rediit *vgl. l. c. zu 1257.*

octo pontificibus bene praecautibus conlocant celeberrimo die, quo Christus terrarum deus atque dominus de inferis atque morte triumphans, in capitolium caeleste arcemque divinitatis rediit. his rite confectis Honoricus in Boiariam domum revertitur, Litavicus in Gallia et Rheno finitimis locis substitit.

Odagrius Boiemus legatos ad Honoricum mittit; illi petunt, ut Valentiam, Noricorum oppidum, ubi de conmunibus utriusque rebus conloquantur, potius iure quam armis disceptent amicorumque consilio lis componatur, veniat. annuit postulatis Boius dumque eo proficisci parat, Boiemus clam copiis contractis idibus Augusti Bathaviam intrat. inde Honorico praeter spem bello indicto, Vilsi vallem, pagum Quintanorum invadit, vicos, agros, casas, templa diripit, incendit, Landesutam usque hostili animo progreditur. prope Frunovium castra locat. Litavicus ante quinto die certior factus et ipse insperato praesto est cum electissimo equitatu et militum haud contemnenda manu, quos, uti fit in tali periculo, undique publico edicto ad conmunem patriam, ad uxores, liberos, ad focos, aras, sacra tutanda adversus perfidum latronem exciverat. frater ergo copiis sibi coniunctis proxime regem castra facit. legatos ad Odagrium proficisci iubet; toties ius sanguinis spretum, toties pacem violatam exprobrat hostique nunciat, ut Marte aperto secum congrediatur; adfore haud dubie Boiis praesenti numine deum perfidiae ultorem. Odagrius repentino Litavici adventu perturbatus, spacium deliberandi unum diem (is erat dies Veneris et nonus ante calendas Septembris, divo Bartholomaeo festus) petit, inducias impetrat. ubi sol occidit, intempesta nocte rex cum paucis fugam capessit, per Mylodoryphos, municipium Saliburgensium pontificum in Vindelicia atque Oeno conterminum, inde per Luphios in Austriam elabitur. exercitus eius ubi se desertum videt, regis vestigia insequitur. haerent fugitantium tergo Boii. pons Mylodoryphi cedentium multitudinem ferre non valens, corruit, tria amplius millia hostium Oeno submerguntur, natando salutem quaerentes, hastis, contis, sagittis Boiorum, qui se ad ripam constiparant, a litore arcentur. qui aduc citra Oenum erant in ora Vindelicorum, pars in turres suburbanas evadunt ibique se muniunt atque tutari conantur. hi cum equis atque armis, subiecto igne turribus, iussu Litavici concremati sunt; caeteri. in oppido obsidione clausi, quartodecimo obsidionis die absque ulla

4 — substitit *wohl gefolgert aus Herman. Altahens. ann. p. 399, Z. 17, 26* 6 — Augusti *Quelle?* 10 Bathaviam — Fiber *vgl. Herm. Altah. ann. zu 1257, p. 399* 14 *Diese Zeitangabe bezieht sich bei Herm. Altah. auf Heinrich, nicht Ludwig* 27 per civitates Muldorf et Loufen *Ann. St. Rudberti Salisb. zu 1257* 36 nono die *Herm. Altah.*

pactione se dedunt. sexdecim Boiemorum, septem Austriae dynastae praeter comites capti sunt. ipsorum haec fuere nomina: Bocho et Zemilo ac Huro Rosobergenses, Zemilo Lichtoburgensis, Vilelmius Gordebratus, Vichardus Thironacus, Schazolaus Fridelanus, Ibis Scherichunus, Penus Valcostonus, Bochuzolaus Boritius, Burgardus Clingoburgensis, Hyldericus pincerna Helenobogius, Ienezo burgiographus Graeciae, Stilochomilo Nabezodenus, Stiborius Capito, Hyldericus Rosothales, Albero et Honoricus Chunoringii, Hyldericus Lobostonus, Hyldericus Capella, Litavicus et Albertus Zelochingii, Sigardus Fiber. hique omnes legati in Boiemiam de pace a rege extorquenda missi, dato iureiurando, ut, si non impetrarent, ita demum Landesutam kalendis Februarii redirent, horumque ope atque consilio mense Octobri fit pax in urbe Chamaborum, quo ad Litavicum accessere. interim Honoricus Strubii atque Mitrophelissii substitit. Odagrius Scharoduno atque Neoburgio excidit. Ritum, vicum Noricorum limitaneum in confinio utriusque Boiariae,. atque Scythaviam restituit Honorico, qui in Boiemiam ad regem pergit, foedus et amiciciam diplomatibus et iureiurando confirmat. inter revertendum hortatu Boiemi Oegram invadit Boiemiaeque regno in clientelam dicat, cuius aduc clientes Oegrani sunt. hisce confectis Gephardo Hirsobergensi, qui fortiter adversus Boiemos fecerat, virtutis ergo Sophiam, singularis sapientiae atque pulchritudinis virginem, sororem suam, Litavicus atque Honoricus dant in matrimonium, splendidissime eandem dotant atque instruunt. ipsa templum Dominicanis Aechostadii extruxit, ubi cum filiis duobus Gephardo atque Garionardo condita est.

Sub idem tempus Alexander quartus pontifex maximus pacis atque morum quam armorum atque belli studiosior, literas archimystae Iuvavensi caeterisque Boiariae episcopis mittit, quae aduc extant. in hisce sacerdotes ambitionis, stupri, incesti, negligentiae, insciciae, avariciae, luxus accusat, obtestatur, precatur, minatur, conqueritur, de-

22 pulcritudinis *A* 27 quam armorum quam belli *A*

2 *Bei Herm. Altah.* Wocho de Rosenberch . . . Zmil, frater Wochonis, Haiir cognatus Wochonis; *vgl. dort und in Aventins Abschrift der Annalen Hermanns v. Altaich (Oefele, Script. I, 679) auch die flgd. Namen;* Ibis de Scheehnum *findet sich nur in Aventins Abschrift* 9 Sighardus dictus Piber *l. c.* 10 — confirmat *vgl. Aventins Abschrift der Annalen Hermanns v. Altaich l. c.* 14 Stubenberg *[ob richtig?]* et Mitterfels *l. c.* 18 — dicat *Quelle?* 20 — instruunt *vgl. Herm. Altah. ann. zu 1258* 24 *1279; vgl. Lefflad, Regesten der Bischöfe v. Eichstädt, II, 27* 26 — quarto *vgl. Alexanders IV. Bulle v. 13. Februar 1259, inserirt in den Ann. Herm. Altah. zu 1260, p. 400, 401; Potthast Nr. 17480. A. hat die immerhin sehr scharfe Bulle ziemlich frei umschrieben.*

plorat statum temporum. ‚vos', inquit, ‚sacerdotes corruptela atque communis pernicies christianae religionis estis, populus vestri non dissimilis flagitia vestra aemulatur; licentia deteriores facti estis, copia rerum vos corrumpit. publice in conspectu omnium, maximo gregis christiani detrimento scorta alitis, nihilosecius tamen perfricata fronte sacrificare audetis. huiuscemodi autem sacris deus, cuncti superi ad iracundiam provocantur, mysteria dei prophanantur, fames, pestilentia animorum pergliscit. per vos igitur nomen dei male audit; devoratis enim pauperes, exeditis, occiditis. vestro scelere pietas rarescit, flagitia crebrescunt, sacra polluuntur, populus decipitur. deus igitur, qui homines pro liberis habet, vos sicuti corruptos et viciosos delicate atque luxuriose patitur vivere, quia non putat emendatione sua dignos neque vos perinde ac bonos, quos diligit, castigat ultra, et assiduis laboribus ad usum virtutis exercet. vos caducis atque mortalibus bonis corrumpi atque depravari sinit. vobis si quippiam boni facere videamini, hic mercedem tribuit. ex quo intelligimus, vos deo nequaquam curae esse; quoniam cum peccatis non irascitur et corruptelam vestram patitur longius procedere nec plagis atque verberibus emendat; opes, regna, potentiam, honorem, splendorem vobis largitur, ut rerum prospera felicitate corrupti in luxuriem labamini, dei praecepta contemnatis, terrenis atque fragilibus his bonis enervati abs disciplina legis veritatisque cursu aberretis. philosophi prophani, a religione nostra alieni nec caelesti lumine illustrati melius quam vos sentiunt atque praecipiunt. iustus ac sapiens (aiunt illi) sua bona divina iudicat, necquicquam concupiscit, ne quem contra ius humanitatis laedat ominо. nec ullam potentiam honoremve desiderat, ne cui iniuriam faciat; scit enim cunctos ab eodem deo et eadem conditione generatos iure fraternitatis esse coniunctos, sed et suo contentus et parvo, quia fragilitatis suae memor, non amplius quaerit, quam unde vitam sustentet. et ex ipso, quod habet, impartitur etiam non habenti, quia pius est; pietas enim summa virtus et accidit ex eo, quod voluptates caducas viciosasque contemnit, quarum opes causa adpetuntur, quoniam continens et libidinum victor est. nihil tumoris, nihil insolentiae gerens, non extollit se altius nec erigit superbum caput, sed placidus, concors, comis, nulli iniuriam facit nec sua quoque, cum sibi vi auferuntur, defendit, illatam iniuriam moderate ferre solet. faxit deus optimus maximus, ut nobis tales sint sacerdotes, quales hi imperiti sapientiae divinae sapientes describunt.' ubi illiusmodi multa Alexander peroravit,

3 licentia — estis *nach Ter. Haut. III, 1, 74.*

BSB

vetat, ne quispiam huiuscemodi sacrificulorum sacrificiis intersit. data idus Februarii pontificatus anno quarto.

Idem Alexander quartus eadem tempestate Albertum Pitogeum Reginoburgensem episcopum, armorum magis quam morum studiosum, cum Boiemis sentientem, discordiae mala inter consanguineos, inter Boios atque Boiemos serentem, albo pontificum eradit, dignitate movet atque in ordinem monachorum redigit. praeficit eidem fano Albertum illum Magnum, germanum Varronem, aut si veritas aperte dicenda, longe Varrone doctiorem. ortus est in Suevia clarissimis crepundiis in agro Laugionum ex regulis Bolostadensibus. nihil eum penitus fugit, omnia perfecte novit, naturae secundum Aristotelem verissimus interpres. legi eius dialectica, mathematica, physica, geographica, metaphysica, ethica, theologumena, et si fas est dicere, magica adeo exacta atque exquisita, haud aliter, quam si uni dumtaxat operam navasset, caetera ne adtigisset quidem, adeo singula in suo genere absoluta sunt. non minus Platonis, Epicuri, Pythagorae aliorumque philosophorum dogmata calluit, quam Aristotelica. primus Latinorum, quicquid in graecis, latinis, arabibus, hebreis, aegyptiis philosophis egregium fuit, perscrutatus est. primus apud Latinos in omnes libros Aristotelis, Euclidis, Petri Lombardi et aliorum huiuscemodi authorum commentaria scripsit, eloquentia summa suo saeculo, eruditione etiam nostro praeditus. eiusdem commentaria autographa in Lucae evangelium, quae in arce Stuphia scripsit, aduc Reginoburgii ostenduntur. ubi annum pontificatu functus est, taedio occupationum ultro caedit, ad philosophiam et literas redit. libuit quaedam diplomata ab eo data subscribere.

Frater Albertus, miseratione divina ecclesiae Ratisbonensis episcopus, refert de visitatione monachorum Metae, uti Herimanus inferioris Aldaechii fecit. datum Ratisbonae 1261, octavo calendas Martii.

Frater Albertus, miseratione divina Ratisbonensis ecclesiae episcopus, parochis, decanis, vicariis decimarum, quae novalia pendunt, terciam partem Herimano Aldaechii inferioris antistiti ob officia hospitalitatis tribuit. datum Ratisbonae pontificatus die primo.

12 geographica, *in A nachgetragen, fehlt B*

2 quinto *Herm. Altah. l. c.* 3 — Albertum *vgl. Herm. Altah. annal. und Annal. St. Rudberti Sal. zu 1259* 23 *Alberts Autograph scheint sich nicht in der Münchener Hof- u. Staatsbibliothek zu befinden; eine Abschrift seiner Postilla super Lucam v. 1460 aus Raitenbuch s. im Cod. lat. Mon. 12285* 24 — redit *vgl. Herm. Alt. ann. zu 1261.* 27 — Martii: *die Urk. scheint nicht edirt zu sein* 31 — primo *vgl. Mon. Boic. XI, 230 (wo in der Aufschrift 1270 falsch ist.)*

BSB

Aliud eiusdem: frater Albertus, episcopus quondam Ratisponensis, apostolicae sedis authoritate crucis praedicator per Alemaniam et Boiemiam, pro subsidio terrae sanctae universis Christi fidelibus in domino salutem. 40 dies indulgentiarum donat Pollingensi templo in festo die exaltationis sanctae crucis et innocentium atque dedicatione. datum Pollingen anno Christi 1263, tercio nonas Maii.

Obiit anno vitae octogesimo, Christi 1280 in Colonia Agrippinensi, ubi conditum ferunt. sed historiam prosequar. idem Alexander Philippum Saliburgensem designatum pontificem, quod sacris iniciari, sacrificia facere, pontificalia munia obire recusaret, dignitate abdicat. Iuvavensium in conlegium pontificem cooptat Hyldericum Secoviensem episcopum, Philippo, nisi caedat, castella, oppida Hylderico reddat Iuvavensibusque, si hunc non receperint, sacris interdicit. hancque sententiam Honorico Dominicano, quem Philippus Chimensi templo ante praefecerat, iussu Alexandri renunciante, graviter aedes Iuvavensis adtrita est, hic armis, Romae foenore. nam Philippus auxiliares copias ab Odagrio Boiemo Austriacoque accepit, Saliburgium, caetera castella, arces conmunivit praesidiisque firmavit, adversarios in exilium agit; nam armorum quam literarum peritior erat. minas pontificis maximi floccifacit, anilia terriculamenta esse censet. Chimensia quoque praedia exacto Honorico perfidiaeque condemnato occupat. Ugri atque Boii Hylderici rebus, Austriaci atque Boiemi Philippi studebant.

Eodem anno caritas atque sterilitas maxima Boiariam adflixit; fruges et quicquid floret; laesum est. decem modii Munychii tritici quinque libris, avenae tribus vaenierunt. coloni, vulgus promiscuum, relictis avitis sedibus patriisque laribus, in Ungariam frequentes migrant, famem ubertate regionis levaturi. agricolae maxime mystarum atque monachorum aufugiunt. sub idem tempus Elissa uxor Chunradi caesaris ad secundas transsit nuptias Moenardoque Goricensi atque Tyrolio Monachii despondetur moxque armis ornatur a Chunrado Fruxinensi episcopo et Gephardo Hirsobergensi, cui soror Elissae nupserat. nuptiae deinde in eadem urbe magnifice regio luxu, pridie nonas Octobris fiunt. Hagna mater non interfuit. interea apud Sophiam Hirsobergensem, alteram filiam, quae filium Garionardum pridie scilicet, quam nuptiae celebrarentur, pepererat, degebat. Elissam mulierem

1 Ratisbonensis *B* 28 *Am Rande in A:* 1255 Albertus Pitogeus episcopus Ratisbonensis Augustinianorum monasterium mancipat (?) abbati (?) cives.

1 — Maii *vgl. l. c. X, 54* 9 — studebant *vgl. Ann. St. Rudberti Salisb. zu 1256 flgd.; Herm. Altah. ann. zu 1257* 23 — aufugiunt *Quelle?* 28 — degebat *vgl. Hermanni Altahensis annal. 1258* 30 armis — Hirsobergensi *Quelle?* 35 — Octobris *vgl. Mon. Boic. X, 55.*

BSB

magni animi fuisse diplomata ostendunt, in quibus nihilosetius, licet capite deminuto praefecto conlocata fuerit, tamen se reginam adpellat; Pollionum conlegio servatur privilegium, ubi mystas eiusdem fani portorii Passeri, Stiratii, Oenobrigae immunes esse iubet. caput illius hoc est: nos Elizabeth, dei gratia regina et comitissa Goricensis atque Tyrolensis. aera vero haec: 1263, quarto calendas Octobris.

Per idem tempus Litavicus etiam, frater Elissae, gratificaturus Boiemo, Annam Bolanam, filiam Chunradi, uxorem ducit et ad domitandos Reginoburgenses (qui paucis ante annis avi atque parentis, regulorum Boiariae, iugum excusserant, in libertatem se vendicarant) in Girobergomo (quod vulturum valet montem) e regione pontis lapidei ad levam in ripa Germania arcem munitissimam extruxit Landocoronamque vocitavit; verum accepta a civibus pecunia eam solo aequari permisit. inter haec Odagrius, accitis in conmilitium Otone Brandeburgio, Hylderico Charionum regulo, Philippo Iuvavensi archimysta, fratre huius, cum Ugris pugnavit. Belum Stephanumque reges, Alberonem Cumanum praesulem in fugam vertit, copias eorum profligat, utrimque maxima clades accepta est. Honoricus dux Boiorum, Ugris adfinitate et amicicia coniunctus, victoris conata timens et, ut sunt humana, triumphum suspectum habens, Brundunum, clarissimam civitatem Oeno conterminam, in ora Noricorum reficit, auget, vallo, fossa de integro, authore Honorico Rorario intra novem dies conmunit, turreis extruit, praetorium novum iuxta vetus templum aedificat, Oenum ponte atque Vindeliciam cum Norico coniungit. ditiores agricolas relicto rure atque agris in urbem atque novam coloniam transmigrare iubet.

Sanguinaria tum poenitentia Perusiae in Tuscia orta, homines suo cruore, non alieno litabant. nobiles atque mercatores primum frequentes coibant, deinde vulgus promiscuum, cives, coloni, pueri, sacerdotes attoniti, fanatici provolant. templatim atque oppidatim bini more sacricolarum procedebant. ubi in conspectu templum oppidumve erat, praeeunte duce multitudinis divina carmina concinebant, hymnos can-

1 nihilosetius *sic A u. B* 5 Elisabeth *B* 9 Reginoburginenses *B* 20 Brudunum *A u. B* 22 turres *B*

4 in Passire, Stercingen et in Inspruche *l. c.* 7 — permisit *vgl. Herm. Altah. ann. zu 1258, 1259 u. A's. Abschrift bei Oefele l. c. zu 1259* 12 Landschron *Oefele l. c.* 14 — accepta est *vgl. Hermanni Altahensis zu 1260, p. 401* 18 — iubet *vgl. A's. Abschrift der Annalen Hermanns v. Altaich zu 1260, l. c.* 19 ut — humana *Ter. Heaut. III, 2, 41* 27 *Zum flgd. vgl. Herm. Altah. ann. zu 1260, p. 401.*

tabant, caelites placabant vestibusque se exuentes, superne umbilico tenus nudi, caetera linteo talari tecti capiteque, ne agnoscerentur, operto, scutica nodosa humeros atque pectus secabant et crudeliter se verberabant, unde gaesalas, hoc est, verberones Germani vocant. inter verbera hi tres versus teutonum lingua resonabant:

ir schlacht euch sere
in Christus ere;
durch got so lat die syndt mere.

Quibus se adhortabantur, ut posthac resipiscerent, pietatem colerent, qui se tam duriter pietatis ergo caederent. modo procumbebant, modo palmas ad sydera tendebant et pectora pugnis contundebant. nec ulla iniuria coeli viaeque praepedivit, quo minus haec sacra cruenta rite perpetrarent atque coeptum carperent iter. itaque imperia dira in se ipsos, ne somno quidem quieto irrogando, quisque per dies tris et triginta atque semissem perdurabant. tum se expiatos sceleribus deoque reconciliatos existimabant atque demum domos abibant.

Plaerique bonos, alii, maxime monachi, pessimos praedicabant, haereseos nota inurebant, superstitionem flagitiosam, inmodicam, dira sacra interpraetabantur. Alpes iam superarant superioremque Boiariam lustrarant atque Fruxinum usque penetrarant. Litavicus ultra in suo regno progredi prohibuit. Honoricus vero veluti prophanos (ne suos omnino fines ingrederentur) publico edicto coercuit.

Inter haec Hyldericus Iuvavensibus archimysta a romano pontifice impositus, in Pannoniam venit ad Belum ac Ugris deducentibus Iuvaviam contendit. verum Rathostadii in Alpibus Noricis, quas Taurum vocant, obviam armata manu Philippus venit profligatisque hostium copiis, datis, acceptis multis vulneribus Hyldericum tandem in fugam vertit. is fuga elapsus in valle Oeni proxime Aguntum ab Austriacis capitur ad Odagriumque deducitur. sed ab hoc dimissus in Boiariam se ad Honoricum confert, qui vi Hyldericum Iuvaviam deducere conatus, Philippi partes oppugnat octoque castella sibi finitima in ditionem redigit, caetera Philippo possidente ac fortiter defendente. Hyldericus igitur Iuvavia exclusus, cum aes alienum, quod hac turba contraxerat,

4 gaesalas *A*, gaesalos? *B* 8 synd *B* 14 tres *B* 18 flagiciosam *B*
8 *In den von Closener (Chroniken der deutschen Städte, VIII) mitgetheilten Liedern der Geissler stehen diese Verse nicht wörtlich und nicht beisammen; vgl. S. 110:* Schlahent üch sere | Durch Cristus ere; *S. 107:* Und huet dich vor der sunde mere; *S. 111:* Durch got so lant die hochfart varn 19 — prohibuit *Quelle?* 21 — coercuit *nur nach Herm. Altah. l. c. oder nach dem uns nicht bekannten publicum edictum?* 23 — foret *vgl. Ann. st. Rudb. Salisb. zu 1258—1262.*

dissolvere et unciarum argenti puri puti quatuor et sexaginta millia, quibus pontificatum cauponatus fuerat, Romanensibus reddere nequiret, devovetur. actus diris Romam petit. hac lege rursus deducente eundem legato romano redire permittitur, uti, si intra dies constitutos pollicitis non satisfaceret, rursus inferis devotus foret.

Interea Honoricus, inferioris Boiariae atque Nariscorum rector, precibus Odagrii fatigatus, in Ungariam navigio ad Belum socerum quarto proficiscitur. Ugros atque Boiemos in gratiam redigit; his sanguine, illis adfinitate coniunctus erat. Viennam revertitur, ibi cum Odagrio paschalia celebrat, inde in Boiariam revertitur eiusdemque anni duodevicesimo calendas Ianuarii Bathaviae cum Otone episcopo foedus init. nam ob limites saepius inter se armis disceptarant. Overobergomum, duae aedes in novo oppido episcopo traduntur ipseque sacerdos Bogensi, Artobergensi tetrarchiis, praefectura praetoriana Boiariae coedit; monetam utriusque recipiendam decretum; arbitri fuere Fridericus urbis Noreiobergensis praefectus, Albertus Hallusius, Honoricus Roropagus, Oto Frunobergensis, Honoricus Pholius, Grimoldus Prisingius, Honoricus Rorarius, Vinomarus Esulo, Hartolmius Vinozeron, Richerus Achamus, Honoricus Harthoetius, Oto Tranus. eodem tempore Litavicus, frater Honorici, superioris Vindeliciae atque Rhenanae orae procurator, arma adversus merosalicos Pabonaemos movet, Visseburgium urbem Nariscorum capit, diripit, exurit.

Cap. 8. Moritur tum Alexander pontifex maximus; imperio pontificio Urbanus quartus Gallus genere imponitur. is popularibus suis quam Germanis atque Suevis amicior, Carolo Andium regulo, quem imperator Fridericus secundus Narbonensi Galliae praefecerat, fratri divi Litavici, occidentalis Franciae regis, Campaniam, Apuliam, Calabriam Siciliaeque regnum facile de alieno largitur eique Mariam, filiam Stephani quinti, Ungariae regis, neptem Beli quarti, quo opes eius firmaret, despondet. illa regna Menofridus, filius Friderici secundi, tutoriis auspiciis administrabat.

Cometa tum per aliquot menses visus. ventus praeter solitum

9 ibi cum Ottocaro — Boiariam revertitur *in B am Rande nachgetragen* 15 coedit *sic* 19 Richerus — Tranii *[sic] in B am Rande nachgetr.* 22 Vissoburgium *B* 30 Menofridus *in A corrigirt st.* Moenardus; Moenardus *B*

10 — Tranus *vgl. die Urk. v. 15. Dez. 1262, Quellen und Erörterungen, V, 190—193* 11 19 kal. Ianuarii *a. a. O.* 20 — exurit *vgl. A's. Abschrift der Annalen Hermanns v. Altaich zu 1261, p. 682* 21 *Die Marschälle v. Pappenheim* 23 — administrabat *vgl. Martini Oppav. chronic., M. G. Scr. XXII, 440, 441, 473* 32 — iniunxit *vgl. Herm. Altah. ann. zu 1264.*

vehemens sylvas, casas, domos, arbores evertit, mortalibus universis et pecoribus maxima detrimenta iniunxit. Oto quoque Bathavensis episcopus, Leodorypho castello haud longe a patria mea ortus, animam efflavit. Odagrius repudiata Margarita Austriaca Chunogundam, Ratissolai Massagetae (alii Moschos, pars Roxolanos, vulgus Teutonum Albos Russos vocat) filiam, connubio sibi iungit, auspice Veronacrone archimysta Mogontino. porro Hyldericus Saliburgensis pontifex Roma cum episcopo Squillatensi in Boiariam ad Honoricum revertit. dux contractis copiis Vissopago Iuvavensi equite ductore illos Iuvaviam vi ducere conatur. resistente Philippo urbem citra flumen inrumpit, praesente Hylderico atque romanensi vulture universa diripit, incendit. deinde finitima castella invadit, Halliolum vastat; inde castra trans amnem transfert, urbem vallo atque obsidione claudit. sed sereno caelo tactis fulmine castris obsidionem solvit. Iuvavenses divum Rupertum tutelare Boiorum numen atque nuncium caelestem fuisse interpraetantur. Hyldericus ergo rursus spe sua destitutus, cum non haberet, unde avariciam foeneratorum romanensium expleret, protinus a legato, quem secum Roma deduxerat, devotus est. quamobrem ab omnibus desertus egestateque coactus, sponte dignitate caedit vocatusque a Philippo cum Honorico duce Boiorum Iuvaviam proficiscitur seque pontificatu abdicat. ita dum Saleburgio inhiat, Secoviam quoque perdidit.

Inter haec Clemens quartus, Urbano defuncto, regnum ecclesiasticum obtinet. Ladissolao Bolano, Vissegradensi praeposito, domestico suo sacerdoti, consanguineo uxoris Litavici Boiorum reguli, Iuvaviam, eius praeceptori Petro Vratissolavensi Bathaviam in fidem committit rursusque, ut est in actis episcoporum Saliburgensium, aurisugis ecclesiasticis millia unciarum argenti puri sexdecim depensa sunt. ita gravius foeneratores pontificales Iuvaviam adtrivere quam bellum civile, quod per annos quatuordecim continenter gestum est. Philippus Aquileiae patriarches salutatus, arma deposuit Vladissolaoque cessit.

In Italia hisce diebus Carolus cum Moenardo Siculo confligit. Moenardus a suis, qui ad Carolum defecerant et transsierant, proditus atque desertus, cum se cum paucis relictum videt, hos cohortatus, ne inulti perirent, fretus viribus corporis, fortiter hostibus congressus, edita maxima adversariorum strage, haud inultus succubuit. eius nepos

5 Massogetae *A* 6 Veronerone *B* 32 Moenardo *sic A u. B*

2 — efflavit *vgl. l. c. zu 1265* 4 — Mogontino *vgl. l. c. zu 1261* 7 — cessit *vgl. Ann. St. Rudberti Salisb. zu 1262—1266* 9 ministerialibus de Wispah *l. c. zu 1262* 12 civitatem Hallis *l. c. zu 1266.*

ex fratre Chunradus, quem Itali Chunradinum vocant, in Boiaria atque Suevia apud avunculos degebat. extat apud Raedobochos in Boiaria eius diploma, cui hoc est initium: Chunradus secundus, dei favente clementia Hierusalem et Siciliae rex, dux Sueviae, Chunradum eiusdem fani antistitem in gregem sacricolarum recipit. datum Raittenpuech, 11 kalendas Maii, anno Christi 1263. aliud eiusdem: Chunradus, dei gratia Hierusalem et Siciliae rex, dux Sueviae, castrum, civitatem Verdunum in Suevia, Laugios, Hochostadium, Morinos, Pitogeos, Schongiam, Suevaechiam, Ambrones, Fauces, quae Otoni regulo Boiorum, avo suo materno, Chunradus genitor millibus unciarum auri sexdecim, quod est nostratis pecuniae aureoli mille centies duodetricies, oppignerarat, Litavico Boio avunculo suo vendit hancque tabulam venditoriam signarunt Eburonardus Constantiae pontifex, Beritholdus divi Galli antistes, Honoricus dux boius, praefectus praetorio Rheni, avunculus Chunradi, Fridericus Druides, Fridericus urbis Noreiobergensis praefectus, Honoricus Burgionum praeses, Fridericus Zolorensis. testes vero fuere Fridericus dux Austriae et Stiriae, Hartomanus Badensis regulus, Moenardus Goriciae et Tyrolii tetrarches, Beritholdus Gryphopagus, Beritholdus Aesculolochus, Beritholdus Frunovius, Arionulphus Moesenusius, Grimoldus, Honoricus, Chunradus Prisingii, Honoricus, Vinardus Roropagi, Hyldericus Camerobergensis, Oto Frunobergensis, Honoricus Isaloritus. datum nono kalendas Novembris anno Christi 1266. hoc quoque anno Litavicus Fridobergomum oppidum in confinio Rhetorum atque Vindelicorum adversus cives Augustanos extruxit. in Francia antiqua eadem tempestate tumultuatum est; Heri-

25 *Hier schliesst der 5. Band der Handschr. A. Unten folgt:* reliquum septimi libri annalium Boiorum, nempe duas partes, in alio volumine quaere, lege authore Ioanne Aventino. *Auf der ersten Seite des 6. Bandes von A:* ultimae duae partes septimi et ultimi annalium Boiorum libri authore Ioanne Aventino continent annos 200 minus sex ab anno Christi 1266 ad annum 1460. *Ebendort ferner:* multa de heroibus Germaniae . . Pruss . . et Polanis huc . . . quaere in collectaneis Augustanis — Alpes vocabulum gallicum — Germania, ut nunc, Cusa, romanum imperium — Octoschyro scythica lingua Apollo; *darunter:* Ötschyr, schlunzo, octoschy . . 25 *In A nachgetragen von anderer Hand nach* Herimanus: comes; *am Rande ferner in A u. B nach* Hennobergensis: adiuncto sibi Hainrico comite in Castell; *in A ferner:* Iringus.

3 *Mon. Boic. VIII, 34* 6 — 1266 *vgl. die Urk. v. 24. Oct. 1266; Quellen u. Erörterungen V, 219, wo jedoch die vermachten Besitzungen nicht genannt sind; diese hat A. aus späteren Urkunden, bes. a. a. O. 223, 225, 235, ergänzt* 9 quae — oppignerarat *Quelle?* 17 Hartomanus: *soll heissen* Herimanus; *in der Urk. steht nur* marchio de Baden 23 — extruxit *gefolgert aus der Urk. v. 6. Februar 1264, Mon. Boic. XXX, a, 339? oder nach Arnpeck, col. 274 (nach der Ausg. v. Pez: anno 1260)* 25 — conficiunt *vgl. Hermanni Altah. annal. zu 1266.*

manus Hemobergensis episcopus et Viridoburgenses civili praelio mutuis vulneribus se conficiunt.

Monachorum patres atque pontifices ob cultum, mitras atque pedum inter se discordant. Clemens quartus litem dirimit. monachos holoserico atque argento, episcopos auro et gemmis uti praecipit. Odagrius quoque inita societate cum civibus Bathavensibus, Reginoburgensibus atque Iuvavensibus, spreto vinculo foederis atque sanguinis, ducibus Boiorum bellum indicit. ipse Boiariam Boiemiae continuam confestim cum sexaginta millibus hominum invadit. Chamabos, Tectodoryphos vastat, Rhenostuphium, Nitunum, ubi sexaginta amplius homines igne concremavit, excidit; alia quoque castella Reginoburgium usque depopulatus est. universa caede, incendiis complevit, imbre sagittarum omnia obruit. maximus Boiorum numerus, nemine resistente, ferro, igne, iaculis periit. vastatis cunctis kalendis Augusti Reginoburgium se recipit; ibi biduo dumtaxat commoratur coactusque annonae penuria Oegram in Boiemiam redit. dux eius Veronardus Priscus Aelius cum octingentis equitibus Bathaviae impositus, Vindeliciam, quam Oenus, Vilissus, Rhodanus ambiunt, a Villisovia urbe Brundunum usque ferro, flamma adfligit; Asopagum atratorum druidum contubernium, item caetera templa diripit, spoliat. caeterum Odagrius ex Boiemia traiecto Histro mense Septembri in Noricum reversus, Ritum arcem et oppidum expugnat. Rantherovia templum a Boiemis exustum est.

Honoricus dux boiuis Albertum Hallusium cum copiis ultra Ilissam amnem, qui Boiariam occidentalem atque Austriam aquilonari Histri ripa disterminat, mittit isque eam regionem igne depopulatur, Veldam civitatem expugnat, diripit, incendit. alius Boiorum exercitus Neomartem Nariscorum urbem, quae tum Boiemo parebat, in potestatem, exustis quibusdam aedibus, redigit atque instaurat. ipse dux Bathavos, qui tum murum novi oppidi, qua Oeno alluitur, octoginta diebus extruxere, sibi destinat obsidereque parat tercioque calendas Novembris a quibusdam civibus, porta clavibus adulterinis reserata, noctu introducitur. fit tumultus, tenebris Boius novum oppidum, apothecam vinariam, aedes complures occupat totaque veteri urbe potitus fuisset, nisi Boii praedae avidius intenti palabundique solutis ordinibus, diversi per tenebras oberranteis, cum duce copiarum Suitogerio Forestario, insidiis civium

24 Ilissum *B*

3 — praecipit *Quelle?* 6 — egreditur, *S. 328, Z. 4, vgl. Hermann. Altah. l. c.* 16 — exustum est *Quelle?* Veronardus Priscus Aelius *in der deutschen Chronik: Bernhard Preischl* 36 Swikero de Forst *A's. Abschrift des Hermann v. Altaich zu 1266 bei Oefele. c. 683.*

ex notis locis atque latebris pugnantium, cum a praeda ad agmen revocari non possent, contrucidati essent. Honoricus igitur signo receptui dato cum reliquis novo oppido, apotheca vinaria, pluribus aedibus direptis atque incensis, plaerisque civibus excisis urbe egreditur.

Inter haec Herimanus, inferioris Aldaechii antistes, liberum Honorici lustricus pater, historiographus Flinsobergomum, Cirobergomum castrum, Mosam turrim solo aequat. subsequenti anno Vido flamen romanus, Ioannes Pragensis, Petrus Bathavinus, Bruno Brixinensis, Chunradus Fruxinensis, Leo Reginoburgensis, Amaloricus Laventinus Viennae in Austria conveniunt, optimas quidem leges, quas tamen nemo eorum observavit, ferunt sexto idus Maii; monachos luxus condemnant; a decimis prophanos arcent; minores duodeviginti annis ab aris, sacerdotiis sacrisque submovent; pastorem non oves suas pascentem neque gregem in re praesenti custodientem impietatis accersunt. terra tum contremuit aedificiaque plura evertit. Boiemi atque Boii rursus in gratiam redeunt.

Sub idem tempus Chunradus, nepos imperatoris Friderici secundi, crebris legationibus ab Italiae urbibus, ut avitum paternumque regnum recipiat, evocatus, consilio matris, comitibus Friderico, filio Herimani Austriae atque Stiriae ducis, avunculo Litavico Italiam petit, Veronae atque Mantuae maxima omnium gratulatione excipitur. ibi Litavicus specie comiciorum augustalium in Germaniam iussu pontificis maximi revertitur. Chunradus cum Longobardis, Suevis, Tuscis Romam recta (commorante tum romano episcopo Viterbii) pervenit, haud aliter, quam augustorum proles atque Apuliae, Campaniae, Calabriae, Siciliae legitimus haeres a senatu populoque romano atque ab Honorico Hispano, Castiliae regis filio, principe senatus excipitur. confluentibus undique Italiae proceribus, cum Garionardo Pisano praefecto Campaniam intrat, cum Carolo manus conserit isque copiis suis a Chunrado profligatis cum paucis fugam simulat. Chunradini pro victoribus se agunt, ad impedimenta diripienda, ad praedam solutis ordinibus convertuntur, palabundi sarcinas Gallorum diripiunt spoliaque legunt. ipse Chunradus cum paucis relictus erat et hi abiectis armis corpora curabant.

Hoc ubi Carolus per exploratores cognovit, subito de improviso

20 *Am Rande in A:* fretus opibus Boiorum.

6 — aequat *vgl. De Hermanni abbat. abdicatione, M. G. Scr. XVII, 407* 7 — conveniunt *vgl. Herm. Altah. ann. zu 1267* 17 *Zum flgd. vgl. Martini Oppav. chron., M. G. Script. XXII, 441, 473, 474; Johannes Victoriens. I, 8 bei Böhmer, Fontes I, 295* 21 — rēvertitur *vgl. Joh. Victoriens. l. c.* 24 — Viterbii *vgl. Herm. Altah. ann. zu 1268.*

irruit, paucis inermibus obtruncatis, caeteris, qui dispersi erant, sero advolantibus, Chunradum, Fridericum, Garionardum Pisanum, plaerosque proceres vivos capit captivosque Neapolim ducit arctaque custodia observari iubet. deinde refert per literas, quosdam principes consulit, quidnam de his fieri placeat. pontifex maximus in eos animadvertendum, Odagrius metuens, ne si austriaca proles caesareaque soboles superstes foret, intercepta a se olim repeterentur, tollendos, omnem sti pem radicitus excindendam censuit. at Rupertus Flandrus, gener Caroli, quo consultore atque fautore is victoriam nactus fuerat, memor rerum humanarum, pacem ineundam atque adolescentulos optimae indolis haud dubie omnium nobilissimos, augustorum prolem, adfinitatis vinculo conciliandos esse Carolo suadebat atque Chunrado Caroli filiam, Friderico neptem ex sorore destinabat.

Dumque hisce consultationibus tempus trahitur, annus est et Rupertus domum rediit et regius sanguis capitali sententia condemnatur. quod ubi Flandrus accepit, ex Germania Neapolim, quo intercederet, quam celerrime contendit. caeterum antequam eo pervenit, quarto calendas Novembris die lunae, anno salutis millesimo ducentesimo duodeseptuagesimo, solum purpura sternitur, Fridericus primo securi percutitur. cuius caput Chunradus amplexus atque osculatus lachrymis obortis, innocentis adolescentuli et amici (cui causa interitus fuerit) necem crudelem miseratus deplorat. deinde multa de acerbitate atque perfidia inimicorum, qui se omnium innocentissimum inmeritissimumque praeter fas atque aequum haereditate, quam atavi, proavi, avi, parentes suo sanguine peperissent, privassent, conquestus causaque sua supraemo praetori commissa, ultorem sceleris atque paricidii deum invocans, ad Christum dominum deumque nostrum provocat, tribunal eius adpellat, fidem implorat, manicis in coelum abiectis istaec regna Petro Arragonum regi, cognato suo (nam huius avia soror imperatoris Friderici secundi fuerat) iure suo legat atque deinde intrepidus cervicem carnifici porrigit capiteque poenas luit. postremo undecim proceres Sueviae atque Italiae eodem supplicio adficiuntur, inter quos fuere Garionardus Pisanus et Huronaemus Suevus. carnifex posthaec et ipse iussu Caroli sanguine suo occisorum manibus parentare coactus.

In paucis post annis Petrus Arragonum rex repetere Siciliam coepit atque per ducentos et quinquaginta annos continenter hactenus

33 Gerionardus *B*

4 *Zum flgd. vgl. Joh. Victor. l. c.* 17 *vgl. Herm. Altah. l. c.* 33 nobilis vir de Huernein *(v. Hürnheim im Riess) Joh. Victor. l. c.* 36 — decertarunt *vgl. oben Bd. II, 141, 20—22.*

Galli occidentales cruore suo Chunrado litarunt atque cum Hispanis pro regnis hisce decertarunt. porro Germani comites Chunradi posteaquam captum audivere regem suum, globo facto Stichonem, fabrum ferrarium Viridoburgio oppido antiquae Franciae ortum, reliquiis praeficiunt eoque duce per Italiae fines penetrant, ferro sibi viam aperiunt. ubi fines Germaniae adtigere, Sticho clam se ab exercitu subducit atque ad incudem redit.

Eodem anno atque eodem mense, quo Chunradus caesus est, Clemens quoque pontifex maximus vivendi finem facit. ab hoc decimas emungente a plaebe christiana Ioannes Teutonicus, praepositus Halberostadensis, primus decretorum pontificalium interpres, provocat ad communem christianorum conventum. interregnum in templo dei ob discordiam atque seditionem flaminum romanorum aliquamdiu continuatum est. atque haec ego ex Martino Boiemo Oppomensi transtuli; is proximus horum temporum scriptor, piacularius romanorum episcoporum fuit, vitam pontificum et imperatorum romanorum res gestas ad alterum Rudolphi caesaris annum deduxit. eius aemuli Herimanus aedituus Franciscanus et nostro saeculo Platina.

Per idem tempus feriis brumalibus eluvie aquarum, qualem maiores haud temere senserunt, siccitate deinceps atque fame Boios adflictos esse, Hyldericum Charionum regulum absque liberis, Ladissolaum Salisoburgii pontificem, Belum Ungariae regem, Hagnam matrem regulorum Boiariae, nurum huius, illius filiam Elissam, foeminam pientissimam cum Hagna filia, item Annam Bolanam, coniugem Litavici, tum fato concessisse in fastos actaque relatum reperio. Ugri atque Boiemi mutuis vulneribus se concidunt. Honoricus Boius suasu Veronardi Schunoburgensis, consensu praesulis divi Viti portorium, praeturam ab Elysiopago, tribu Vindeliciae secundae inter Oenum et Isaram, in ripa Rhodani, haud inde procul Voliphobergomum transfert, oppidulum ibi condit Neomartumque vocari praecipit.

28 inter Rhenum *st.* inter Oenum *B (ein auf Dictat deutender Schreibfehler).*

2 — redit *vgl. Martinus Minorita bei Eccard, Corp. hist. I, 1626?* 3 quendam de Osscheaffenburg *[sic]* fabri filium nomine Stochach *Joh. Vict. l. c.;* quendam de Ochsenfurt, fabri filium nomine Stock *cod. lat. mon. 18776, f. 151* 10 *Joh. Semeca, genannt Teutonicus* 14 *Martini Oppav. chron. pontificum et imperatorum, M. G. Scr. XXII, 441* 18 *Der sogen. Hermannus Gigas, angeblich Verfasser der Flores temporum, bei Eccard, Corp. hist. I* 18 *Platina, vatikanischer Bibliothekar unter Sixtus IV. Seine Historia de vitis summorum pontificum erschien u. a. 1481 zu Nürnberg im Druck* 19 — reperio *vgl. Hermanni Altah. ann. zu 1269, 1270; Annales st. Rudberti Salisb. zu 1269—1271* 25 — concidunt *vgl. Herm. Altah. und Annal. st. Rudberti Sal. zu 1271* 26 — praecipit *vgl. Herzog Heinrichs Urk. v. 1269; Mon. Boic. V, 242.*

Odagrius cum Ugris pacem facit, deinde foedus cum Honorico Boiariae duce adversus omneis mortaleis nemine penitus excepto icit hocque sic perpetuo fore fidem inter se dant atque iusiurandum dicunt. Odagrius Scharoduno caedit, Ritum reddit, Charionum ducatum, Carnos, Forum Iulii, Portum Naonis ex pacto atque testamento Hylderici haeres constitutus adit et a sinu Hadriatico ad sinum Codanum longe lateque rerum potitur rursusque rupto foedere in Ugros arma movet. utrimque gravia data acceptaque damna. eodem autem tempore, anno nimirum Christi 1271, Honoricus Brabantinus Dominicanus rogatu divi Thomae e graeco in linguam latinam de verbo ad verbum transfert omnes libros Aristotelis; Albertus Magnus usus est veteri translatione, quam Boethianam vocant. quo anno 8 kalendas Decembris Chunradus episcopus Fruxinensis sacellum deiparae virginis Monachii fecit; parochiam divisit a templo divi Petri. eadem tempestate templum augustum, praetorium pontificale Reginoburgii conflagrat tintinabulaque igne liquefacta diffluxere, 15 kalendas Aprilis (dies Iovis erat) post solis diem, qui Misericordia domini a capite sacrificii vocari a scribis solet. sub idem tempus Salingostadium oppidum, ad secundum a patria mea lapidem, ab eo loco, ubi nunc Haeligostadium pagus est, transfertur, ad tercium ferme lapidem, Traephunum arcem; Neostadium nunc vocatur.

Cap. 9. Istoc anno, qui fuit Christi 1273, Gregorius decimus, cum intervallum pontificatus biennio continuo fuisset, ovili romano potitur (quem septem viros, qui sibi deligendi caesaris potestatem summunt, instituisse atque comprobasse reperio). is legatos in Germaniam mittit, mandat Germaniae principibus, ut dignum talibus viris regem creent et eum, qui optimus sit, qui summae rerum praesit, in summo rerum humanarum fastigio imponant. nam hoc anno Richardus

8 data *fehlt A; in B von Aventin nachgetragen.*

1 — caedit *vgl. Continuatio Altah. zu 1273, Mon. Germ. Script. XVII, 408* 4 *Quelle?* 7 — damna *vgl. Herm. Alt. und Ann. St. Rudberti Sal. zu 1272* 9 *Auch A. Jourdain, Recherches critiques sur l'age et l'origine des traductions latines d'Aristote (nouv. édit. par Charl. Jourdain p. 40) bemerkt zu dieser Nachricht A.'s nur, dass sie unzweifelhaft älteren Schriftstellern entlehnt ist, ohne diese nennen zu können* 12 — Petri *vgl. die Urk. bei Meichelbeck, Hist. Frising. II, a, 77 oder die Randnote in C. l. mon. 18776 f. 152* 14 — solet *vgl. Herm. Altah. zu 1273* 18 — arcem *Quelle?* 19 *Dorf Heiligenstadt zwischen Abensberg und Neustadt* 25 *Verwechslung mit Gregor V.? oder daraus gefolgert, dass die Bezeichnung principes electores zuerst in dem von Rudolf über seine Wahl an den Papst gerichteten Schreiben (M. G. Leg. II, 383) vorkommt?*

caesar concesserat fato et Anglii summam dignitatem ambibant. calendis igitur Novembribus Francophori principes, pontifices frequentes coeuut, comitia caesarea habent. dumque suffragium ineunt, variae fuere voluntates. nemo alteri caedere in animum inducebat. tandem ne ut antea discordiae malis respublica labefactaretur, placuit uni deligendi potestatem deferre. proinde uno omnium consensu, Litavico praefecto praetorio Rheni, regulo Boiorum, qui tum in principibus imperii praeter caeteros magnopere eminebat, summam deligendi novi principis potestatem offerunt atque permittunt, iubent atque sciscunt, uti caesarem nuncupet principibus ita visum, qui deinde authores fient. Litavicus ratus sibi arduum ac plane periculosum fore, se unum de alienis virtutibus iudicare, unum demereri alios omneis, quos praeterierit, offendere, item neminem unum inveniri, qui omnibus placeat, nec citra invidiam iniuriamve atque offensionem tot ac tales proceres praeteriri posse, existimans primo huiuscemodi provinciam detrectare, excusare invidiam, quae se maneat, si suo unius arbitrio, unus imperare, caeteri omnes servire cogantur, coepit; contra vero arbitratus hoc munere novum principem, memorem tanti beneficii, semper fore suum non solumque sibi ac posteritati hoc facto multum gloriae atque dignitatis, sed et emolumenti accessurum, quid nam ageret, incertus diu cunctabatur. haerebat inter cupiditatem atque metum. cumque proceres imperii pervicatius offerrent, cessit tandem oneri et spacio deliberandi sumpto, deinde vocata (nulla ratione Aldofonsi Hispani habita) concione: ‚patres consulti et populares atque cives fidissimi', inquit, ‚imperium per quadraginta ferme annos civili bello continenter adtritum, pene adflictum ac conlapsum est; plaeraque hi, qui viribus pollent, intercepere. viro rei bellicae peritissimo, qui rempublicam stabilire virtute et armis queat, opus esse censeo. quamobrem quod bonum, felix faustumque sit, Rudolphum Suevum, filium Alberti Saphoburgensis limitis ducis, nepotem Rudolphi Havecoburgensis praefecti, ab ineunte aetate tenerisque unguiculis rerum gerendarum atque militaris disciplinae exercitatissimum, caesarem, sicuti iussistis, designo, declaro, nuncupo.'

Hocque dicto omnes pedibus in eius sententiam eunt Rudolphumque faustis adclamationibus regem ingeminant et salutatum superos

13 praeterit *B*

2 *Vielmehr 29. Sept. Das flgd. frei mit Anlehnung an Johann. Vict. II, 1, p. 301, 302* 30 *Meint A. etwa die von Rudolfs Vater besessene Landgrafschaft im Aargau, die er als Gränze gegen Savoyen als* limes Saphoburgensis *bezeichnet?*

pergunt, supplicatum frequens populus ivit. omnibus perplacebat Rudolphus: dumtaxat Odagrius, Boiemiae rex, et Honoricus, Boiariae inferioris regulus, huiuscemodi comitia adversus auspicia, contra instituta maiorum habita, proinde pro irritis atque inauspicatis ducenda esse, sordibus infimae conditionis sacrosanctum imperium violari, rem-publicam prophanari, maiestatem populi germani pollui vociferabantur. nec solum Rudolphum non recipere, sed rebellionem quoque adversus eundem facere conminabantur. nihilosecius tamen Rudolphus accersitus, mox ad Aquas Graneas in templum deducitur. pontifex Agrippinensis de eo deum consulit; id publicum deinde ac perpetuum sacerdotium honoris gratia Agrippinensibus episcopis fuit. Rudolphus rex declaratus, de templo egreditur, augustali coena universos accipit regnoque potitus, inprimis tuendae pacis curam habuit, grassatores, latrocinia, licentiam equitum et militum conpescuit, populares tumultus gravissime coercuit ac, ne orirentur, sedulo cavit. armis, iusticia, legibus imperium de integro condere studuit statuitque, ut posthac ob insciciam nobilitatis principum et pontificum edicta, privilegia Teutonum lingua ederentur, quae hactenus romano sermone data sunt. habebat domi quinque virgines praestanti corpore atque forma; has ex Anna Burgardi Haegerolochii filia susceperat, quarum quae forma pulcherrima erat, Mathyldam Litavico, suffragatori suo, dat in matrimonium generique opibus adiutus, Suevos, Badenses, Viridobergenses, caeteros gravatim imperata facientes perdomitat. a Rheno ad Hercynium nemus, qua Boiemiam pro nativo muro ambit, universa ad obsequium redigit, praerepta recuperat. Mathyldaque eius filia sequenti deinceps anno enixa est Rudolphum, authorem omnium principum, qui ad Rheni ambas ripas et in Germania, quae est in finibus Celtarum atque Belgarum, intra Helvetium Mosellamque amnes ac in Germania Magna, Nariscis, id est Boiis aquilonaribus longe late dominantur. eadem Mathylda terciodecimo deinde autumno peperit imperatorem Litavicum 4. caesarem augustum, unde originem paternam ducunt nostri reguli, qui ad utramque Danubii oram Sudinos, hoc est Boios meridionales, inferiores, superiores, Vindelicos, Noricos feliciter administrant.

25 Mathylda ciusque *B*

2 *Wohl nach Joh. Victor. II, 1, p. 302, vielleicht auch Annal. Aldersbac. zu 1274, M. G. Scr. XVII, 535* 13 — data sunt *vgl. Johann. Victor. II, 2, p. 303* 18 — susceperat *vgl. Johann. Victor. II, 1, p. 300* 22 — perdomitat *vgl. Contin. Praedicat. Vindobon. zu 1277, M. G. Script. IX, 729* 25 — augustum *wohl nach den verlorenen Annalen des Abtes Volkmar v. Fürstenfeld. Deren Benützung durch Aventin hat im einzelnen nachgewiesen Martin Mayr, Zur Kritik der älteren Fürstenfelder Geschichtsquellen. Festgabe des hist. Vereines von Oberbayern zur 4. Säcularfeier der Geburt Aventins. Oberbayer. Archiv, XXXVI, 71; vgl. zur obigen Stelle S. 107 flgd.*

BSB

Circa eundem temporis tractum Gregorius decimus sacricolarum concilium paschalibus Lugduni habet, undecumque pontifices certos accivit, ex Alemania, Gallia, Anglia quaternos, Hispania duos, ex Sicilia, regno ecclesiae, Ungaria, Dacia, Boiemia, Bolania, Suionibus, Nordovicis et Schotis singulos vocataque concione ex libris sacrae historiae, quos Machabaeorum nominant, praefatus, curam studiumque belli, utriusque reipublicae administrationem ad episcopos et antistites attinere multis verbis persuadet conlegis Palestinam expeditionem et ad Graecos subigendos romano sacerdoti arma induenda censet. deinde leges, quibus vicia sacerdotum monachorumque, antistitum castigentur, corrigantur, rogat, Zophononnas, genus foeminarum sacratarum, abolet. tum omnium rerum ecclesiasticarum decimas in sex annos monachis, mystis, maioribus, minoribus pontificibus imponit, partem octavo calendas Iulii, alteram portionem octavo calendas Ianuarii numerare iubet. postremo haec decreta sciscit, promulgat, piacularii atque sacro auricu- lario praefecti dent operam, orent, instent, suadere non desistant, ut rei, sanctissimo proposito pontificis maximi aere, pecunia, opibus faveant; quisque christianus puer, vir, infans, puella, foemina, sacerdos, prophanus capite census sit, quotannis nummum tribuat. devotus esto, quisquis iis pensionibus adversus iverit. plaeraque alia tum, ut alias, magis argutorum hominum more quam ex aequo et bono conmenta sunt. romulei vultures, quibus defraudari atque conpilari populus solet, et quae neutiquam deo immortali cordi fuisse exitus probavit, eventus docuit, plaerique ad consilium coacti ire, eo luxu habitum est. impendiis non suffecere aurum, argentum, gemmae, vestes praeciosae artis, opes templorum venundatae, pauperibus, qui solvendo non erant, dirae dictae. Cistercienses monachi, quibus pontifex romanus amicus erat, hasce suarum aedium decimationes redemere millibus unciarum argenti puti sexcentis atque quadraginta, Furstoveltae duo pondo argenti teutonica pensitarunt (sunt unciae duae et triginta). a caeteris omnibus decimae superbe atque avare exactae et, licet Decimus eodem anno animam efflasset, nihilosecius tamen romani flamines decimas per sex annos extorta per vim pecunia a Germanis emunxerunt, rumore dissi-

4 Bolonia *B* 6 Machabeorum *B*

3 *Quelle zum flgd.?* 11 zaphnunnun *Contin. Praedicator. Vindobon. zu 1274, M. G. Scr. IX, 729. Vielleicht kannte A. diese Quelle, deren Benützung im flgd. wiederholt deutlich hervortritt, aus jener Weihenstephaner Handschrift, jetzt Cod. lat. Mon. 21549, welche auch der Edition in M. G. zu Grunde liegt* 12 — iubet: *ähnlich Contin. Altah., Scr. XVII, 410, wo jedoch die Zahlungstermine nicht genannt werden* 29 *Wohl nach den verlorenen Fürstenfelder Annalen; vgl. Mayr a. a. O. 105.*

BSB

pabant se suo periculo atque stipendio Palestinam, Syriam, Aegyptum, Asiam, Africam erepturos Turcis, Saracenis, Tataris.

Quamobrem et Rudolphus illa lege atque omine primario sacerdoti Bononiam, praefecturas, ducatus, urbes, regiones Italiae hactenus imperatoribus parenteis (Romaniolam Martinus vocat), quae quotannis millia drachmarum auri septingenties pensitarent, concessit. quemadmodum et imperator Maximilianus anno abhinc decimo principibus aperuit edictoque dato ex Oenobriga 3 kalendas Augusti, anno Christi 1511, conquestus est, dum eodem anno ad calendas Septembris Pisam adversus Iulium secundum pontificem maximum senatum christianum novem romani flamines, idem Maximilianus atque Litavicus, Franciae occidentalis rex, convocarent, pro reformatione morum (ut eorum verbis utar) universalis ecclesiae in capite et menbris plurimum conlapsorum ac emendatione criminum gravissimorum, interiorum, continuorum ac incorrigibilium, universalem ecclesiam enervantium. sed ego haec missa faciam; extant huiusmodi diplomata; qui curiosus et ea legere velit, inquirat et ipse; ego ad ordinem rerum redeo.

Dum talia fiunt, Rudolphus Hagioduni aestate conmoratur, iussu pontificis maximi Clementiam filiam Carolo Gallo, filio Caroli primi, despondet, ut illius opes adversus Hispanos firmaret. inde Noreiobergam ad conventus agendos in hiberna se confert. Odagrius Boiemus et Honoricus Boius non conminationibus, non praecibus, non blanditiis, non promissis impulsi sunt, ut vel legatos mitterent, tantum abfuit, ut ipsi praesto essent. Fridericus archimysta Boiorum, Philippus patriarcha Aquileiae apparuere, in verba Rudolphi iurarunt. quamobrem Odagrius Iuvavensium atque Aquileiensium agrum vastat; manubias, quas lucrifecit, mille uncias argenti trecenties ac vicies fuisse in actis pontificum Saliburgensium reperio. Honoricus quoque ac Litavicus fratres germani invicem saeviunt, discordia civili Boiariam adfligunt. Honoricus, quod se inconsulto Litavicus non solum adfinitatem cum hoste coniunxisset, sed et eundem cervicibus suis imposuisset, amorem fraternum violatum vociferabatur. praeterea ob titulum litem movebat germano, quem palatini Rhenani dumtaxat nomen usurpare,

2 Tartaris *B* 33 cognomen *st.* nomen *A*

3 — concessit *vgl. Johann. Victoriens. II, 3, p. 307* 5 *Martini Opparicns. continuatio pontific. rom., M. G. Scr. XXII, 477, 479?* 5 quae — pensitarent *Quelle?* 18 *Wohl nach Urkunden, u. a. M. B. XXIX, b, 509, 510* — firmaret *vgl. Joh. Victor. II, 3, p. 307* 20 — licuit *(S. 336, 15) vgl. Joh. Victor. II, 2, p. 303* 26 — reperio *vgl. Ann. St. Rudberti Salisb. zu 1275* 27 quadraginta milia marcarum *l. c.* 28 — volebat *vgl. Annal. St. Rudberti Salisburg. zu 1275.*

se vero regulum Boiorum adpellari volebat. duos annos et sex menses haec dissensio Boiariam adtrivit.

Dies igitur a caesare Honorico et eius coniurato Odagrio Viridoburgium dicitur. quibus venire detrectantibus, Augustam Rhetiae tercio sub poena laesae maiestatis, nisi obtemperassent, evocantur. Odagrius Veronardum Secoviensem episcopum admodum sapientem, Honoricus Honoricum Utinensem praepositum, iureperitum atque historiographum, eo proficisci iubent. qui in conventu principum Rudolphum sacrilegii atque impietatis accusant; proinde indignum esse, qui tantam dignitatem pollueret, arguunt. sed haec legatio a nemine benigne audita est. Litavicus praefectus praetorio Rheni, regulus Boiorum primo, deinde caeteri rogati sententiam, Odagrium atque Honoricum contra rempublicam facere decernunt hostesque publicos declarant, eisdem bellum indicunt. oratoribus Boiemorum atque Boiorum aegre tutis redire licuit.

Porro caesar comparato exercitu, cum Litavico genero suo arma in Boiariam movet. Camboduni in confinio superioris inferiorisque Vindeliciae castra facit, fines Honorici igne, ferro depopulatur. Honoricus vim caesaris ultra ferre non valens, cum fratre in gratiam redit. deinde a caesare veniam petit, quam per Litavicum germanum impetrat, mutuoque dat Rudolpho mille drachmas auri sexies et quadragies. Rudolphus Catharinam, filiam suam, Otoni, filio Honorici connubio iungit regionemque supra Anassum Honorico oppignerat. inde castra Reginoburgium transfert, a Leone urbis episcopo, sacerdotibus, populo, sacris excipitur. inde terciis castris, sexto calendas Octobris, potestatis anno tercio, qui est christianae aerae 1276, Bathaviam pervenit. in iis castris tum fuisse diplomata data ostendunt Litavicum atque Honoricum fratres, praefectos praetorio Rheni regulosque Boiorum, Honoricum Chattorum praesidem, Fridericum urbis Noreiobergae praefectum, Albertum Hochoburgensem, Hugonem Viridobergensem, Fridericum Linium, Otonem et Honoricum Spanomenses, insuper hos pontifices: Mogontinum, Saliburgensem, Viridoburgium, Reginoburgensem, Chimensem.

Posthaec caesar contra Odagrium bellum in Austriam convertit;

5 lesae *A*

1 — adtrivit *vgl. l. c. zu 1276* 3 — licuit *vgl. Joh. Victor. II, 2; p. 303, 304, Annales Aldersbacens. zu 1275* 17 *Quelle? etwa die Fürstenfelder Annalen?* 23 — oppignerat *vgl. Contin. Praedicat. Vindobon. zu 1277, p. 729* 25 — Chimensem *vgl. Rudolfs Urk. v. 26. Sept. 1276; M. B. XXVIII, b, 400* 34 — obsidetur *vgl. Contin. Praedicat. Vindob. zu 1277, p. 729, 730.*

Oenum, Tranum, Anassum, flumina Boiariae Noricoruinque, transsit. Moenardum Goriciae atque Tyrolii regulum, cui soror ducum Boiariae nupta erat, Stiriam, Charionas, Carnos, Liburnos, finitima loca a tergo invadere iubet. Franciscanos atque Dominicanos, qui ubique incolas iussu pontificis romani sacramento solvant, Odagrio diras dicant, praemittit. ipse comite Litavico genero terrestri itinere Viennam contendit. Anassoburgium a Chunrado Sumeruno absque vi traditur. itidem Ibisa, Tullina deditionem faciunt. Neoburgium ab antecursoribus caesaris vesperi apertis aduc portis de improviso occupatur; Boiemi, qui in praesidio erant, trucidantur. deinde Viennam nemine resistente perventum est. Odagrius in altera ripa considebat solutisque pontibus aquarum diluvie traiicere copias nequibat. urbs Vienna a caesare quinque et triginta dies obsidetur. Rudolphus quoque penuria conmeatus et stipendii laborare coepit, adeo ut Mogontinus archimysta clam fugam adornaret. Boiorum vero, Nariscorum Vindelicorumque atque Noricorum episcopi, Fridericus Saliburgensis, Honoricus Tridentinus, Beritholdus Babobergensis, Leo Reginoburgensis, Petrus Bathavinus, Theodericus Guricorum, Ioannes Chimensis, Leonardus Secoviensis, Chunradus Fruxinensis praedia omnia ecclesiastica templorum, monasteriorum Austriae, Stiriae, Carnorum, Charionum, Liburniae censent denariumque caesari tribuunt. itaque militibus stipendium solutum, annona exercitui undique coempta est. Viennenses, ut omnia sibi in dies arctiora viderunt esse et obsidionem aut non possent aut non vellent amplius ferre, aliquot dierum inducias pacti, ut nisi intra eas auxilium Odagrius ipse misisset, dederent urbem. posteaquam nihil inde praesidii mittebatur, ad praestitutum diem permisere se caesari.

Posthaec Odagrius periculo suo sero sapit. proverbium est germanum: quicquid summum est, cum non habeat, quo ultro progrediatur, rursus ad ima (sicuti ludicrum fortunae postulat) relabi necesse est. hanc ob causam et Odagrius, cum paulo ante in summo fastigio constitisset, descendendum sibi iam esse animadvertebat. quod ut minimo detrimento fieret et quiete Boiemiam atque Moraviam possideret neve fortunam lacesseret, ultro offerenda, quae alioqui amiserat, ratus, Litavico duci Boiorum, cognato suo generoque Rudolphi, conmuni utrius-

31 constetisset *B* 34 ultra *B*

2 — iubet *vgl. Joh. Victor. II, 3, p. 308* 7 per Chunradum de Sumerowe *l. c.* 13 — caesari, *Z. 27, Quelle?* 28 *Vgl. Freidank, 28, 23:* Hôchvart stîget manegen tac, unz si niht-hoeher komen mac: sô muoz si nider vallen. *Wälsch. Gast 10637:* Swer hôhe vert zaller zît, wizzet, daz er nider lît.

BSB

que amico, copiam transsigendi facit. eius suasu, ut clientem decet, ita literas ad caesarem dat: serenissimo domino suo Rudolpho regi Romanorum semper augusto Odagrius, dei et illius gratia rex Boiemiae, aperit, se potestatem paciscundi Litavico palatino Rheni, duci Boiariae, consanguineo suo, dedisse. hae igitur pacis conditiones dictae fuerunt: captivi postliminii iure utrimque restituti; obsides, quos initio belli Odagrius in Boiemiam abduxerat, Austriacis redditi; Austria, Stiria, Carni, Chariones, Liburni, Histri, Veneti imperio atque Rudolpho redditi; Ugris a Boiemis intercepta promissa; filia caesaris Vincissolao. filio Odagrii, desponsa. Odagrius traiecto Histro cum pluribus regio luxu comitibus in castra extra Viennam processit ibique auro, argento, gemmis praenitescens in corona purpuratorum et populi, qui frequens spectatum eo convolarat, Rudolpho caerulea tunica (quam Teutones camelon vocant) et in suggesto considenti genu ponit, in verba eius iurat, ab eodem Boiemiam atque Moravos cum 36 signis in fidem accipit.

Hisque omnibus ritu solenni perpetratis Rudolphus Viennam, Odagrius Boiemiam petit a Chunegundaque uxore non ita benigne accipitur. ‚magnanimum vero', inquit illa, ‚regem, qui nondum viso hoste, tot valentissimis atque potentissimis nationibus et regnis et nova sane ac egregia adfinitate ab obscuro ac ignobili quondam clientulo suo servitutem scilicet clementem cauponatus est, nempe ut praegustator ad cyathum statueretur. oh me virum esse oportuit, ego scissem uti armis et regno. iam pridem ille caeruleus atque sacrilegus mendicus haud dubie sensisset, quid pericli foret servo atque gregario militi adversus dominum rebellionem facere et regem ac imperatorem suum temere armis lacessere.' idem alii assentatores aulici, perpetuum regum malum, inculcabant. eandem Chunegundam imperiosiorem, Odagrium uxorium fuisse, diplomata ab illa data indicant, in qua nulla mentione viri habita portoria et inmunitate donat. unum ad faciendam fidem subscribere satis est, in quo Austeraviam, inferioris Boiariae templum, in tutelam recipit, mandat magistratibus et publicanis, ne vectigalibus adterant. caput huius: Chunegunda dei gratia Boiemiae regina, ducissa

30 portoria et inmunitate *sic A u. B*

2 *Ein derartiges Schreiben ist bis jetzt, wie es scheint, nicht veröffentlicht* 5 — desponsa *vgl. den Friedensvertrag; Mon. Germ. Leg. II, 407* 13 tunica grisei staminis vestitus *Joh. Victor. II, 4, p. 309* 14 *Kämel, Zeug von Kameelhaaren; vgl. Schmeller-Fromann I, 1243* 15 cum 36 signis *vgl. Contin. Praedicat. Vindobon. zu 1278* 17 — lacessere *vgl. Joh. Victor. l. c.* 33 *Findet sich nicht unter den Osterhofener Urkunden in Mon. Boic. XII.*

Austriae, Stiriae simul et Carynthiae, marchionissa Moraviae, domina Carniolae, Liburniae et Oegrae ac Portus Naonis. datum apud Chrems 15 kalendas Novembris.

Odagrius igitur amore aegrotus, improbos quoque nactus consultores magistros, animum ad deteriorem partem adplicat, omnia, quae cum caesare egerat, rescindit, nurum abdicat, Ugris praerepta non reddit. Ladissolaum puerum esse, se eius tutorem fore praedicat conlectoque variarum gentium exercitu ingenti Venedorum, Boiemiae, Bolaniae, Pomeraniae, Moraviae, Saxonum, accitis etiam auxiliariis Boiorum copiis, ab Honorico cognato suo, quem pecunia, blandiciis, pollicitis in suas parteis traxerat, Austriam transdanubianam in Germania Magna invadit, plaeraque oppida vi expugnat, ad deditionem cogit.

At caesar, dum talia fiunt, dimisso exercitu, Viennae conmorabatur Valdoramumque civem Viennensem locupletissimum (qui latrociniis, vastando Iuvavenses sacerdotes, opes conquisierat ab illisque devotus, sed capto mysta rursus expiatus fuerat) cum plaerisque aliis adversus se conspirantem opprimit. auditaque defectione Odagrii Albertum, Hartomanum, Rudolphum filios suos ad se properare cum copiis iubet. Ladissolaum quoque regem Ugrorum evocat. postea superato Danubio obviam conatis Odagrii pergit. propter flumen Marum conveniunt ducum copiae. septimo calendas Septembris fit praelium anceps; equus Rudolphi occisus; ipse prosiluit pedesque pugnam, donec a Beritholdo Capella in alium equum sublatus, redintegrat; acrius deinde instat vincitque fortuna caesaris; Boiemi terga vertunt; Odagrius occisus; Ugri cum magna praeda domum revertuntur.

Caesar Moraviam occupat, inde Boiemiam petit. Oto Brandeburgius, nepos ex sorore Odagrii, Bruno Iuliomontanus episcopus obviam cum suppliciis pergunt, veniam adolescenti Vincissolao, simul et sponsam impetrant. caesar victricia signa Viennae intulit ibique annum conmoratus est. filium Hartomanum domum redire, filiam ad se deduci imperat, quam in Boiemiam deducendam curavit. inde Stiriam, Carnos, Charionas, Venetos, Liburnos lustrat vallemque Anassi exin

15 Baltramus *Joh. Victor. II, 3, p. 308* — expiatus fuerat *vgl. Annal. St. Rudberti Salisb. zu 1281, p. 807* 18 — revertuntur *vgl. Joh. Victor. II, 4; Contin. Praedicat. Vindob. zu 1279; Ann. St. Rudberti Salisburg. zu 1278; Herm. Altah. contin., p. 410, 411* 24 Capellarius *Joh. Victor. l. c.* 27 — impetrant *vgl. Joh. Victor. II, 4, p. 311;* — Stiriam *l. c. u. II, 5, p. 312; vgl. auch Contin Praedicat. Vindobon. zu 1278, 1280* 30 — conmoratus est *vgl. Ann. Aldersbac. zu 1279; M. G. Scr. XVII, 536.*

petit; Honorico regulo Boiorum, quod suppetias Boiemis tulerat, bellum indicit, fines eius ingreditur. obviam armatus pugnamque cum Rudolpho conserturus Honoricus pergit. sed se imparem viribus esse videns, caedit, internuncio filio suo Otone et nuru Catharina, Litavico fratre, Mathylda eius uxore depraecatoribus veniam impetrat, auxilium adversus Boiemos pollicetur, quos rursus rebelles animos sumpsisse rumor erat, regionem supra Anassum sibi oppigneratam, Valentiam, Linzium, Stiriam, alia huiuscemodi oppida sine sorte reddit. caesar Neoburgio, Scharoduno, Phrigiostadio, Rito eaque tetrarchia et finitimis vicis, castellis, quae ad Linzium usque pertinent, filiam Catharinam dotat atque instruit. postea in Austriam revertitur.

Iisdem diebus Anna, uxor caesaris, fato concedit, filius quoque Hartomanus in Rheno tercio decimo calendas Ianuarii cum quatuordecim comitibus submergitur. Leo Reginoburgensis, Petrus Bathavensis episcopus, Chunradus, ultimus Moseburgensium regulus, moriuntur. Honoricus dux boius huius opes occupat. nix sexto decimo calendas Augusti a Fruxino usque Longionas cecidit.

Inter haec Chunegunda uxor Odagrii ad secundas nuptias transsit Zebiscoque nubit Boiemiaeque regnum sibi vendicat. caesar igitur accito ex Boiaria Litavico genero suo, compositis rebus austriacis conmissisque Alberto filio, cum in orientali regno quatuor annos, sex menses conmoratus fuisset, demum Austriam egreditur Boiemiamque petit tumultumque ob nuptias reginae concitatum compescit. inde per Hercyniae saltus Noreiobergam Nariscorum urbem ad conventus agendos proficiscitur. Moesos, Turogos pacat, Rudolphum Havecoburgensem patruum suum, Hegionem Frigioburgensem, Eburonardum Viridobergensem, qui interim solennem atque festam Germaniae pacem violarant, proscribit, hosteis reipublicae renunciat, cum illis facinus et temeritatem partim suppliciis et praecibus amicorum, partim muneribus et pecunia expiantibus facile in gratiam rediit. in hunc contumacius agentem arma cum Litavico Boiorum rectore movet, Stutogardam,

17 Langionas *B*

2 —-instruit *Quelle?* 12 — submergitur *vgl. Contin. Praedicator. Vindob. zu 1281* 14 — occupat *vgl. Hermanni Altah. contin., p. 411* 16 — ccidit *vgl. Ann. St. Rudb. Salisb. zu 1281, p. 807* (a Frisinga usque in Longou) 18 — vendicat *vgl. Hermanni Altah. contin. p. 411* 19 — involvit *vgl. Annal. Aldersbac. zu 1280; Joh. Victor. II, 5, p. 313, 314* 31 *Weder Joh. v. Viktring noch eine andere unserer Quellen berichtet von Ludwigs Theilnahme. Beruht A.'s Angabe etwa auf den Fürstenfelder Annalen?* 31 Stutgarten, Nortingen, Witlingen, Remze, Walthusen *Joh. Vict. l. c.*

Northingiam expugnat, moenia solo aequat. eodem fortunae impetu Bitolingios, Valthusium, Rhaemoseos involvit.

Perdomito itaque Viridobergensi bellum in Burgundiam convertit. Vesontionem et Beligardi montem obsidet, regis occidentalis Franciae legatis, qui regem suum suppetias luturum Burgundis, nisi ipse hisce finibus excederet, nunciabant, paucis respondit; ‚veniat', inquit, ‚rex vester; nos eum hic expectabimus atque armis excipiemus; ipse fatebitur et sentiet nos non saltitandi restisque ducendae gratia hic sedere. quam facile sit stricto leges imponere ferro, re ipsa experietur.' haec ubi ad regem Celtarum relata sunt, Burgundis auxilium denegavit, eos imperata facere iussit; Burgundia ad obsequium redacta. caesar inferiorem Germaniam Rheno conterminam adire parat.

Cap. 10. Dum per quinquaginta fere continenter annos respublica discordiae malis a totque subinde principibus conflictata nutat, Agrippinensis archimysta peculatum fecerat, vectigalia imperii occuparat, reddere hactenus detrectarat. Fridericus praeterea Stuphius, manium eliciendorum gnarus inferosque cogendi peritus, vultu imperatoris Fridericum 2. referens, se eundem esse praedicat, opes ingentes, quas atrati spiritus subministrabant, veteranis ad se confluentibus largiter distribuit. erat admodum faber ille fallaciarum, comis atque affabilis, quos pecunia non poterat, blandiciis sibi conciliabat. plaeraque secreta militibus, equitibus, qui sub Friderico meruerant, geniorum desertorum instinctu memoriter recitabat. Iudaei atque christiani, nobiles Rhenani, vulgus promiscuum, cives, agricolae (ut sunt rerum novarum avidi mortalium animi) convolant. ille populo congiarium, militibus donativum elargitur, divitiae ope Plutonis atque inferorum suppetebant. iamque ille in dies magis atque magis copiis auctus timeri poterat et imperatorum more conventus celebres agere primo Novesii, deinde Agrippinae coepit. caesar cum exercitu Agrippinensem Coloniam petit; pontificem ad officium cogit, vectigalia vindicat. episcopo sibi iniuriam fieri vociferanti: ‚caedo quosvis', ait, ‚arbitros; te in hac re peccare plura docebo.' interea Fridericus subditicius in Chattorum elabitur regionem, Vethophilariae se munit. Rudolphus eo castra transfert,

3 — parat *vgl. Joh. Victor. II, 9, p. 326 flgd.* 8 restisque — gratia *Ter. Ad. IV, 7, 34* 9 quam — ferro *Hexameter (mit Hinweglassung von* sit); *woher entlehnt?* 14 — detrectarat *vgl. Ann. Aldersbac. zu 1282? l. c. 536* 16 — iubet *vgl. Johann. Victor. II, 5; p. 314, 315; Closener (Chroniken der deutschen Städte, VIII, 45, 46)?* 16 *v. Hohenstaufen? Der Betrüger hiess aber Dietrich Holzschuh oder Tile Kolup* 29 — vindicat *nach Ann. Aldersbac. l. c.?*

urbi minatur excidium, nisi veneficum dedant, traditumque ab oppidanis impietatis condemnat, deinde ad palum ligatum igne concremari iubet.

Dum talia in Germania fiunt, Nicolaus tercius pontifex maximus, Caieta ortus, cui formidolosa Gallorum potentia et nimis vicina videbatur, Petrum Arragonum, imperatoris Friderici secundi cognatum, Siciliam iure haereditario armis repetere Celtisque auferre praecipit. confestim omnes Siculi ad eum deficiunt, in Gallos citra omnem rationem aetatis atque sexus crudelissime saeviunt, hos ad unum omnes contrucidant, ne foeminis quidem ac infantibus parcunt, genitalia viris excindunt, mulieres uterum ferenteis exsecant. haec ex diplomate Martini quarti Turonensis, qui Nicolao successit et Gallis amicus, Petrum Siculosque devovit, excepi. Petrus nihilominus exactis occidentalibus Francis Sicilia potitur.

Iisdem diebus Martinus animam efflat et regno ecclesiae Honorius quartus imponitur. is Germanorum amantior Ioannem episcopum Tusculanum, flaminem romanum, in Germaniam legatione suscepta proficisci iubet, postulatum, ut caesar cum exercitu Romam petat, augusti cognomen suscipiat et Campaniam, Apuliam, Calabriam, Siciliam pulsis Gallis, Hispanis imperio atque Germaniae adserat, monachi, sacerdotes, foeminae sacratae, pontifices maiores, minores militibus stipendia, nimirum quartas quinquennales omnium rerum suarum contribuant.

Has ob causas caesar et sacrificus romanus Viridoburgii altero et vicesimo die quadragesimae coetum ecclesiasticum cogunt. frequentes monachi, sacerdotes, archimystae, episcopi convenerunt. cumque his in templo considentibus mandata primarii sacerdotis Tusculanus pluribus aperit, speciosis dictis, longis ambagibus persuadere conatur, Agrippinensis legatus surgit, conlegis linguis et animo faventibus, intercedit, ad frequentem christiani orbis senatum provocat, ex libello iusta sua, licet interturbante atque obstrepente flamine, recitare coepit. legere pergenti Tusculanus necquicquam diras dicit. nam caeteri om-

4 — ortus *wohl nach Ann. St. Rudberti Salisb. zu 1277* 6 — excepi *vgl. die Bulle Martins IV. v. 7. Mai 1282 in Hermann. Altah. contin. zu 1282, p. 412 flgd.; Potthast Nr. 21895* 13 — potitur *vgl. Herm. Altah. cont. zu 1282, p. 414* 15 — amantior *vgl. Ann. St. Rudb. Salisb. zu 1285* 16 *Zum flgd. vgl. Clm 18776, f. 152 v., vielleicht auch Ellenhardi chron., M. G. Scr. XVII, 129* 20 — contribuant *vgl. Closener (Chroniken der deutschen Städte VIII, 50)* 24 *Zum flgd. vgl. Annal. Osterhovens. zu 1287, M. G. Script. XVII, 550; Hermanni Altah. contin. Ratisbonensis zu 1287, l. c. 416; und wohl Ellenhardi chronicon, l. c. 129, 130, Closener l. c.*

neis monachi, sacerdotes prosiliunt, uno consensu devoventi obganniunt, clamitant, vociferantur, perstrepitant. Romanensis vim praesentemque necem sibi inminere suspicatus nec se manus horum crudelissimorum germanumque furorem evadere male ominatus quiritatur, fidem, arma, opem caesaris implorat. comites eius actum de domino suo rati diffugiunt. magister equitum, armato milite iussu caesaris (qui tumultum hunc iam audierat) in aedes sacras inrumpit, Ioannem trepidantem metuque exanimem ad diversorium deducit.

Probus Franciscanus, episcopus Tullensis, Tubiorum oppido in Suevia ortus, sacrarum literarum interpres, cuius tum clara facundia atque pollens erat, in labro lustrico consistens, huiuscemodi orationem fecit: ‚quousque, conlegae charissimi, romulei illi vultures patientia nostra, ne dicam stulticia abutentur? quousque eorum flagitia, avariciam, superbiam, luxum tolerabimus? non cessabit hoc genus archisynagogon pessimum, nisi omnes ad egestatem et servitutem durissimam redegerit. discordia nostra hocce malum crevit, discordia nostra illi nebulones tuti sunt. nec unquam, quam diu illi salvi fuerint, christianis festam pacem servare, ab armis feriari, pietatem inter se colere licebit. nuper Saxones atque Suevos inter se conmiserunt. deinde divum Fridericum secundum reipublicae christianae utilissimum, Chunradum quartum, Suevos atque optimos principes imperio simul atque vita privarunt. in Germania discordiae mala sathanae et Antichristi satrapae seminarunt; Chunradum postea insontissimum, inmeritissimum et optimae indolis adolescentulum, prolem divorum, iure gentium haereditatem maiorum repetentem fraude, dolo interceperunt ac crudelissime necarunt; Suevos atque Francos Vestriacos inter se armis veluti spectaculum sibi ac paria conponentes conmiserunt. deinde adversus hos Hispanos concitarunt. nunc nos adversus Galliae atque Hispaniae proceres, cognatos nostros, ex Germania quondam profectos, concitare nituntur. in memoria habete, quid ante duodecim annos ille sane egregius Decimus cum decimis egerit; idem Quartus cum quartis aget; ut illas Gregorius vigilantissimus a nobis emungeret, Scythas, Arabes, Turcas in nos armavit. mentiar, nisi hosce (nempe maximum vectigal) magis salvos quam nos esse velint. divi Veronardi

9 *Bischof Konrad II. von Toul, genannt Probus; von Tübingen: so Closener a. a. O. und die erste bairische Fortsetzung der sächs. Weltchronik (M. G. Script. vernac. ling. II, 329); nach der Colmarer Chronik, M. G. Script. XVII, 256, war er von Isny* 11 *So Closener a. a. O.* 12 *Die flgd. Rede ist eine freie Composition A.'s, vielleicht anknüpfend an Ellenhardi chron.:* Probus ipsius legati crimina et actus nefarios detegendo *etc.* 12 — abutentur *vgl. Cicero, Catil. I. in.*

consecranei, quibus tamen, ut amicis ille consultum volebat, millibus aureum nummis sexcentis se redemerunt. hinc licet existimare, quanti illa conciliabula constent quantumve auri corradatur. fallacia fallaciam trudit atque placita huiusmodi argutorum hominum magis more quam ex bono atque aequo sathanae illi lucem simulantes comminiscuntur, quibus populo tenebras offundunt. quae nequaquam Christo domino deoque nostro cordi esse, exitus et opera, nisi plane caeci simus, probant, eventus docet, sacrae literae cantant. proinde, patres Christo devotissimi, expergiscimini, consulite, succurrite rebus perditis, resipiscite atque capessite rempublicam. maiores nostri inmunes imperii, tamen Romanos armorum studiossissimos, disciplinae militaris peritissimos, gentium victores, rerum dominos, orbis terrarum domitores, humano generi, finitimis imperitare permoleste tulerunt eorumque imperium armis solverunt. nos pueris atque effoeminatis (ne quid gravius dicam) aequo animo servimus. qui sit ille Tusculanus, non sum nescius. novi hominis mores: aurisuga est venalisque foenerator atque perfidus, vile pecuniae mancipium. ego minas eius floccifecero senatumque totius orbis christiani adpello.'

Haec ubi Probus dixit, caeteri omnes sententiam eius collaudant atque sequuntur. in paucis diebus universi, Tusculano vim formidante neque in publicum prodire audente, paulatim dilabuntur. ita re infecta concilium solutum est. legatus Furstoveltarum quadraginta argenti uncias expensas retulit.

Sub idem tempus in Boiaria secunda Aldaechii, quod inferius vocant, monachi atque eorum magister Volcomarus letali seditione, uti fit, tumultuantur. monachi se diu noctuque fame, siti, inedia excruciari, pervigilio enecari, cantus precularum strepitu obtundi, Volcomarum vero inmunem omnem vitam agitare, genio indulgere, voluptatibus frui, quaecunque libitum fuerit, facere atque imperare causabantur. horum cognati inrumpunt, apothecas vinarias, cellam penuariam effringunt, penum omnem atque gazam diripiunt, Volcomarum Histrum traiicientem eminus sagitta interficiunt, monachi posthaec, qui conscii fuere, ab Honorico regulo Boiorum exiguntur, sex eorum, cognati authores caedis, cathenati Strubios deportantur binique idem supplicium luunt, execti, rotae innexi, in crucem acti, securi percussi sunt.

Eadem tempestate Catharina, filia caesaris, nurus Honorici, Boiariae secundae rectoris, fato absque liberis concedit. Albertus,

22 — retulit *wohl nach den Fürstenfelder Annalen* 24 — percussi sunt *vgl. Herm. Altah. contin. zu 1281, p. 411.*

frater eius, cui parens Austriam conmiserat, bellum Boiis sibi finitimis indicit, cuius causam explicare atque rem altius repetere, ceu tempus postulat, necesse est. tempore imperatoris Friderici primi vitricus atque privignus pro regno Boiorum disceptarunt, ut id aequa lance divideretur. regio Noricorum atque Boiorum (quae cubat inter Oenum, Anassum, Maticham amnes, quibus terminis Ritum arcem atque vicum celebrem contineri constat) avulsa de Boiaria occidentali, austriacae addicta est. praeterea Neoburgium, Scharodunum, Variopagus, Oeno supra Bathaviam contermina, fuere quondam Pictaviae regulorum. ea lege atque iure haereditario ad Odagrium Stirium, testamento vero atque legato inde ad Austriacos redierunt; tandem dos, et quicquid inde Linziam protenditur, extitit Otonis, filii Honorici. mortua igitur, ut dixi, Catharina Albertus, germanus eius, incertum, an iussu parentis, illa repetere coepit fretusque adfinitate Litavici, primae Boiariae rectoris et Rheni, copias contrahit; Fridericum archiepiscopum Iuvavensem socium asciscit Valentiaeque coeunt, inde versus Ritum hostili animo arma movent. Honoricus Brunduni (ubi tum Vichardus episcopus Bathavensis tridui sumptibus ex fisco principali acceptis Rantheroviam de integro 12 kalendas Octobris dedicabat) vires colligit, hostibus obviam acie intenta progreditur, haud procul castris Alberti, vim vi propulsurus Cellae considet. inter haec Oto, filius eius, Neoburgium obsidione claudit, Scharodunum praesidio firmat, Austriacos vastat. Vichardus episcopus Bathavensis et Honoricus Rotenecho ex principibus Abusinae, patriae meae, ortus, episcopus Reginoburgensis, intercedunt, foedus faciunt, rem integram ad Litavicum, fratrem Honorici sororisque Alberti maritum, reiiciant. Albertus adversus Ugros Stiriae atque Austriae fines vastanteis retro arma movet.

Fridericus domum reversus moritur. Rudolphus magister epistolarum caesaris in conlegium pontificum Iuvavensium cooptatur. is cum Honorico Boio societatem init, eidem se atque Iuvavenses sacerdotes ab illius maioribus conditos atque collocupletatos in clientelam dicat atque commendat; inde Stiriam petit. interea Mylodoryphi incertum casune an fraude conflagrant; constanti quidem fama dissipatur id dolo Honorici factum esse. quamobrem Rudolphus ex Stiria Iuvaviam contendit, inde fines Honorici invadit, omnia incendiis complet. contra Honoricus arma corripit, sua tutatur, episcopum finibus caedere cogit,

12 — cocunt *vgl. Annal. St. Rudberti Salisburg. zu 1283, p. 808 und Johann. Victor. II, 8, p. 322* 16 *Quelle für das flgd.? Ranshofener Annalen?* 21 *Wohl Andiesenzell bei Ried; vgl. Quellen und Erörterungen V, 361 flgd.* 23 *Vielmehr Gottfried v. Passau; s. die Urkunde vom 7. Dez. 1283 a. a. O.* 28 — facit *vgl. Annal. St. Rudberti Salisb. zu 1284, 1285, p. 808—810.*

Mylodoryphos obsidet in ditionemque redigit. Litavicus, frater Honorici, inducias ad kalendas Februarias facit.

Utino tum Oto Thorius praesidebat. is dum vesperi venatur et vulpeculam, quam catuli coeperant atque dilacerabant, servaturus equo descendit hocque recalcitrante in ensem vagina elapsum cadit atque transfossus ventrem interiit, sexto nonas Octobris, anno aerae nostrae 1285. dumque talia in secunda Boiaria geruntur, in prima Vindelicia Monachii anicula quaedam infantulum Iudaeis vendidit, quem illi deo inmolant, punctim acubus caedunt, necant, cruorem malluvio excipiunt, quo perlitare creduntur. eadem venifica alterum infantem subreptura, a patre depraehenditur, accusatur, in vincula coniicitur, quaestionibus admota, facinus confitetur, corpus interempti infantis indicat moxque poenas luit. vulgus viso corpore ita vulneribus confosso saevire coepit, conclamat, concurrit, insanit, non expectata iudicum sententia, Iudaeis mortem intentat. aulici atque praetores ducis impetum compescere conantur, minas, verbera frustra ingerunt consulturique Iudaeis eos in fanum lapideum, synagogam nuncupant, commigrare iubent. quo cum Hebraei confugissent, fit acrior tumultus; populus convolat, ligna, ignem aedi submittunt, faces, sulfur, taedas et huiuscemodi fomenta, quae facile ignem conciperent, subiiciunt, die, quem nos sextum vocamus, prophani Veneri dicavere, centum et octoginta Iudaeos una cum templo igne concremant. nemo prohibere, nec dux nec aulici atque praetores potuere, adeo saevit ignobile vulgus; nulla tempestas tantos ciet fluctus. templum nunc ibidem christianorum extat.

Eodem anno caesar octavo calendas Ianuarias Augustam in confinio Rhetiae atque Vindeliciae concilium procerum convocat. Albertum Hallusium in classem praefectorum, quos nos graphos, literatores comites vocant, refert. Boiis atque archimystae eorum diem dicit. ibi Honoricus atque Litavicus, fratres germani, Boiorum legati cum liberis Austriam, Stiriam, Charionas easque regiones sibi reddi postularunt, quae quondam maioribus suis ablata fuissent, atque illi eadem loca,

2 ad purificationem st. Marie *(2. Februar) l. c., p. 810* 3 — 1285 *Quelle?* 7 — concremant *vgl. Annal. St. Rudberti Salisb. zu 1285, p. 810. Mayr, S. 109, der diese Quelle nicht beachtete, dachte an eine Fürstenfelder Quelle; es dürfte aber nicht nöthig sein, neben den Salzburger Annalen, deren Bericht A. ein wenig ausgeschmückt hat, eine weitere Quelle anzunehmen* 24 *Nach A.'s deutscher Chronik gehörte diese Kirche [später] ‚dem vom hl. Berg' (dem Abte von Andechs). Nach Bergmann, Geschichte von München, S. 42, war es die frühere Gruftkirche in der Gruftgasse* 23 saevit — vulgus *Verg. Aen. I, 149* 26 Albert v. Hals; — refert *vgl. Herm. Altah. contin. zu 1280, p. 411* 28 *Ueber das flgd.* — proripiente *vgl. Mayr 109, 110; Riezler, Geschichte Baierns, II, 153, Anm. 2.*

primum Romanis, deinde Hunnis pulsis atque excisis, postremo Venedis atque Ugris perdomitis, suo Marte et sanguine peperissent, in Germaniam transtulissent, colonias ibi Boiorum atque popularium suorum deduxissent. caesar senatu imperii convocato refert, quid fieri placeat de hisce provinciis, quas interim precario filio suo commisisset. tum ex senatusconsulto consiliique decreto Austriaci, Stirii Alberto et Rudolpho, filiis caesaris, traduntur, Chariones, Carni, Liburni, Histri Moenardo Tyrolio committuntur; frustra Litavico iuniore, filio Litavici Boii intercedente atque insalutato caesare se domum proripiente.

Litavicus, eius genitor, atque Moenardus Tyrolius, Albertus Austriacus adfines tum foedus ineunt. Elissa, uxor Alberti, filia erat Moenardi, neptis ex sorore Litavici. in eodem concilio pacis leges Rudolpho archimystae Saliburgensi Honoricoque Boio dicuntur. Mylodoryphi Iuvavensi episcopo redditi, qui in paucis post diebus moritur. Iuvavenses sacricolae Stephanum, filium Honorici Boii, pontificem legunt. Chunradus episcopus Laventinus, Honoricus iureperitus a secretis Romam, uti pontifex maximus author fiat, legantur. verum cum legati, quos exploratum vitam ac mores Stephani in Boiariam proficisci iusserat, eundem paludamento militari amictum, sagittariorum spectaculo praesidentem se offendisse referrent, illum abdicat; Chunrado Iuvaviam, Honorico Laventinos nunciis committit. ipse Stephanus postea uxorem duxit, liberos procreavit. eius parentem Honoricum tum Sueviam praetorium in confinio utriusque Vindeliciae condidisse reperio.

Eodem anno Chunradus Nantovinus, Romam voti reus profecturus, Voliphorathusium pervenit, ibi, quod puerum constuprare nisus fuerit, accusatur. a Ganthero praetore idus Augusti ad palum ligatus con-

26 construprare *A u. B*

5 — conmittuntur *vgl. Annal. Osterh. zu 1284? (M. G. Scr. XVII, 549); Herm. Altah. contin. zu 1281* 10 — ineunt *Quelle? Oder ist das Bündniss zw. Ludwig, Friedrich v. Salzburg und Albrecht v. Oesterreich gemeint, das K. Rudolf auf dem Augsburger Hoftage am 27. Dez. 1282 bestätigte? (Kleinmayrn, Juvavia, 387). Meinhard von Tirol wurde darin ausgenommen* 12 — redditi *vgl. die Urk. v. 2. Febr. 1286; Quellen u. Erörterungen, V, 392. A. wirft die Augsburger Hoftage von 1282 u. 1286 zusammen* 14 — conmittit *vgl. Herm. Altah. annal. zu 1290, p. 415, 416* 18 — referrent *Quelle?* 23 *Marktflecken Schwaben n. ö. von München;* — reperio *Quelle?* 25 — populus *ist doch wohl, trotz einiger Abweichungen, die später bei Raderus, Bavaria sancta, II, 324 (Ed. v. 1624) gedruckte Aufzeichnung in einem Rituale der Pfarrkirche Wolfratshausen benützt. Wiedemann, Turmaier, S. 150, bezeichnet als Quelle eine angebliche Vita St. Nantwini in Acta Sanctor. Boll. zum 7. August, Aug. II, 214, 215. Was jedoch dort de st. Conrado Nantwino gesammelt ist, sind im wesentlichen nur die Berichte Aventins u. Raders* 25 1208 *in der citirten Aufzeichnung, was nicht zu H. Rudolf stimmt* 26 *Dieser Grund a. a. O. nicht genannt* 27 7. idus Augusti *a. a. O.*

buritur. vulgus insontem credidit, Gantherum hominis pecuniae insidias tetendisse praedicat, templum ibi condit, pro martyre colit, frequens coit supplicatum populus. eundem aduc accolae venerantur, divum Antovinum vocitant.

Caesaris Rudolphi tum praefectum praetorio fuisse Veronardum Paphonusium reperio, genitum sorore Rotenechiorum, qui tum defecere; huic Honoricus atque Oto, duces Boiorum, venandi ius (quod nostro aevo Vilelmius, eius gentilis, abdicavit) condonarunt. Chunradus frater Veronardi Aechostadensis fuit pontifex, plurimum eius templi opes auxit. eadem tempestate Litavicus, filius Litavici, qui Rheno et Boiariae praesidebat, Noreiobergae cum Cratone Hocholochio equestri tyrocinio atque ludo se exercitans, tactus ab eodem hasta iugulo, decimo deinde die expiravit, princeps mirae frugalitatis atque continentiae, parco ac parabili cibo contentus, sexto ac septimo die piscibus, vino, caeteris gulae irritamentis abstinebat. abstemius saepius init convivium, convivas operto poculo sibi aquam propinari iubens fefellit. in templo devotissime supplicabat. ‚malo', inquit, ‚conticere quam praecularum murmure, quas nullus superum, ne ego quidem intelligam, divum aures obtundere ad iracundiamque deum irritare.' uxor eius Lutharea, mariti consuetudine duobus et viginti non amplius diebus usa, tristis ad parentem revertitur.

Honoricus quoque, patruus Litavici, Burgusii tercio nonas Februarias decedit, Landesutam transfertur, Salingothalae sepelitur, ubi successores eius condi solent. testamento cavit, ne filiis terras dividere liceret; Stephanum atque Litavicum minores natu Otoni dicto audientes esse statuit proceresque Boiorum sic ita futurum fidem dare, sacramentum animam agenti dicere iussit. post quinque deinceps menseis diesque undecim imperator Rudolphus, dum filium Albertum successorem declarare studet, re infecta naturae concedit. in Boiaria tum praedas invicem agunt incolae. in agro Constantiensi mulier leonem peperit.

15 — convivium *in B von Aventin nachgetr., fehlt A* 22 *Am Rande in A:* 1290; tercio *in A corrigirt st.* pridie 23 Salingothale *B* 26 sic ita *sic A u. B*

2 *Kapelle St. Nantwein bei Wolfratshausen* 6 *Bernhard v. Pfeffenhausen, K. Rudolfs Hofmeister;* — condonarunt *vgl. die Urk. von 1290, Matthäusabend, Auszug bei Hund, Bayrisch Stammenbuch, II, 217, 218* 9 *Konrad II. von 1297 bis 1305* 10 — revertitur *wohl nach den verlorenen Fürstenfelder Annalen; vgl. Notae Fuerstenfeldens. zu 1290; M. G. Script. XXIV, 75; Martin Mayr a. a. O. 110, 111* 11 *Kraft v. Hohenlohe* 12 decimo — fefellit *vgl. auch Chronica de gest. princip.; Böhmer, Font. I, 15, 16* 22 — iussit *vgl. Hermanni Altah. contin. zu 1290, p. 415* 22 2. non. Febr. *l. c.* 27 — concedit *vgl. Herm. Altah. continuatio Ratisbon. l. c. p. 416.*

BSB

Cap. 11. Albertus Austriacus, Athulphus Nassaviae regulus imperium ambiunt, uterque armis disceptare parati. Scythae Ungariam transdanubianam, ubi quondam Gepidae, Getae, Daci consederunt, usque Pestum devastant. Saraceni Ptolemaida, quam urbem aduc christiani in Syria possidebant, obsidione claudunt. cives et adcolae frustra ad opem romani pontificis, principum Europae confugiunt. nemo suppetias tulit, urbs expugnata, maximus numerus christianorum contrucidatus est, nomen christianum in Syria Palestinaque excisum. Chunradus archimystes Saliburgensis, Oto, Litavicus et Stephanus fratres, Boiariae seçundae procuratores, foedus ineunt. Falcostonum arcem Alberti Austriaci in confinio utriusque regni, quod Austriaci crebris incursationibus regionem infestam redderent eoque praedas agerent, expugnant. Ibanus quoque, qui et Ioannes, filius Honorici, tetrarches Ugrorum, fines Stiriae atque Austriae depopulatur.

Solet in Germania quamdiu orbata capite praefectus praetorio Rheni duxque Boiorum interrex esse atque imperii munia obire. Litavicus tum huiuscemodi dignitate defungens apud Rhenum diversabatur, filius eius Rudolphus in Boiaria degebat, atque uti Augustani, vicini sui, cives, sacerdotes, episcopus se atque parentem suum tanquam interreges reciperent atque imperata obedienter facerent, postulabat. id Augustenses detrectant, Honoricum Burgionum praefectum, veterem Boiorum inimicum, accersunt, eidem urbem, templa adversus Rudolphum commendant. Rudolphus hac iniuria atque contumelia lacessitus, proxime Fauces atque propter Lycum in Alpibus arcem ad perdomitandos Augustales extruit atque conmunit. cives erumpunt, munimentum id obsident, in fugam datis, quos ibi Rudolphus conlocarat, diruunt et solo aequant. Rudolphus militibus donativum distribuit atque Augustam invadere meditatur. verum patrueles eius, Oto, Stephanus et Litavicus bellum ei, nisi contentus palatini Rheni cognomine, titulum Boiariae nomini suo adiungere posthac desistat, indicunt. ille coactus inducias cum episcopo usque ad adventum parentis paciscitur, parentem deinde certiorem facit.

Qui ubi haec accepit, in Boiariam se confert, cuius adventu territi adversarii sunt. nepotibus respondet principatuum quidem atque re-

34 quidem *fehlt B*

1 — devastant *vgl. Contin. Sancrucensis secunda zu 1242; M. G. Scr. IX, p. 640?* 4 — excisum *vgl. Contin. Weichardi de Polhaim zu 1291; M. G. Scr. IX, p. 813? Joh. Victor. II, 10, p. 327?* 9 — expugnant *Quelle?* 13 — depopulatur *vgl. Ann. St. Rudb. Salisb. zu 1278, p. 802* 16 *Quelle für das flgd.? Etwa die Fürstenfelder Annalen?* 24 *Auf dem Gaisberg bei Füssen; vgl. die Urk. Quellen u. Erörterungen, V, 472.*

gionum divisionem, non tamen dignitatis factam esse; ideo, se uti hactenus illi et ipse consuerit, utrumque honorem usurpaturum. deinde frustra contranitentibus nepotibus suis (nam alioqui etiam superior Alberto Austriaco, Moenardo Tyrolio foedere iunctus erat) pacem cum Augustanis atque Voliphardo episcopo urbis confirmat. captivi utrimque dimittuntur, ne nova arx iuxta Fauces reficiatur, cavetur. Litavicus interregis munus iure suo perfungi Augustae permittitur.

Otoni, nepoti eius, neque cum patruo neque cum marito coniugis suae conveniebat, utrique, Litavico ob titulum, Alberto propter dotem, quam praeripere conabatur, infestus erat. verum Litavico impar viribus, in Albertum Ugrorum bello impeditum a suisque (quod indigenas floccifaceret, Suevos advenas tolleret hisque ditissimas quasque Stiriae, Austriae foeminas posthabitis incolis connubio iungeret) desertum impetum omnem belli convertit. nam et a plaerisque proceribus, nimirum Stubobergensibus, Hunnobergensibus et Phanobergensibus evocatus, socia arma cum Chunrado archiepiscopo Saliburgensi iungit hique contractis copiis in Stiriam primo arma movent, Clusam expugnant. Honoricus, Agunti antistes, Austriae praeses scribaque regionis fuga in arcem elabitur. Oto et episcopus templum occupant, reperta vini et casei copia quinque ibi et triginta dies conmorantur. ultra procedere altitudo nivis (sicuti hisce locis alpestribus tempestivae longiores atque acriores hiemes esse solent) prohibuit.

Albertus cum Andrea rege Ungariae inducias facit, adfinitatem contrahit, Hagnam filiam ei despondet conlectoque exercitu ad Otonem et episcopum infesta acie properat. sexcentos rusticos cum scopis, palis, caeteris ferramentis, qui viam sibi per nives aperiant, praemittit. ita de improviso Otoni et Chunrado supervenit illique multis amissis terga vertunt. Albertus castra hostium invadit atque diripit. per Alpes Stiriae atque Noricorum Oenobrigam ad socerum penetrat oppidumque sabbato paschalium noctu, dubium fraudene an casu, conflagrat. Albertus inde ad Mathyldam sororem suam Monachium divertit;

2 consuerit *sic A u. B*

5 — cavetur *vgl. den Vertrag v. Friedberg; Quellen u. Erörterungen V, 471*
15 — prohibuit *vgl. Herm. Altah. contin. tertia zu 1292; M. G. Scr. XXIV, 54*
17 — movent *vgl. Herm. Altah. contin. Ratisbon. zu 1290; M. G. Scr. XVII, 417*
19 — regionis *vgl. Joh. Victor. III, 2, p. 334* 20 *Kloster Admunt nach Herm. Altah. contin. tertia* 24 — despondet *vgl. Joh. Vict. III, 1, p. 332* 26 — diripit *Quelle?* 29 — polliciti fuerant *wohl nach den Fürstenfelder Annalen; vgl. M. Mayr, S. 111.*

post Furstoveltas, deinde Augustam progreditur ibique haud aliter quam caesareae maiestatis destinatus successor excipitur; ita futurum plaerique principum ultro polliciti fuerant. inter haec Oto Boius, Chunradus pastor Iuvavensium invitati a Charionibus, eo castra movent, Sanctum Vitum, gentis caput, circumsident. acriter urbem tutabantur Albertus et Oto fratres, filii Moenardi, Tyrolii atque Goriciae reguli. Albertus tum periit. Oto frater eius urbe capta in vincula coniectus a pontifice Iuvaviam abducitur.

Eadem tempestate Nicolaus quartus pontifex maximus, Franciscanus, omneis archimystas Germaniae, quemque cum suis conlegis in sua provincia concilia habere iubet. ab hisce rursus consilium simul et auxilium petit, quo Palestina armis recuperari possit. primarius Boiorum sacerdos Iuvaviam sexto calendas Februarii monachos atque sacerdotes suos vocat, maiores, minores cogit pontificulos, mandata pontificis maximi aperit. ubi illi romanam avariciam rursus ad decimas aspirare praesentiscunt, paucis ex consilii decreto rem magnam esse et se tot extra ordinem tributis adtritos et exinanitos respondent, proinde amplius deliberandum, caput reipublicae christianae prius dandum, christianos principes in gratiam redigendos, sine horum authoritate nihil decernendum censent.

Eodem concilio Moenardo Tyrolio duas ob causas potissimum sacris iussu pontificis maximi interdictum est. Tridentini episcopi castella occuparat vique obtinebat; Honoricum ius pontificium profitentem episcopum Tridentinum continuis adtrivit bellis caedereque compulit. hoc mortuo Nicolaus pontifex romanus, Franciscanus religione, Philippo Mantuano, sui ordinis viro, eundem pontificatum tradit hocque instigante Moenardus devotus est. qui sibi iniuriam fieri a sanctissimis illis patribus vociferatur, edicto publico obnunciat, crimina obiecta ita diluit: ‚equidem (ita me deus amet) bellum non infero, sed propulso,

16 *Am Rande in A:* stanck yn das maul darnach 16 praesentiscunt *sic A u. B*

4 — abducitur *vgl. Joh. Victor. III, 2, p. 333* 9 — censent *vgl. Contin. Weichardi de Polhaim zu 1291, die Schreiben des Erzbischofs Konrad in Eberhardi Ratisbon. Ann., M. G. Scr. XVII, 600 flgd., u. wohl Synodalakten* 21 *Zum flgd. vgl. Annal. Mellicens. zu 1292, M. G. Script. IX, 510? Salzburger Synodalakten? Ob A. die bei Bonelli, Notizie istoriche-critiche intorno al Adelpreto vescovo di Trento II, 610, 613, 625 gedruckten Documente, Urkunden über die Lossprechung Meinhards von Tirol vom Kirchenbanne und seine Aussöhnung mit Bischof Heinrich von Trient v. J. 1279 und eine Bulle des Papstes Nicolaus IV. zu Gunsten des Bischofs Philipp v. Trient gegen Meinhard v. J. 1289 kannte, ist ebenfalls fraglich. Meinhards Protest sodann ist von ihm wohl ziemlich frei componirt, aber doch wohl im Anschluss an eine uns nicht bekannte Nachricht.*

nihil unquam mihi magis cordi fuit quam pacem cum quovis hominum, maxime cum episcopis conservare, nisi boni patres, ut caeteri mortalium, copia rerum corrupti, nobis inmeritissimis ultro arma prava libidine dominandi intulissent nosque terris avitis spoliare conati fuissent. arma sumpsi, castella hostibus patriae ademi, quo mihi ac popularibus ocio perfrui absque armis liceat. quod si quispiam vas atque praes fuerit, ne metuere perfidiam et lupos habeam neve de caetero huiuscemodi nobis a fastuosis illis archisynagogis (nam pastoribus dicere religio est) contingant, actutum omnia reddam; aliter nunquam conmittam, ut tam stultus videar, ut e manu manubrium mihi eripi patiar aut memet ultro atque meos ludibrio effoeminatis Antichristis atque prodigiosis eunuchis esse sinam. nemo magis concordiam christianam labefactat. non sacris literis interpraetandis aut ediscendis, sed liberis dant operam, Liberum amant, divitias congregant, regna, gloriam, dominationem avidissime adpetunt. pro hisce nobiscum sanguine ovium decertant, Christi paupertatem, comitum eius simplicitatem non solum non aemulantur, sed irrident quoque atque antiquare conantur. si Antichristi non sunt, quid aliud, obsecro, sunt? estne istuc pascere oves, amare gregem? regna, opes, aliena appetere, pro gloria, dignitate digladiari, oviculas opprimere, occidere, belligerari? Christi praeceptum invertunt, donanti tunicam et pallium vi auferunt. quis tam ferreus, ut verius dicam, tam stolidum pecus fuerit, ut superbiam, fastum, perfidiam, fraudem, flagitia, scelera, luxum, avariciam nebulonum aequo animo ferat? peiores Turcis, Saracenis, Tartaris, Iudaeis sunt, plus his omnibus christianae simplicitati officiunt, libertatem Christi sanguine partam excindere conantur, dominationem arripiunt. cum nostri servi sint, ipsi dominari contra ius gentium, adversus leges, auspicia et oracula divina, dominos sibi servire volunt. scitum est vulgi proverbium, sacerdotes superstitionum praestigiis caliginem oculis offundere mortalium et caeremoniis carminibusque cassis veluti mandragorae soporiferae poculo mentem mutare et humanis animis atque sensibus stuporem propinare. nunquid pastor aut oves tondet aut mulget, nonne nuncius rem domini atque eorum, ob quorum utilitatem mittitur, agere debet? proinde a saevo et nobis iniquo pontifice ad aequum pastorem pientissimumque patrem provoco.'

Inter haec, dum illa ad pontificem romanum referuntur, ipse animam efflat. Ursi tum atque Columnae (factionum romanorum flaminum haec nomina sunt) pontificatum maximum ambiunt; biennio continuo

19 istuc *sic A u. B* 29 superstionum *A u. B*
21 *Matth. 5, 40* 37 *Orsini u. Colonna.*

BSB

interregnum in imperio ecclesiastico fuit. sub idem tempus, anno Christi 1292, calendis Maii Francophori principes conveniunt, comitia caesarea habent, interim Alberto in ora Rheni praestolante eventum comitiorum. Vincissolaus, rex Boiemiae, Oto, Stephanus, Litavicus, fratres, Boiariae secundae moderatores, Chunradus archimysta Iuvavensis literis apud senatum Albertum criminantur, vicia eius, avariciam, levitatem, iniquitatem, saeviciam etiam in suos conmemorant; obtestantur, ne liberorum cervicibus talem dominum atque bonis rebellandi necessitatem imponant. romanenses quoque lupi, qui ovili christiano absque pastore incubabant, non solum pro lana pecudis, sed visceribus quoque certantes, quod agerent, illic invenerunt. Columnae Athulphi, Alberti rebus Ursi, quibus ille adfinitate iunctus erat, studebant.

Principes omnium receptis literis in contraria studia ambigui sciduntur, tandem suffragium ineunt. Garionardus Eppostonus, Mogontinus pontifex, qui primas tum deligendi caesaris obtinebat, Athulphum, cognatum suum, summae rerum destinat, solo Litavico Boio, qui Alberto suffragabatur, frustra refragante; caeteri conlegae consentiunt, in sententiam Mogontini pedibus, ut aiunt, eunt, ne unus quidem intercedit. Litavicus, id quod necesse erat, tandem invitus caedit senatusque consulto subscribit. contra conata nepotum suorum in Boiariam proficiscitur. eius quoque adfinis Albertus Austriacus repulsam passus, domum reversus, Rathostadium, Iuvavense municipium, duobus mensibus obsidet, oppidanis fortiter se tutantibus, tum penuria annonae, tum quod Oto Boius in auxilium Rathostadensibus properabat, obsidione soluta domum in Austriam redit.

Porro Athulphus caesar renunciatur. ipse et archiepiscopus Mogontinus, caeteri conlegae eodem navigio Agrippinam Rheno devehuntur. cum Furstobergomo, quod Litavico Boio parebat, adlabuntur, incolae nihil minus quam caesarem hic esse rati, ut navigantes appellant, portorium solvant, postulant. illi remis incumbunt atque praetereunt. Furstobergenses navim sagittis appetunt, quendam in latere Athulphi assidentem sauciant moxque, cum ingeminatum foret, caesarem hic vehi, pavidi iram principis depraecantur, errorem atque insciciam excusant, veniam orant, quam tantum abfuit, ut impetrarent, ut Mogontinus episcopus Litavicum actum furiis coniugis cum fratre eius in necem

1 *Quelle für das flgd.? (Fürstenfelder Annalen?)* 14 — subscribit *circa nach Chron. de gest. principum, p. 17?* 22 — redit *vgl. Herm. Altah. Contin. Ratisbon. zu 1290, M. G. Scr. XVII, 417?* 27 — navaturum, *S. 354, 21, Quelle? (Fürstenfelder Annalen?)* 29 *Burg Fürstenberg bei Bacharach.*

caesaris conspirasse mandasseque suis, nempe Furstobergensibus, ut eminus sagittis Athulphum hac navigantem interficerent, adseveraret et caesar comitesque supplicium sumendum atque in paricidam more maiorum animadvertendum esse decernerent.

Quod ubi Litavicus noster rescivit, Utinensem atque Noreiobergensem praefectos purgatum errorem suorum ad Agrippinensem Coloniam legat. qui non solum non auditi sunt, sed tres etiam archimystae Germaniarum, quae in Gallia sunt, Palatium Rheni nimis sibi vicinum animis invasere atque inter se partiti sunt. penes hos tum sacerdotes summa rerum erat, nomen dumtaxat potestatis inane Athulphus ferebat; quamobrem vulgo rex sacrificulus dicebatur. certior de hisce omnibus factus Litavicus urbes, castra in ora Rheni praesidiis firmat, amicos orat, ambit, innocentiam suam praedicat, epistolas ab his conmendaticias ad caesarem exorat, cum Alberto Austriaco, uxoris suae fratre et episcopo Argentoratensi, plaerisque aliis societatem init, foedus icit hocque facto melius de se sentire atque excusationem suam hac lege, ut ipse noxios atque authores facinoris exauthoraret, Athulphum recipere coegit. cui deinde Augustae in celebri episcoporum atque principum conventu iureiurandi religione istud factum se inconsulto atque penitus inscio designatum esse satisfacit polliceturque paci atque concordiae sedulo operam navaturum.

Hanc ob causam dum caesar Sueviam perlustrat et calendis Maii Noreiobergae conventus agit, Litavicus cum filio Rudolpho quinquagenalibus Linziam se confert. principes cognatos et adfines suos, Vincissolaum regem Boiemiae, Chunradum archiepiscopum Saliburgensem, Albertum Austriacum, Moenardum Tyrolium, Otonem, Stephanum, Litavicum nepotes suos, ne venire graventur, ut de rebus conmunibus secum conloquantur, orat atque exorat. die itaque constituto cum illi proceres Linziam convenissent, summam operam Litavicus, ut eos in gratiam redigeret, navat, ambit, orat, obsecrat, minatur, pollicetur, blanditur, irascitur, suadet, sed surdis cantabat. nemo alteri caedere in animum inducebat, ille sibi sua praereptum iri, hic se sua tutaturum vociferabatur. boius ergo atque Rheni rector, ubi se frustra hoc negocium sumpsisse sentit, discedere parat. sed per vinculum sanguinis, quo omnibus devinctus esset, ab Elissa, uxore Alberti, nepte sua ex sorore, obsecratus, ne ante abeat, quam discordes cognatos et adfinitate iunctos reconciliet, facile exoratus, rursus principes convocat

23 *Ueber die Versammlung in Linz vgl. Herm. Altah. contin. tertia zu 1293; l. c. p. 54, 55.*

BSB

atque ita verba facit: ‚vulgo dici solet, ubi pax et concordia sit, deum habitare, et ibi inferos esse, ubi bellum, invidia, odium, seditio, ira, maledicta, caedes, incendia, pauperum conpilationes grassantur. ministri igitur optimi dei maximi an Stygiae furiae esse vultis? si non patres patriae et boni pastores, quid aliud, obsecro, quam inmanes tyranni, crudelissimi latrones estis? nihil aliud profecto regna absque concordiae bonis sunt quam publica gentium latrocinia. cives optimos, agricolas insontissimos, pauperes, viduas, pupillos miserrimos, propter quos tutandos a deo optimo maximo terris rectores dati estis, non solum contemnitis et non auditis atque avaris, iniustis praetoribus, lictorum rapacitati, perfidiae causidicorum, sacrificulorum avarae superstitioni praedae esse sinitis, sed insuper quotidie novis tributis, bellis adteritis, compilatis. ipsi interim ocio, voluptatibus, lasciviae dediti, luxuria dissoluti, genio alieno periculo indulgetis. ut unus vestiatur, tot egeni spoliandi sunt; ut unus nepotetur, tot pauperibus fame periclitandum est. vetus dictum et aduc in ore omnium crebrum:

Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.

Principes de alieno corio ludere atque periculo agricolarum pugnare solent. quocirca verissimum esse plane confirmamus, quod de nobis vulgo dici solet aulam nimirum inferos esse virtutemque atque pietatem ab aedibus nostris longe exulare.

Exeat aula,
Qui vult esse pius; virtus et summa potestas
Non coeunt.

cur insontes et inopes luunt vestra scelera? cur vos non exeditis, quae intrivistis? si libet, singulari certamine depugnate; quid in miseros istaec faba cuditur! lictores, praetores, apparitores et hi, qui scriptum faciunt, veluti hirudines exugunt miseros, rapiunt, defraudant, auferunt. et superat haec omnia rapacitas sacerdotum, qui sub magna superficie pietatis divites, inopes compilant, nec praesidii quicquam populo in principibus est. quae (malum) vos dementia, quis furor coepit! sanguine et adfinitate coniunctissimi invicem saevitis, in vestra viscera ferrum convertitis! hinc proverbium natum crediderim, potentes potenter tormenta passuros et insolentem atque rarissimum esse civem

13 luxuriae *B*

1 *Die Rede ist freie Composition A.'s* 15 ut unus — periclitandum est *vgl. Bd. II, 328, 8—10* 16 *Vgl. Bd. II, 328, 7* 17 *Horat. Ep. I, 2, 14* 18 de alieno corio ludere *Apul. Met. VII* 22 *Lucanus, VIII, 493; vgl. oben Bd. II, S. 194, Z. 18 u. Grimm, Wörterbuch, IV, 2, 1657; 1746* 26 quid — cuditur *Ter. Eun. II, 3, 89* 33 potentes — passuros *Sap. 6, 7; s. oben S. 7, 20.*

BSB

in illa aeterna et caelesti patria, qui caeteris dominetur. et ego quidem do fidem sic vobis (nisi cavetis) futurum. proinde si quid peccatum, ut homines sumus, est, si quid invicem maleficii datum acceptumve est, invicem condonate atque in gratiam redite! ego et Honoricus episcopus Reginoburgensis, verus animorum pastor, nulli sacerdotum dei pietate et sapientia secundus, arbitri erimus, universis iuxta aequi, sanguine, adfinitate, amicicia coniuratissimi sumus.'

Haec ubi dixit, omnes commoti oratione istac, Litavicum atque Honoricum episcopum arbitros capiunt, fidem dant se decretis illorum staturos. mox captivi utrimque dimittuntur, gratiae superis aguntur et honor deo optimo maximo habetur. per idem tempus Burgionum limitaneus praefectus superstes duobus filiis obiit; Honoricum nepotem ex filio adoptavit; factus ex obscuro clarissimus, universos finitimos adfligendo, monachis amicus, caeteris inimicus fuit, raro concors cum Litavico Boiorum regulo. is tum a caesare ad Rhenum accersitus, ut inter illum atque Albertum Austriacum pacem componeret, morbo (re dumtaxat inchoata, necdum confecta) corripitur. genitalia intumuere; ipse pudore diu languorem tegit. deinde perfricata fronte, sero tamen medicos consulit. ubi desperavit salutem, annulum pronubum uxori, quae in Boiaria degebat, mittit; eam vivere atque valere et coniugii memorem esse iubet. testamento cavet, ne haeredes extra ordinem tributis monachos, mystas onerent. migravit ex hac vita Haedulobergomi, in eodem cubiculo, in quo natus, kalendis Februarii, anno christianae salutis 1294, vitae quinto ac sexagesimo, potestatis quadragesimo super menses duos. corpus translatum Furstoveltas, sepultum in conditorio Annae coniugis, Litavici filii, caeterorum liberorum. pridie idus Februarii iusta funeri persolvere omnes Boiariae praesules et episcopi, Honoricus Reginoburgensis, Emicho Fruxinensis, Raenobotho Aechostadensis pontifex.

Duos filios, Rudolphum viginti natum annos, Litavicum septem, et duas filias, Mathyldam Lunoburgensem, Hagnam Chattam reliquit. eximia forma atque statura fuit, in adolescentia effuse liberalis, in senectute ad rem paulo avidior, laudis avarus, pacis studiosus fuit.

31 Macthyldam *A*

8 — habetur *vgl. die Urkunden bei Lichnowsky, Gesch. des Hauses Habsburg, Reg. I, 197, 282* 11 — fuit *Quelle?* 15 — iubet *Quelle (Fürstenfelder Annalen?)* 21 *vgl. das Testament; Reg. Boic. IV, 552* 22 — 1294 *vgl. Eberh. Ratisbon. ann. zu 1294; M. G. Scr. XVII, 596; Herm. Alt. Contin. Ratisbon. zu 1294, p. 417* 25 — praestitit, *S. 357, 4, wohl nach den Fürstenfelder Annalen* 27 iusta — pontifex *vgl. Notae Fuerstenfeldens., M. G. Scr. XXIV, 75; Chron. de gest. princip. 18.*

BSB

in templo exemplar pietatis singularis extitit, in cibo modestiam christianam praestitit, ubi fere supra modum inmodesti esse solemus. auxit multum Boiorum opes; plaeraque Sueviae oppida, Schongiam, Laugios, Hochostadium et alia multa castella atque plures vicos in Boiariam transtulit. tetrarchias quasdam Boiorum, Rotenechiam, Vinariam, Falcostonum, Hadamarobergomum, Neoburgium ipse, Moseburgium frater eius Honoricus infiscavit haecque nunc ordine explicare operae praecium duximus. Rotenechia aduc castellum est, viginti millia passuum supra patriam meam inter Ilmum atque Apsum amnes in superiore Vindelicia cubat; Lamii possident. dynastae illius paternam originem ab Abusinae patriae meae tetrarchis ducunt. Rarae, cuius curatores fuerunt, humati sunt; quos hic praetereo, infra, dum patriae meae dynastas retulero, illorum progeniem explicabo. ultimus fuisse fertur Honoricus episcopus Reginoburgensis; is anno Christi 1277 vendidit patrimonium Litavico duci Boiorum. cantandi morem, quo hactenus usi sacrificuli Reginoburgenses, in artem redegit, accitis e Haeligobrunna eius artis peritissimis monachis. extat musica illi dedicata atque scripta. naturae concessit anno ab restituta salute 1296, pontificatus undevicesimo.

Neoburgium, Hadamarobergomum, Valcostoni, Vinaria, Antoburitus, Herrandostoni, superioris Boiariae castella, sub Alpibus Noricis atque Peninis, inter Oenum, Azalum, Isaram amnes, Antoburitus in ora Noricorum cubat. Vinaria in conlegium mystarum divi Aurelii commutatum est; Magnovalda amne alluitur. haud inde procul Neoburgium semidirutum, Massilorani, Hathomarobergomum, Pinziani; Valcostonos Hophius possidet. horum reguli plaeraque etiam in Austria et praefectura Tyrolensi possedere. curatores Chimenses, Iuvavensis templi, Vinariae et Amblicorum ac Urodoryphi extitere. ultimus fuit

10 illius *fehlt B* 16 Haelinobrunna *B*

8 *Rotheneck; die Herren von Laiming; Kloster Rohr* 12 *vgl. unten lib. VII, c. 26* 13 — undevicesimo *vgl. Herm. Altah. contin. Ratisbon., M. G. Scr. XVII, 417, 418* 16 — monachis *vgl. Andreas Ratisb., Chron. episc. Reginob. bei Oefele, Script. I, 36* 20 *Neuenburg an der Mangfall, Hartmannsberg n. w. vom Chiemsee, Falkenstein am Fusse des Petersberges am linken Innufer, Weiarn an der Mangfall, Antwort im Bezirksamte Rosenheim, Hirnstein oder Hörnstein n. w. von Neustadt in Unterösterreich. Die Lage der letzteren Burg ist also von A. irrig bezeichnet. Zum flgd.* — relatum est *vgl. die Urkunden des Klosters Weiarn, Mon. Boic. VII u. A.'s Copien u. Excerpte, ‚aus der Grafen v. Falkenstein alten Büchern im Kloster Weiarn' in seinen Adversarien, V, p. 60 flgd.* 25 *Maxlrain bei Aibling; Pienzenau unweit der Mangfall; der Hofer* 28 *Aibling, Auerdorf (Nieder- und Oberaudorf).*

Segibotho quintus; is pridie nonas Octobris anno ab orbe servato 1272, dum in balneo publico lavat, Neoburgii ab Otone Brandobergio ferro occiditur. huius uxor Irmogarda, pater Segibotho quartus ab Otone regulo Boiorum Burgusium captivus abductus. patruus Chuno, avus Segibotho tercius, avia Hyltogarda, filia Chunonis Medulli fuere. Tercii parentes Segibotho secundus et Litogarda, soror Friderunna, fratres Rupertus praesul Tigurinus, Chuno secundus episcopus Reginoburgensis. hic obiit anno Christi 1185, dignitatis undevicesimo, ille quinto ante anno. horum amitam Gariodrudam, patruos magnos Hyldesalicum Tigurinum praesulem, Herrandum Antoburitum, avum Segibothonem primum, aviam Adolaedam fuisse reperio. Herrandus relicto filio Segibothone Hierosolyma cum Veliphone duce Boiorum profectus est. Segibotho primus Vinariam conlegium flaminibus Aurelianis instituit, anno ab orbe vindicato 1133. proavum huius Bathonem, avum Herrandum, patruum Voliphogerionem, genitorem Rudolphum, genetricem Gariodrudam, filiam Segibothonis, neptem Geroldi esse in fastos Vinariae relatum est.

Moseburgium urbs est in confinio Vindeliciae secundae ac primae, medio itinere inter Landesutam et Fruxinum, distat ab utraque urbe ad decimum lapidem supra confluentes Ambronis et Senonis, qui haud inde procul diversis oris Isarae confunduntur. conlegium ibi popularium mystarum extat, divo Castulo insigne, quem a Rhaenobothone atque Albino, Litavico, nepote Caroli Magni, rege Boiorum Roma translatum referunt. vulgus antiquissimam Boiorum urbem esse autumat; tetrarchas, quibus paruit, enumerare haud alienum fuerit. primus, quem ego quidem inveni, Helmobertus fuit tempore imperatoris Chunradi secundi atque Honorici tercii. huius filii Beritholdus archimysta Iuvavensis, Raenardus et Burgardus primus. hic Burgardum secundum, secundus ex Gariodruda Burgardum 3. atque Albertum progenuit. Tercio et Benedicta, Chunradi Ranii filia, Chunradus primus, primo Chunradus secundus, Honoricus et Beritholdus Glamius orti. Chunradus secundus ex Benedicta Albertum secundum, Chunradum tercium suscepit. ab hoc et Haeduovica est Chunradus ultimus, qui absque liberis ex hac vita migravit anno ab humana gente liberata 1281. possedere vineas in valle Athesina. Moseburgium Honoricus, Boiariae secundae rector et Nariscorum regulus, infiscavit.

2 Brandebergio *B* 9 Garidrudam *B* 15 Veliphogerionem *B* genitricem *B* 29 Burgardium *B*

34 1285 *Arnpeck col. 279* 35 — infiscavit *vgl. Arnpeck l. c.*

BSB

Dumque hic et eius frater Boiariae ducatum administravit, quatuordecim templa atque monasteria condita esse reperio. ego haec ordine recensebo. Reginoburgii Augustinianis mendicis in ponte Iudaeorum aedes dedicata est. sacrificulus ad aegrotum festinans eo in lutum sacram hostiam abiecerat. Chunradus Hyldebrandus, Hyldericus Brunolaetus architecti fuerunt anno ab orbe servato 1255. eiusdem urbis archidiaconus (sive, ut alii aiunt, chorepiscopus) Semanus Semanusium in inferiore Boiaria in pago Rhodani iisdem Augustinianis contubernium erexit. quo tempore, nempe anno Christi 1273, 15 kalendas Aprilis augustum Reginoburgensium templum cum praetorio pontificali conflagravit, adeo ut tintinabula soluta fuerint. tercio decimo deinceps anno foeminae sacratae, quae Mariae Magdalenae fanum incolebant et poesariae, hoc est resipiscentes vocabantur, suasu Franciscanorum a Maria ad Claram defecerunt, a qua templum cognomentum nunc retinet. haec Reginoburgii tum facta lego.

In superiore Boiaria Litavicus Boiorum rector Andechysii aedem, quae cum arce ante quinquaginta annos diruta erat, refecit. in ripa Ambronis, inter Augustam Rhetiarum et Monachium templum divi Veronardi consecraneis extruxit, Furstoveltas, hoc est principis campum, nuncupant; monachi acciti ab Adelogeriopago ex secunda Vindelicia anno aerae nostrae 1275, quo anno et Angilostadii religionem mendicantem Franciscanorum recepit et eosdem deinde post annum octavum Monachii quoque in eo templo, ubi nunc eius ritus virgines sacricolae habitant, et Angero vocatur, conlocavit. itidem Honoricus, frater eius, anno aerae nostrae 1271, Dominicanos et nono deinceps anno Franciscanos Landesutae recepit. Hartovicus quoque a sacris Honorico et Otoni, patri eius, mysta Bathavensis et ludi literarii magister in inferiore Boiaria inter Oenum et Vilsum amnes, cellam sacris Cisterciensibus auspicatur anno ab humano genere ab inferis

7 *Am Rande in A zu* Semanus: Henricus 16 Andechisii *B* 20 Adologeriopago *B*

3 — dedicata est *vgl. die Urk. v. 1270 bei Ried, Cod. dipl. Ratisbon. I, 514?* 6 Conrad Hiltprandt et Ulricus von der Prunlait *Conrads v. Megenberg Regensb. Bischofschronik bei Eccard, Corp. hist. II, 2252* 7 Seemannshausen *s. v. Dingolfing; vgl. Compilatio chronolog. bei Oefele, Scr. II, 338* 11 *vgl. Hermanni Altah. zu 1273* 13 Büsserinen; *vgl. Ried l. c. I, 346, 617* 16 — refecit *Quelle?* 17 in ripa — 1275 *wohl nach den Fürstenfelder Annalen; vgl. Notae Fuerstenfeld., am Schlusse, M. G. Scr. XXIV, 75; Martin Mayrs Vermuthung, S. 104, dass 1275 Druckfehler der älteren Ausgaben A.'s sei, ist nicht zutreffend; beide Handschriften haben so* 21 *Das flgd. wohl nach Urkunden der erwähnten Bettelordensklöster* 26 — Leobergensis *vgl. Mon. Boic. V, 14.*

vindicato 1274 cumque impendiis non sufficeret, Honoricus dux Boiorum perficit atque bene ominato nomine Furstocellam, quod principis cellam valet, nuncupavit confirmavitque sequenti anno kalendis Februarii Burgusii; interfuere Hyldericus Abusinus, Gephardus Artobergensis, Veronardus Leobergensis. eodem in tractu tercio deinceps Septembri Veronardus et Fridericus Berinogeriones templum servatòri (Salvator vocatur) condunt, divi Nordoperti sacris iniciant, mystas ex Austerovia accersunt. Veronardus Grysopagus episcopus Bathavensis fit author et dedicat.

Pholia in secunda Boiaria aduc praetoriolum est in ora Germaniae, inter montem Bogum Danubio inminentem et Metenam rivum atque templum divi Benedicti. huius dynastae Honoricus et Mathylda, coniuges in Boiaria, quae in Hercynio saltu, ubi ad Boiemiam pertinet, cubat, divo Veronardo aedem Droscholaci condunt, sacrificulos ex Adalogeriopago evocant, qui iubente duce Honorico Rumanoveltas arcem solo aequant illaque diruta lapides Droscholacum vecti, aedes inde constructa. Honoricus episcopus Reginoburgensis dicat et Gotocellam, id est dei cognominat, anno servatoris 1286. post annum octavum Oto, Litavicus, Stephanus fratres, reguli Boiorum, authores facti sunt; Rumanoveltas vicum Adalogeriopagis vendidere; ab his Michael antistes Gotocellae demum post annos ducentos atque novem emit. Gaenocophiam quoque eadem tempestate, nempe anno 1278, in inferiore Boiaria, inter Isaram atque Oenum, Veronardus Leobergensis condonat sacratis Teutonum equitibus, ubi quinto deinceps anno obiit atque sepultus est cum duobus filiis Honorico et Veronardo. illius frater Berinogerion infra Landesutam Vichopagum in monte Isarae inminente, venatorium tugurium, in templum commutat, 12 virginibus Augustalibus tradit, Augustinianis Reginoburgensibus dedicat. ibi eius sepulchrum ostenditur; obiit tercio decimo post fratrem anno; Honoricus regulus Boiorum duodeviginti addidit puellas.

7 iniciavit *B* Austeravia *B* 8 Grysopagus *sic A u. B* 28 sepulcrum *A*

2 *Fürstenzell zwischen Griespach u. Schärding* 3 tertio kalendas Febr. *l. c.* 6 *Die Peringer. St. Salvator bei Ortenburg. A. lag, wie es scheint, eine andere Stiftungsurkunde vor als die in Mon. Boic. XXI, 390 gedruckte* 8 *Bischof Bernhard v. Prambach;* — dedicat *vgl. Mon. Boic. XXI, 392. Unten (cap. 14) wird derselbe Bischof* Grynopagus *genannt* 10 *Pfoling oder Pfelling; Gotteszell, vgl. M. B. V, 393, 401* 14 *Drosslach im Teisnachthal* 15 *Rohmannsfelden* 17 — 1286 *vgl. l. c. 395* 21 *Gangkofen bei Landshut; vgl. Ried l. c. I, 557* 26 *Niedervichbach bei Dingolfing; vgl. Hund, Metrop. Salisburg. III, 413 flgd. und Compilatio chronologica zu 1296; Oefele, Script. II, 340.*

Cap. 12. Porro funerato Litavico tercio, regulo Boiorum, praefecto praetorio Rheni, Rudolphus filius terras cum matre (quae tutelam fiduciariam Litavici filii nondum regno maturi exclusis caeteris suscepit) dividit: Legioveltae, Ritoburgium, Neostadium, Vocciobur-gium, Angilostadium, Neoburgium, Aecha, Landobergomum, Paelia, Hochostadium et Sueviae reliquae urbes praeter Verdunum traduntur Mathyldae, reliqua Rudolphus possedit. ubi itaque inter utrumque superior Boiaria divisa est, ambo in media quadragesima cum plaeraque nobilitate Ulmam ad caesarem evocati concessere. actum de concordiae bonis atque pacis artibus confirmandis. filia Athulphi Rudolpho despondetur, qui diutiuscule has nuptias cum matre (quod eas cordi non esse avunculo intelligebat et sibi destinata filia reguli Brandeburgensis foret) aspernatus est. amicis tamen pertinacius repudiare hanc urgentibus atque subinde obtundentibus istaec ob concordiam fieri licere cessit et annuit sponsalibusque rite factis Rudolphus et Maethylda domum revertuntur; ille Monachium se contulit, haec Angilostadium, ubi toto vere totaque aestate usque kalendas Octobris habitavit. tum Noreiobergam se cum filio confert. ubi coniuge caesaris connitente nuptiae magnifice regio luxu apparantur Maethyldaque, filia Athulphi, connubio Rudolpho iungitur.

In Italia eodem anno Petrus Menorona ex consecraneis divi Benedicti tercio nonas Iulias pontifex maximus legitur, Caelestinus quintus nuncupatur. is Moenardum Tyrolium ab aliis devotum resolvit. dum invitis Romanensibus asello vehitur, paupertatem Christi aemulari conatur, infestos sibi sentit flamines. quamobrem lege lata atque promulgata, qua liceret pontifici romano se abdicare, sexto mense relicto regno ecclesiastico ad privatam redit vitam. successit nono calendas Ianuarii Bonifacius ille octavus, qui inducto priore decreto, pontificatu maximo abire nefas esse statuit inexpiabile. in hunc convicia, maledicta probraque obscena, crimina infanda congessere Philippus, Galliae rex, et mendicantes monachi, quibus Octavus adversabatur. ea referre, ne procacitatis atque petulantiae vicio obnoxius esse videar, mihi religio est. Herimannus aedituus Franciscanus,

1 2. *in A corrigirt st.* tercio; *B:* tercio 12 Brandoburgensis *A* 21 Menorana *A* 30 maledictaque *B; in A* que *durchstrichen.*

1 *Quelle zum flgd.? vielleicht die Fürstenfelder Annalen?* 18 — iungitur *vgl. Herm. Altah. contin. tertia zu 1294, M. G. Scr. XXIV, 55* 21 — nuncupatur *vgl. Annal. Osterhovens. zu 1296, M. G. Scr. XVII, 551* 21 *l. c.* Petrus de Meurona; *richtig:* P. de Murrhone 24 — vitam *vgl. Herm. Altah. contin. Ratisb. zu 1287, M. G. Scr. XVII, 416* 33 *Der sogen. Hermannus Gigas, Fortsetzer des Martinus Minorita. Die Ausgabe bei Eccard, Corp. hist. I (vgl. col. 1631) enthält*

proximus horum temporum scriptor, qui aemulus Martini, principes romanos imperatores, pontifices sub imperatore Carolo quarto persecutus est, curiosius cuncta recitat; ad hunc relego curiosum. atque Bonifacius ille primus Auream portam (uti vocant nostri) aperuit, saeculares ludos fecit, auream aetatem reducem instituit.

In Germania Athulphus cum genero Rudolpho Moesios petit hisque superatis et ad obsequium redactis Rudolphus accepto conmeatu cum genitrice in Austriam ad avunculum se confert, tercio idus Martii, quae erat media quadragesima, Viennaeque conmoratur duos menses, ad quartum idus Maii. interea caesar acturus cum genero de dote et pacis conditionibus Boiariam petit, Reginoburgii conventus agit. ubi cives novis atque extimis moenibus, veteribus adiunctis, urbem cingere, propugnacula erigere parant et sacrificulos, ut conmunem patriam conmunibus impensis conmuniant, cogunt. Honoricus episcopus cives ad caesarem in ius ducit, ecclesiasticam libertatem violatam esse vociferatur, ut imperatoris Friderici secundi lex, qua sacerdotes huiuscemodi servitute immunes sunt, recitetur, postulat. non abnuit caesar. edictum Friderici augusti non solum Honoricum Brixinensem episcopum civibus legere praecipit atque de integro conprobat, sed secundum sacerdotes quoque iudicat. interfuere Oto, Litavicus, Stephanus fratres.

Rudolphus ad socerum vocatus, ab avunculo detentus, venire detrectavit. quamobrem caesar genero iniquior, rursus Moesiam petit hocque anno tercio nonas Aprilis, quo die tum paschalia erant, nix alta terras operuit, grandines insolitae adtrivere fruges. et deinde pridie nonas Septembris tellus intremuit; in Alpibus Rheticis quindecim castella, arces, templa eversae; fames Boios adflixit. subsequenti anno, qui est ab orbe adserto millesimus ducentesimus nonagesimus sextus, e medio abierunt hi proceres: Litavicus quartus, dux inferioris Boiariae, frater Otonis atque Stephani, caelebs et absque liberis decessit; Honoricus Reginoburgensis episcopus, ex tetrarchis Abusinae patriae meae oriundus; Moenardus Tyroliorum Charionumque rector, sapientia singulari praeditus pacisque studiosus, a Caelestino absolutus, a Bonifacio romano pontifice condemnatus; Stamis sepultus est.

die von A. angedeuteten Nachrichten nicht, wohl aber Cod. lat. Mon. 18776, f. 153. 5 — instituit *vgl. Johann. Victor. III, 4, p. 341* 6 — petit *vgl. Compilatio chronol. zu 1294 bei Oefele, Scr. II, 340* 7 — Maii *Quelle?* 11 — fratres *vgl. Hermanni Altah. contin. Ratisbon. zu 1294 (1284), p. 417 u. Continuatio tertia zu 1295, p. 55* 23 — eversae *vgl. Ann. Osterhov. zu 1295, M. G. Scr. XVII, 551* 26 fames — adflixit *vgl. Compil. chronol. zu 1296 l. c.* 28 — decessit *vgl. Herm. Alt. cont. tertia zu 1296 (wo irrig Heinrich st. Ludwig genannt wird)* 29 — oriundus *vgl. l. c.* 31 — sepultus est *vgl. Joh. Victor. III, 2, p. 334.*

At Athulphus subacta Moesia octavo calendas Iulii concilium cogit, in quo Rudolphus regulus Boiorum apparet. caeterum Litavicus, Oto, Honoricus fratres, Moenardi, Athesinorum, Charionum, Noricorum rectoris filii, quod ad conspectum caesaris venire gravabantur, in eius verba more maiorum iurare aspernabantur, denique sacris interdicti ultra annum fuissent, quod praeterea Rudolpho Ratoburgium urbem Boiorum in ora Norici Oeno conterminam (quam Litavicus, pater Rudolphi, Moenardo, parenti illorum, millibus unciarum argenti quatuor ac viginti oppignerarat) licet accepta pecunia, contra parentis testamentum reddere recusabant, crimine laesae maiestatis condemnantur, exauthorantur in ordinemque rediguntur. caesar ad eos literas dat, quibus sententiam principum renunciat, nobiles a Tyrolio adpellat nec ducis cognomen nominibus eorum, uti mos est, adscribit.

Eius iussu gener Rudolphus, Boiorum atque Rheni praeses, caeteris bellis compositis, illis bellum indicit. duae tum arces in Alpibus, quas Chattobergomum et Trasobergomum vocant, extruuntur et contubernium atrorum druidum, quod Damasianos dynastas accito Mettino ex Vessobrunna magistro condidisse supra in libro quinto in monte Matrona, divo Petro dicato retulimus, excinditur; monachi in exilium aguntur. Chunradus Horostonus, eiusdem religionis bardus, sacra, librum ritualem, quae aduc monstrantur, secum abstulit, Andechysios migravit, in aedicula sacra abscondit.

Dumque Rudolphus Noricum invadere parat, induciae, quas cum Augustanis Rhetiae fecerat, exeunt. armorum igitur curam a Noricis in Rhetos convertit. erat apud Rudolphum praeter caeteros maximae authoritatis Oto Carnodoryphus; is obscuris atque humilibus crepundiis natus in aulamque delatus, obsequium accurate praestando, sedulo obtemperando, modeste parendo, mandata gnaviter exequendo, brevi principibus charus factus est per gradusque paulatim dignitatis quosque ascendendo, tandem ad vicariam operam, maximum secundum principem honorem, evectus est. fretus ergo authoritate, qua apud Rudolphum valebat, nimium sibi indulgere, petulantius de matre, filio loqui, discordiae mala inter eos serere coepit. hanc ob causam graviter utriusque animum commovit, utriusque iram sensit, uterque in eum exempla edidit. nempe captus a Rudolpho in vincula coniicitur, quae-

1 *24. Juni 1296 zu Frankfurt; Quelle für das flgd.* — extruuntur? *Fürstenfelder Annalen?* 16 Trasobergomum: *wohl Trazberg bei Jenbach* 19 — abstulit *vgl. Mon. Boic. VIII, 593 u. oben lib. VI, c. 2, S. 184, Z. 10* 26 *Der Vitztum Otto v. Krondorf. Zur Kritik des flgd. Berichtes* — amputatur *vgl. E. v. Oefele, Otto v. Krondorf (Oberbayer. Archiv, XXVII, 195 flgd.)*

stionibus admovetur. postea Dachuni eidem septimo kalendas Maii oculi eruuntur, lingua nimis procax amputatur.

Iisdem diebus Voliphardus episcopus Augustae Rhetiae castellum in monte Calthobergomo a Rudolpho ante quatuor annos vivente aduc patre extructum diruit ac solo aequat induciasque petere a Rudolpho dedignatur. Chunradus Haldobergensis iussu Rudolphi Mergathoniam noctu clamculum adoritur cuniculisque ac via facta ferramentis a quodam huiusce rei perito per vepres ac fruticeta irrumpit atque occupat. quod ubi Augustae postridie fama divulgatum est, cives recuperaturi castellum, provolant; sed fortiter a Boiis, qui in praesidio erant, repulsi, re infecta abire domos coguntur. Rudolphus posteaquam cives praeter spem pacem exuisse seque armis lacessitum certior factus est, copias undique contrahit eaeque dicto citius Dachuni conveniunt. et cum dux impensis non sufficeret, templa, casas, aedes effringunt, agros depraedantur, ditiores spoliant, frumentum, pabulum, quicquid esui foret, amicis iuxta atque inimicis eripiunt. idem, qui in castello praesidebant, factitant. caesar ubi hoc accepit, parteis ab armis discedere iubet ad seque in ius ambulare praecipit.

Quo cum illi convenissent, inducias ad idus Novembris indicit, Rudolphum secum in Chattos abducit, ubi filii maiores natu parenti, quod is minores natu impare matrimonio prognatos, illis dignitate coaequare conaretur, rebellabant. erat Honoricus maximus natu, sororem Rudolphi uxorem habebat. quapropter opera Rudolphi tanquam adfinis pax facta. is ubi in Boiariam reversus est, septimo idus Octobris Mergathoniam, unde sibi ac Boiis multum maleficii atque detrimenti iniunctum erat, dirui iubet. id Augustenses permoleste quidem ferunt, pactas inducias temere violare tamen nefas ducunt. quae posteaquam finitae sunt, Honoricus, Burgionum limitis praefectus, atque illi Zolerani accitis in commilitium civibus, iussu episcopi, qui senectute gravatus bellicis turbis militaribusque laboribus adesse nequibat, Eburonothalam, quam Rudolphus nuper emerat, occulte intempesta nocte accedunt, copias occulunt insidiasque ponunt; Chimerogerionem, virum rerum bellicarum peritissimum (cui castellum Boiorum dynasta commiserat), prima luce prodeuntem, nil mali suspicantem

20 *In A statt des durchstrichenen* Chattos *am Rande:* Turogos, Misones.

6 *Mergenthau;* — aequant: *A. folgt einer ausführlicheren Quelle als Herm. Alt. contin. tertia zu 1296, p. 55, vielleicht den Fürstenfelder Annalen* 25 — iubet *vgl. Compil. chronol. l. c. zu 1296 (wo* ... gartaw *wohl zu ergänzen in:* Mergartaw) 25 *Hermanni Altah. contin. tertia zu 1296:* cives cum summo preposito, de Czoler, qui fuit capitaneus eorum *(Friedrich v. Zollern).*

circumveniunt, capiunt moxque Eburonothalam ab illis, qui intus sine capite erant, traditam evertunt atque solo aequant. Rudolpho ubi haec nunciata sunt, vires undecunque conparat, delectus agit, Boios convocat auxiliaque ab Otone et Stephano, patruelibus suis, qui secundae Boiariae principatum obtinebant, accersit; ipse Stephanus suppetias tulit. inter haec Augustani atque Zolerani coniunctis viribus hostili animo Vindeliciae fines intrant. Fridobergomum, proximum oppidum (quod ab Augusta Rhetiae ad quintum dumtaxat lapidem in Vindelicorum ripa abest), obsident et, cum id expugnare non possent, omnibus iuxta incendio completis, ingenti abacta pecorum praeda, Augustam revertuntur.

Boii quoque in Suevia atque ora Lyci, quicquid civium atque episcopi erat, vastant, depopulantur, praedas itidem abigunt, villas exurunt, templa diripiunt, sacerdotes spoliant. auxiliares, dum haec fiunt, copiae quoque turmae atque cohortes Boiorum coeunt Decembrique in Rhetos omnem impetum belli conversuri Chissingam intento infestoque exercitu contendunt. at caesar ubi haec audivit, legatos cum mandatis mittit, inducias ad calendas Ianuarias edicit, se auxilio fore civibus, nisi Boii ab armis discedant ac mandatis pareant, conminatur. Rudolphus itaque ac Stephanus, Boiariae procuratores, territi potentia Athulphi atque maiestate et nomine caesaris, hasce pacis conditiones inviti amplectuntur domosque abeunt, Stephanus Landesutam, Rudolphus Rheno conterminas regiones petit.

Interea Ianuarius induciarumque finis appetebat. Augustani nacti opportunitatem, absente regulo sexto decimo calendas Februarias Buchelos, oppidum Chunradi Vildenorhodii, de improviso invadunt, diripiunt, exurunt. Vildenorhodii id dolo Roropagorum, veterum inimicorum, factum suspicati, par pari referre conantur, supplicium de Roropagis summere moliuntur. in dies magis atque magis inter illos odium clamdestinum simultasque gliscit et, velut ignis cinere doloso tectus clam serpit, tandem denique erupit. quippe Chunradus Haldobergius, Vildenorhodiorum patruelis, conmunicato consilio cum Angilosalico Vildenorhodio, Vinardum Roropagum Landobergomi iuxta Chunradum Vildenorhodium caeterosque patres consultos (qui frequentes eo, ut de bello

2 — revertuntur *vgl. Hermanni Altah. contin. tertia l. c.* 12 — petit *Quelle? Fürstenfelder Annalen? Dieselbe Quelle dürfte auch für das flgd.* — consulant, *S. 367, Z. 10, benützt sein* 26 *v. Wildenroth an der Amper, ganz nahe beim Kloster Fürstenfeld* 27 *v. Rohrbach bei Geisenfeld; vgl. über die Familie v. Ocfele im Oberbayer. Archiv, XXVI, 332* 32 *Engelschalk v. Wildenroth war der Sohn Konrads v. W., der Herzog Ludwigs Marschall war; s. a. a. O. S. 338.*

Augustanis indicendo consultarent, convenerant) consistentem de improviso armatis comitibus adoritur confossumque multis vulneribus contrucidat et evadit.

Fratres occisi Herimanus et Angilosalicus opem atque fidem Rudolphi ducis, qui iam ab Rheni ora, accepto tam atroci facto in Boiariam adventarat, implorant, homicidii percussores postulant, laesae maiestatis accersunt, sanguinolenta caesi vestimenta ostendunt, alia, plaeraque omnia auribus principum amicorumque ad miserationem et invidiam caedis accomodata obtundunt. dux tam crudeli facinore exacerbatus, licet Vildenorhodii peculiares amici erant, tamen ultorem se fore, uti aequitas postularet, pollicetur illosque Monachii causam dicere iubet. huicque cognitioni deditus atque intentus, accito Stephano patruele suo et Emichone episcopo Fruxinensi praesedit. Roropagi omnes cum gentilibus et omnium amicorum cohorte adsunt, cruentam occisi vestem exhibent, iudicum officium invocant, ut in commune consulant, ne tantum scelus inultum atque impune abire sinant neve cum malis ignoscant, bonos perditum eant, admonent, pro aequitate efflagitant. mansuetudinem atque misericordiam intempestivam plaerumque in miseriam converti proponunt, poenas a saevissimis latronibus homicidii exigunt.

Chunradus Vildenorhodius, quamvis conscium facinoris se pernegaret, tamen multitudine et potentia Roropagorum territus non adparet. eius gentiles antea in Italiam aufugerant, Veronae stipendia faciebant. cum ergo nemo Vildenorhodiorum aut, qui eisdem patrocinium exhiberet, praesto esset, sententia principum proscribuntur, bona eorum publicantur. Chunradus fretus innocentia (ut praedicabat) sua, in munitissimis arcibus se continet vimque potius sustinere quam saeviciae inimicorum ludibrioque obnoxius esse parat.

Amici eius Rudolphum, purpuratos orant, ambiunt, concilium Boiorum, ubi se de caede ille purget, impetrant. die constituto adest Chunradus causaque a Boiis cognita, aere atque exilio caedem innocentis luere iubetur. regulo Boiariae tribuit Caltobergomum, duas atque viginti libras annuum vectigal, Lycobergomum, quod pignoris titulo possidebat, sorte perdita, itidem duci reddit. hocque pactum tabulis et vadibus et praedibus sancitur. haec ubi transacta sunt, Chunradus in exilium proficiscitur. nihilosecius tamen eius clientes, qui domi remanserant, a praetoribus et magistratibus Boiorum grati-

13 Fruxinense *B*

3 *Im Rechnungsbuche Herzog Ludwigs II. wird dagegen zweimal genannt:* Tegernpecherius, qui occidit Rorbechum *(Oberbayer. Archiv a. a. O. S. 309, 311).*

ficaturis Roropagis graviter opprimuntur, adeo, ut pars aufugere, plaerique in urbeis conmigrare, civitatem emere coacti fuerint. atque Roropagi nondum expiato odio, Richeroviam duci tribuunt, ab eo Caltobergomum recipiunt, rem dubiam, impeditam pro certa amplectuntur. ita laetali odio hallucinantur mortales plaeriqûe, nihil pensi habent, et cum maximo incommodo cibum ex flamma petunt, dummodo animo morem gerant suo et aliis incommodent magis quam sibi obsequantur aut suis rebus consulant.

Dum haec in superiore Boiaria fiunt, eadem tempestate Oto atque Stephanus, secundae Boiariae rectores, Reginoburgium, quae sedes quondam nostrorum principum fuit, repetunt. cives fame penuriaque penus ad deditionem cogere nituntur, publico vetant edicto, ne quispiam annonam eo devehat. Reginoburgenses defectu conmeatus adacti, de improviso erumpunt, Abudiacum, proximum vicum, invadunt, diripiunt, conburunt. principes copiis contractis urbem obsidione claudere nituntur. Chunradus Lupoburgensis, pontifex Reginoburgensium, quem prudentissimum pacisque amantem fuisse reperio, intercedit, pacem conponit. cives libertatem atque foedus pecunia a regulis redimunt. caeterum portoria, salis vectigal, ius gladii, iurisdictionem, servitutem, caetera beneficia (quae demum parens nostrorum principum, me puero, civibus vendidit) item civitatem suburbanam duces Boii more maiorum retinent.

Et dum talia in Boiaria geruntur et Athulphus caesar expeditionem in Franciam occidentalem ob Arelatense regnum aliaque romano imperio praerepta meditatur (Flandros tum rex Gallus vastabat), Vincissolaus, Boiemiae rex, quinquagenalibus nuptias Pragae (quae quondam Marobodum vocata, regia Marobodi atqûe caput Suevorum fuit) facit, connubio sibi iungit Gutham, sororem Alberti Austriaci. Garionardus Eppostonus, archimystes Mogontinus, ex veteri more auspex fuit coniugesque inauguravit, diademate capita eorum circumdedit. interfuere Pulco Bolius, Albertus Austriacus, rector Saxoniae, Oto Brandeburgensis, adfinitate Boiemo adstricti hique omnes res novas moliuntur, adversus Athulphum conspirationem ineunt, rerum summam Alberto destinant, diem et comitia caesarea Oegram edicunt, ubi Athulphum fastigio deturbare, Albertum rebus imponere, constituunt. author huiusce facinoris Mogontinus pontifex, qui pollicitationibus,

5 letali *A* 27 regio *B* 28 nuptias *vor* facit *wiederholt A u. B*

9 — conponit *vgl. Herm. Altah. contin. Ratisb. zu 1297, p. 418* 20 *Herzog Albrecht IV.; vgl. oben S. 244, Z. 6* 25 — destinant *vgl. Herm. Altah. contin. tertia zu 1297, p. 55, 56* 34 — dilabuntur *vgl. Herm. Altah. contin. Ratisbon. zu 1297.*

BSB

nempe mille marcis argenti quinquies, hoc est unciolarum millibus quadraginta ab Alberto, quem ante spreverat, inescatus, istaec machinari coepit. quod ubi caesar rescivit, Mogontino bellum indicit, eundem caesaris filius Rupertus obsidione claudit.

At Athulphus in Elisatium (quae quondam portio Helvetiorum, sicut Caesar, Strabo, Ptolomaeus, Tacitus describunt, fuit) arma movet. ubi ob rapacitatem praesidum, quos incolis imposuerat, Argentoratensis pontifex, alii plaerique Alberto faventes defecerant, soli Rudolphus, socero quam avunculo amicior, Oto, Alberto ob dotem interceptam infestus, reguli Boiorum caesareas tutabantur parteis. inter haec Boiemus atque Austriacus Cadi (urbs est Boiemiae) frustra conveniunt, quod Mogontinus, caput coniurationis (ut dixi), obsidione clausus adesse nequibat, re infecta dilabuntur. caeterum Athulphus amicos Austriaci adterit, maxime Haegerolochum, avunculum Alberti, hostili animo invadit, agros vastat, oppida excindit. hoc anno ex hac vita migravit Rhaenobotho Aechostadensis pontifex; succedit sapientiae ergo Chunradus Paphonusius, mysta Reginoburgensis.

Porro insequentis anni primo vere Albertus Austriae, hoc est orientalium Noricorum rector, astute cum Otone, secundae Vindeliciae praeside, cui nupta soror sua fuerat, pacem conponit. deinde ab amicis instigatus, summam rerum adfectat, copias contrahit, episcopum Constantiensem, Brandoburgii Saxonumque regulos, Haegerolochos cognatos et adfines suos, insuper Boiemos atque Ugros, quos gener atque maritus sororis miserant, ascitos ad se socios recipit et ad Rhenum suis laborantibus suppetias laturus contendit. legatos ad Otonem mittit, ut sibi atque exercitui itineris faciundi copia per fines inferioris Boiariae fiat, atque ex pacto postulat. hisce Oto se ante fidem caesari, quem deserere non posset, dedisse, se quidem cum Alberto, ut pacem inter se servarent, non ut a principe suo non sine maximo scelere descisceret, inducias fecisse respondet. postea tamen sexdecim millibus unciarum argenti puri puti victus atque expugnatus labascit et cunctis bonis vicio vertentibus potestatem transseundi concedit hocque facto secreta interioraque patriae hosti inveterato produntur. nec tantus exercitus ex variis nationibus, dissonis moribus

22 Brandeburgii *B*

15 — Reginoburgensis *vgl. Hermanni Contin. Ratisbon. zu 1297 oder Eberhardi Ratisbon. ann. zu 1297; M. G. Scr. XVII, 597* 18 — conponit *vgl. den Friedensvertrag vom 27. Febr. 1298; Kurz, Oesterreich unter Ottokar u. Albrecht, II, 225* 22 & 23 *vgl. Herm. Altah. contin. Ratisbon. zu 1298, p. 418* 25 *Quelle für das flgd.? Fürstenfelder Annalen?*

et lingua, absque maximo regionis et incolarum detrimento, et si amicissimus atque abstinentissimus fuisset, transsire potuit.

Albertus igitur Valentia, inde Burgusio, post Fruxino atque Vichostephania iter facit. hic Mathylda cum filio Litavico, mater Rudolphi praefecti praetorio Rheni et primae Boiariae rectoris, fratri officii pietatisque ergo obviam venit. uterque consultat, quonam pacto per fines Rudolphi (quem ob arctissimum adfinitatis vinculum, quod illi cum caesare intercedebat, Albertus metuebat) tuto copiis iter pateret. Augustanorum quoque, qui armata manu obviam se ituros Alberto, eundem vi ad urbem deducturos polliciti fuerant, legati adsunt, ne perfidiae nota inurantur, adventum eius depraecantur, uti alio ille divertat intacto agro Augustensi, petunt. Austriacus tanta spe praeter opinionem destitutus, retentis secum matre atque fratre Rudolphi tanquam pignoribus atque obsidibus, fines nepotis ingreditur. unius diei itinere cum omnibus copiis a Fruxino Paesingiam proxime Monachium properat. eo Rudolphus cum paucis, nihil hostile animo agitans atque prae se ferens, ad avunculum paci studens festinat, in gratiam socerum cum avunculo redigere conatur. verum frustra hanc operam (nam Albertus spe imperii captus haud ullas conditiones pacis accipere dignabatur) summit, sed et victus matris praecibus, pollicitis avunculi, labascit atque a caesare ad Austriacum defecisset, nisi Schlüdero praeses et alii amici, ab Athulpho pecunia redempti, id summopere dissuasissent atque horum suasu, Alberto quascunque pacis leges confutante, ad socerum Ulmam, ubi eum ille expectabat, pergit.

Interea vero Albertus coeptum persequitur iter, militibus suis, quacunque iter fuit, quicquid in villis erat, etiam sacras superum aedes diripientibus Furstoveltas petit. inde Landqbergomum divertit, ibi caesarem, quem Lyci campos cum copiis insedere seque hostili animo operiri opinabatur, longius abesse cognovit. tantoque metu liberatus, ob id laetus fuit atque serio triumphavit. a Landobergomo Mindelobergomum pergit atque nemine prohibente in fines suos incolomi exercitu tandem pervenit. quod ubi nunciatum est caesari, cum Rudolpho genero suo, ut secum aperto Marte congrediatur armisque disceptet, Alberto mandat. Austriacus pugnam detrectat, se ad sua tutanda, non ad vi cum quopiam decertandum venisse ait, copiam ergo confli-

3 — pervenit, *Z. 32, wahrscheinlich nach den Fürstenfelder Annalen. Pasing, das als Zusammenkunftsort genannt wird, liegt nur zwei Stunden von Fürstenfeld entfernt* 4 *Ueber Weihenstephan; so auch Arnpeck col. 280* 21 *Der Vitztum Heinrich Schluder; vgl. über ihn E. v. Oefele im Oberbayer. Archiv, XXVI, 334* 24 Ulmam: *vgl. Joh. Victor. III, 3, p. 336.*

gendi hosti denegat fugamque simulat. Athulphus avidus pugnae subsequitur vestigia caedentis, Alberti tergo haeret. utrimque multa inlata acceptaque vulnera, modo hi, modo illi victores, omnia infesta latrociniis erant; nusquam totis viribus dimicatum. Austriacus peditatu valebat, quod privatim egregia liberalitate, publice maximis muneribus donativa largiebatur, charus militibus erat. eius exercitus in dies magis atque magis augebatur; Honoricus quoque dux Charionum, praefectus Athesinorum, a fratribus missus cum auxiliaribus copiis accessit. caesar tamen equitatu Albertum superabat, ob avariciam (ita interpraetabantur) militibus invisus erat. fines tamen Alberti in Gallia celtica conterminos Rheno igne, ferro vastat, praedas abigit. nemo citra maleficium periculumve ultro citro conmeabat aut abibat.

Inter haec Oto Boiorum regulus, dum suppetias laturus ad caesarem proficiscitur, Albertum Haegirolochum, avunculum Austriaci, transsitum denegantem atque de improviso longe maioribus copiis irruentem, hortatus paucis suos, ut fortiter pugnarent, in solo hostili fugam periculosiorem pugna, honestius esse mori in certamine quam inultos more pecudum inter fugitandum mactari, alacri animo excipit inclamantemque suos, ne victoriam e manibus dimittant, equo eius ense occiso, cum trecentis atque quadraginta comitibus interimit, paucis fuga elapsis, potitusque insperata victoria eodem in loco unum diem considet, supplicatione decreta, honorem deo optimo maximo habet. inter spolia hostium multi funes pluresque novaculae repertae sunt; Haegirolochus certus victoriae Boios funibus duriter colligatos, tonsosque atque cathenatos nepoti mittere destinarat. sed, ut vulgus nostrate ait, in foveam, quam aliis fecit, decidit author. Oto devictis hostibus triumphabundus ad caesarem, qui tum Ruffas Aquas, Argentoratensis episcopi municipium, obsidebat, pervenit maximoque gaudio excipitur.

At Albertus evitato caesare per Argentoratensem agrum Mogontiacum, ubi principes adversi Athulpho convenerant, contendit. inde Alisonem, oppidum Rudolphi nepotis sui, quo eum a caesare abstrahat atque excludat, obsidet. ille vero hoc magis odio atque ira in avunculum accensus, soceri rebus accuratius studere atque operam navare coepit. interea loci, dum talia fiunt, Mogontinus pontifex, Saxoniae et Brandoburgii praesides, legati regis Boiemiae, regulum Saxonum

7 — accessit *vgl. Joh. Victor. l. c. p. 337?* 15 *Graf Albert v. Hohenberg-Haigerloch. Auch für das Treffen bei Oberndorf muss A. eine uns unbekannte Quelle gehabt haben* 21 fere 400 *Hermanni Cont. Ratisb. p. 419 und Arnpeck col. 282* 26 *vgl. Grimm, Wörterb. IV, 2, 1417* 27 — declarant *vgl. Joh. Victor. III, 3, p. 336, 337?*

arbitrum honorarium (quippe Rudolphus praefectus praetorio Rheni rectorque Boiariae, cuius munus est veluti sacrosanctae tribunitiae potestatis intercedere edictis principis, de querimoniis adversus caesarem delatis cognoscere iusque dicere, sententiam pronunciare, venire recusarat) capiunt, tribunali imponunt, Athulphum homicidii, stupri in virginem, socordiae, negligentiae, periurii, quod a Francis occidentalibus intercepta non repeteret, accusant; deinde senatusconsulto eum in ordinem redigunt, a fastigio deturbant, rempublicam orbam capite esse decernunt. postremo ne imperium sine capite, sicut corpus sine anima contabescat, Albertum suis suffragiis rebus imponunt, caesarem designant, nuncupant, nonas calendas Iulias declarant.

Athulphus certior de hisce omnibus factus, cum Boiorum rectoribus arma in Albertum, qui capta atque incensa Alisone, in agro Vangionum consederat, intrepidus movet, castra proxime hostem locat. Albertus, quamquam tum equitatu Athulphum superaret, tamen milites urbium imperialium atque Boiomundi Treverensis archimystae, quos in auxilium caesaris postridie adventare fama erat, metuens, noctu cum comitibus caedit fugamque simulat. Athulphus ubi hoc cognovit, prima luce, non expectatis peditum cohortibus auxiliariaque manu avidius ad quartum decimum lapidem cum paucis equitibus Albertum fugitantem, ut ipse rebatur, insequitur. quem cum ille conspexisset, copias in tria agmina dividit; Athulphus equites, quos paucos habebat, bipartitur. in prima turma erant ambo Boiariae rectores, Rudolphus et Oto, cum popularibus, secundam Belgarum atque Rhenanorum caesar ducebat. erant in ambabus Athulphi turmis quingenti haud amplius equites. Albertus mille atque quingentos habebat. nihilosecius Boii pugnam cient, intrepide primam Alberti aciem, ubi Austriaci atque Honoricus Tyrolius atque Charinus consistebant, invadunt hisque fortiter repugnantibus nec pedem loco moventibus Athulphus Boiis subvenire quam celerrime, ut aciem hostium facilius perrumpant, festinat, urget calcaribus equum, impetu vasto fertur, equo decidit moxque a comitibus rursus sublatus, reiecta galea, adoperto capite, solus concitatius, quam par est, in turmam, ubi Albertus erat, invehitur. quod ubi hostes conspicati sunt, ordines laxant, impetui cedunt furorique dant locum; Athulphum circumveniunt, confosso prius equo ipsum quoque occidunt moxque armis ac vestibus exuunt continuoque ingeminant Athulphum cecidisse. id cum caesariani audirent, abiectis armis passim in fugam effunduntur. Albertus imperat

16 *Vgl. Joh. Victor. p. 338* 23 *So auch Herm. Altah. contin. Ratisbon. zu 1298, p. 418.*

suis, uti ferro civibusque parcant nec quemquam occidant, sed aut vivos, si fieri possit, capiant, aut effugere permittant. Oto tribus vulneribus acceptis Rudolphusque cum paucis, qui nudi evaserant, in urbem Vangionum fugam intendunt atque elabuntur. caeteri capti vivi Alberto exhibentur. inter quos Rupertus, filius Athulphi, fuit; is Mogontino, consanguineo suo, traditus, ab eo in vincula coniicitur, castellis quibusdam se redimere coactus est.

Vangiones, qui ante Athulphi partium fuerant, secuti fortunam atque victoriam, rebus Alberti repente mutatis animis studere coeperunt; Boios, qui ad eos uti amicos confugerant, equis atque armis, uti gratiam ab Alberto inirent, spoliant. duces nostri ubi hoc accepere, ne et ipsi eodem pacto perinde ac sui populares acciperentur, ex urbe aufugiunt, Haedulobergomum, inde in Boiariam se conferunt. pauci hominum interfecti sunt, conplures equi interierunt. gestum est hoc praelium sexto nonas Iulii, anno a mundo ab inferis adserto millesimo duodetrecentesimo inter Raromonasterium divi Nordoberti sacris dedicatum, ubi obscuriores humati sunt, atque Rosothalam, virginum divi Veronardi templum, ubi Athulphus praesentibus Alberto et episcopis Mogontino atque Argentoratensi aliisque comitibus sepelitur. Albertus corpus Augustam Nemetum ad mausoleum caesarum deferri regioque cultu funerari prohibebat; abdicatum causabatur. observatum autem notatumque in primis est, neque sua morte quempiam coniuratorum defunctum esse neque diutius supervixisse; pars aquis obruti, pars praelio, nonnulli atra bile perciti interierunt, alii ferro necati sunt.

Caeterum Albertus funerato Athulpho, sorore sua connitente, Rudolpho Boio, nepoti suo, gratiam facit. deinde omnium rerum oblivione decreta, consilio prudentum Francophoron proceres imperii et quibus est ius dicendi sententiam in senatu augustali, nono kalendas Augusti convocat caeditque imperio, illis summa potestate permissa, se abdicat, ultro de summo fastigio rerum descendit. atque illi, ne tanto beneficio victi viderentur, conmunibus suffragiis, ne uno quidem discrepante, quinto idus Augusti Albertum denuo rebus imponunt, deinde ad Aquas Graneas deducunt, nono kalendas Septembris solio Caroli Magni conlocant, ex veteri priscae religionis ritu inungunt.

16 *Darunter in A:* 1298.

2 — fuit *vgl. Herm. Altah. contin. Ratisbon. zu 1298, p. 419* 5 — aufugiunt *Quelle?* 11 duces — duodetrecentesimo *vgl. wohl Contin. Ratisbon. l. c.* 15 in die Processi et Martiniani *(2. Juli) l. c.* 16 *Kloster Ramsen* 17 *Nonnenkloster Rosenthal bei Göllheim. Die Lage des Göllheimer Schlachtfeldes ist hiemit nicht genau bezeichnet* 19 — causabatur *vgl. Ann. Osterhovens., p. 551* 21 observatum — praelio *Sueton. Jul. 89* 29 — inungunt *vgl. Annal. Osterh. p. 552?*

Cap. 13. Posthaec caesar tercio idus Novembris ad conventus agendos more maiorum Noreiobergam se confert. frequentes eo convenere Germaniae principes, reges Cimbrorum, Boiemiae, Apuliae, episcopi quinquaginta, Rudolphus noster cum fratre Litavico, praesides atque praefecti trecenti, equitum quinque millia. extra moenia urbis septa, circus temporarius ex tabulis, subsellia ac sedilia, ubi caeteri sedendo, turres, orchestra, praetoria lignea, ubi summi principes prandendo spectarent, extructa. in cavea atque arena tyrocinia equestria, munera militaria exhibita sunt. solus Vichovalda Agrippinensis pontifex haec spectacula contempsit. Mogontinus caesaris dextrum latus, quod sui officii esse dictitabat, texerat. tumultum quoque Vangionum atque Aechostadensis episcopi concitarunt, pro consessu atque ordine subselliorum litigabant; hic arma Gephardi Hirsobergensis, curatoris templi sui, imploravit. in hoc concilio Elissa, uxor Alberti, augusta adpellata, Chunradus archiepiscopus Saliburgensis in amicorum numerum receptus, Rudolphus, caesaris filius, Austriae regulus declaratus eique Blancha, filia Philippi Celtarum rectoris, desponsa.

Ioannes episcopus Tullensis, Chunradus Utinensis tetrarches Romam missi, qui Bonifacio octavo, pontifici romano, sacerdotibus civibusque Albertum rebus impositum renunciarent. verum Octavus acta concilii rescindit, Albertum paricidii condemnat, tantum abfuit, ut author fieret. Albertus autem peracto conventu cum archimystis tribus, Garionardo Mogontino, Boiomundo Treverorum, Vichovalda Agrippinensi Tullum Leucorum urbem petit atque cum Philippo rege occidentalium Celtarum de summis utriusque imperii rebus conloquitur. illius filiam in Austriam deduci imperat, ubi ipsa in paucis post diebus absque liberis decessit; Viennae in templo Franciscanorum humata est.

Per idem tempus Bathavenses cum episcopo Veronardo discordant, in libertatem se a servitute sacrificulorum, uti quondam Reginoburgenses excusso iugo principum fecisse conmemorabant, vendicant. senatum ad modum splendoremque urbium imperialium atque liberarum civitatium legunt, consulem creant, tintinabula in turri, quibus senatus legitimus statis diebus cogeretur, suspendunt. mystae civibus sacris

1 post festum beati Martini *Annal. Eistettens. (der sogen. Henricus Rebdorfensis) bei Böhmer, Fontes IV, 509* 1 — millia *vgl. Johann. Victor. III, 4, p. 339, 340* 5 — texerat *Quelle?* 9 *Wikbold* 11 — imploravit *vgl. Annal. Eistettens. l. c. 509, 510* 14 — adpellata *vgl. Ann. Osterhovens. zu 1298, p. 552* 15 Chunradus — receptus *vgl. Joh. Victor. l. c. 340* 16 — desponsa *vgl. Herm. Altah. contin. Ratisbon. zu 1298, p. 420* 18 *Graf Konrad v. Oettingen;* — fieret *Quelle? Joh. Victor. III, 1, p. 331 nennt einen Grafen v. Oettingen als Gesandten K. Adolfs an den Papst* 22 — humata est *vgl. Joh. Victor. l. c. 341* 28 — redeat *vgl. Hermanni Altah. contin. Ratisbon. zu 1298, p. 419.*

interdicunt, ex urbe trans Histrum in arcem commigrant, bellicis tormentis urbem oppugnant. Albertus ab armis eos discedere iubet, placere sibi, ut iure potius ante se disceptent. causam deinde cognoscit, sed civibus trecentarum librarum mulctam irrogat moreque maiorum episcopo parere praecipit, tintinabula eidem tradit iubetque, ut is cives a diris solvat atque cum ipsis in gratiam redeat.

Rumore tum dissipatur, a Iudaeis sacra nostra furto ablata, ludibrio atque in mortario pistillo contusa fuisse cruoremque emanasse. quapropter quidam cognomine Rinthoflischo, conditione agricola, se, ut Iudaeos ubique gentium deleret, caelo dimissum divinitusque delectum praedicat. ‚qui salvam rempublicam christianam esse velint, me sequantur' proclamat. credit vulgus, centuriatim provolat, ducem Rinthoflischonem sequitur; fit tumultus, nemine opem ferente frustra Iudaeis quiritantibus, Viridoburgii, Mergothaniae, Noreiobergae, Neomarti, Rhodoburgii, Babobergomi, Ambergomi, Baerichii, Vildestonis, aliis oppidis antiquae Franciae atque Boiariae Hebraei incolis fauentibus concremantur. viri atque foeminae obstinatissimo animo, cum parvis liberis, cum rebus et supellectile omni, ne haec a christianis occuparentur, illi sacris nostris lustrarentur, in medium se incendium mittunt. iram divinam fuisse necesse est. quippe caesar vindicandi cupidus, genti calamitosae auxilium praestare nequivit, furori caedere, istaec dissimulare coactus est. persuasissimum vulgo atque sacrificulis erat haec dei iussu fieri. cives Reginoburgenses aegre suos ab imminente nece eripiunt nec plaebem in eos saevire permisere, quoad divinae voluntatis certiora signa evidentioraque ederentur omina. caeterum Albertus furore vulgi evanescente, graviter de percussoribus Iudaeorum supplicium sumpsit aliosque in urbibus, unde excisi erant, conlocavit.

Plaerique Athulphum desiderabant. in Boiaria prima Rudolphus consensu matris vectigali extra ordinem Boios onerat. classes rusticorum praediorum apud Boios duae sunt. in prima tantum agri, quod

4 duo milia librarum *l. c.* 7 — conlocavit *vgl. l. c.* 9 Rintflaisch *l. c.* 12 *vgl. Johann. Victor. III, 4, p. 341:* ‚qui domini est, iungatur mihi!' 14 *Die Orte theils nach Contin. Ratisbon., theils nach Contin. tertia zu 1298, M. G. Scr. XXIV, p. 56* 15 Perkhin *[Berching] Contin. tertia. — Vildestoni, wahrscheinlich das in Apians Topographie, S. 182, genannte* Wildenstain, arx pervetusta in monte ad Lavarum Wissingensem sita *(bei Dietfurt), wird in unseren Texten nicht erwähnt; vielleicht ist aber in der Contin. Ratisbon. die Lücke, p. 419:* castrum .... prope Novum-Forum *hiedurch zu ergänzen; Neumarkt ist freilich von diesem Wildenstein doch etwa acht Stunden entfernt* 29 — luerunt *Quelle? vgl. dazu Rockingers Einleitung zu v. Lerchenfeld, Altbairische Freibriefe, S. CXXVIII.*

BSB

quadrigis, in secunda, quod bigis arari solet; hanc hubam atque mansum, illam curtim, hopham prisci Boiorum iureperiti vocant; illi a Rudolpho sexaginta asses, alteri triginta impositi sunt. sed refragante nobilitate pauperes dumtaxat atque monachi aes indictum luerunt. hoc anno Stephanus, secundae Boiariae rector, Iuditham, Pulconis Bolaniae ducis filiam, uxorem duxit dumque cum ea venatum Adalogeriopagum proficiscitur atque adytum, ut rei divinae interesset, de improviso cum coniuge et virginibus intrat, mox monachi omnes extinctis caereis ex templo diffugiunt. is quoque, qui ad aram astabat atque sacrificabat, vestibus sacris se exuit moxque se e fano proripit illoque die res divina intermissa est. Cistercienses religionem pollui, si foemina aedem illorum intrarit, docent. Hugo, fani antistes, qui tum forte domi non erat, in tempore advenit, iratum ducem, iratam coniugem, qui contumeliae id causa factum interpraetabantur, placat, religionis instituta excusat.

Subsequenti anno Garionardus Mogontinus episcopus ab Alberto apud Rhenum pecuniam, quam is pollicitus aduc debebat, repetit. sed Albertus ne tum quidem solvendo erat. ideo pontifex cornu venatorium collo dependens ostentans: ‚in hoc', inquit, ‚conplures gesto caesares' eoque dicto abiit; cum conlegis Boiomundo Treverensi, Vichovalda Agrippinensi adversus principem conspirationem facit, alios muneribus, illos pollicitis corrumpit hique vectigalia Rheni, quae aduc in proverbio, quod crebro vulgo usurpari solet, sunt et tum caesaris erant, abrumpere conantur. Rudolphum, praefectum praetorio Rheni, superioris Vindeliciae rectorem, accersunt; eidem honorario arbitro, cuius ea provincia esse solet, Albertum criminantur, perfidiae et paricidii accusant; a pontifice maximo, quod optimum principem interfecerit, devotum calumniantur; indignum esse supremo rerum humanarum fastigio vociferantur. decernunt postremo atque edicunt non placere ipsis Albertum rerum potiri huicque edicto Rudolphus, nescio quam ob causam, ab avunculo desciscens subscripsit.

At Albertus ubi hoc accepit, Geldubae atque Iuliaci tetrarchis, uti Agrippinensem atque Treverensem phariseos, Augustanis caeteris-

5 — duxit *vgl. Herm. Altah. cont. Ratisbon. unter 1300, p. 420* 6 — excusat *Quelle? etwa die Annalen von Fürstenfeld, das mit Aldersbach in enger Verbindung stand?* 16 — accersunt *vgl. Joh. Victor. III, 4, p. 341* 23 Hätt ich den Zoll am Rhein! *Cisner* 25 — subscripsit *vgl. Herm. Altah. contin. tertia zu 1300, p. 56, 57?* 32 — coactum est *vgl. Johann. Victor. III, 4, p. 342;* — — recipit *Herm. Altah. cont. tertia zu 1300, 1301, p. 57; Ann. Osterhov. zu 1300; vielleicht auch Chron. de gest. princip. 25; daneben, wie es scheint, noch eine weitere Quelle.*

que liberis civitatibus, ut Rudolphum nepotem suum invadant atque ab eo urbes et vicos, quos ipse et pater eius per quadraginta annos partim pignoris, partim clientelae titulo ab imperatoribus in fidem acceptos possederint, vi et armis repetant, imperat. ipse sibi Mogontinum archisynagogum authorem scelerum deposcit, plaerisque eum castellis, vicis, oppidis mulctat. itidem fit Treverensi atque Agrippinensi sacerdotibus; inviti et suo magno malo coacti tandem Alberto subduntur. in Boiariae finibus caesariani Neomartum, Nariscorum oppidum, obsident, oppugnant, capiunt. Laugiones atque Verdunum, Sueviae urbes, coloniae Boiorum, continuo deditionem faciunt; praesidium Boiorum, quod Verduni in arce erat, fortiter resistit, donec suffossa atque eversa moenium parte, Alberto se permittere coactum est. dissidebant tum Boii principes nonnihil. Oto et Stephanus fratres cum ducentis ferme ex equestri ordine insignibus, cum Alberto et Adeloramo Hallusiis Landesutae munera bellica edebant, spectaculis voluptatique vacabant, patrueli adversus caesarem auxilium denegabant. Mathylda quoque cum filio Litavico, deserto Rudolpho, cum fratre sentiebat. has ob causas proximo deinceps anno Augustani rursus caeteraeque caesarianae civitates Schuevechiam obsidione claudunt, in ditionem Alberti redigunt. qui intus erant, latrociniis operam dabant, cuncta incendiis complebant, praedas longe late agitabant, inter se discordabant; arcem igitur sine vi, pacti salutem et, ut incolomibus cum rebus abire liceret, tradunt.

Coactus hisce Rudolphus matre eius connitente, quam tum Vocciobrugii habitasse invenio, aerarius fit et pecunia avunculo satisfacit, veniam supplex petit et impetrat, capta recipit. inde censum pecuarium, ut grande aes alienum, quod hoc bello conflarat, dissolveret, suasu matris indicit. equum atque bovem triginta, vaccam quindecim, pecora, suem, ovem, capram decem assibus censet. verum episcopi Boiariae intercedunt, Rudolpho eiusque amicis, nisi desistant, inferias dirasque dicunt. hoc anno kalendis Decembribus ventus vehemens aedificia, casas evertit; subsequitur maxima aeris tranquillitas caeli serenitate et calore insolito, adeo ut in Ianuario arbores frondescerent; postea

15 Adoloramo *B* 16 vocabant *B*

14 fere cum 200 nobilibus terre suc *Herm. Altah. Contin. Ratisbon. zu 1300, p. 420* 15 *v. Hals; vgl. Compilatio chronol. zu 1300 bei Oefele, Script. II, 340; Annal. Osterhov. zu 1300, p. 553* 19 *Schwabeck. So (nicht auf Schwabach) ist auch das von Herm. Altah. contin. tertia zu 1300, p. 57 genannte castrum Swabech zu deuten. Vgl. Chron. de gest. princip. 25* 24 *Quelle?* 26 — censet *vgl. Herm. Altah. cont. tertia zu 1302, wo jedoch andere Steuersätze* 31 — fuit *Quelle?*

aquarum eluvies ingens fuit. Chunradus Luppoburgensis, Nariscorum dynasta, absque haeredibus vita defungitur. nepos eius ex fratre, Chunradus episcopus Reginoburgensis, Luppoburgium aerario pontificali confiscat. Boiariam superiorem perniciosior rursus tumultus concussit. Mathylda filio Rudolpho potentior visa atque ob nimiam cum Chunrado Otolingone, Milusii haud procul a patria mea dynasta, praeside suo, familiaritatem suspecta esse coepit. et sane Mathyldam, sicut diplomata ostendunt, cordatam atque imperiosam mulierem fuisse reperio. uti fides fiat, capita tabularum, quae Damasiae aliisque templis extant, subscribere idoneum visum est. Mathylda dei gratia comitissa palatina Rheni, ducissa Baioariae, Rudolphi quondam regis Romanorum, potentissimi caesaris filia et soror Alberti regis Romanorum, Damasianis, caeteris mystis atque druidibus plaeraque largita est diplomataque dedit.

Caeterum Rudolphus non solum illa resignat atque rescindit, verum nono quoque calendas Iulii correptis armis hostili animo Schiltobergomum, superioris Vindeliciae arcem, ubi tum Mathylda cum Chunrado, praeside suo, atque Litavico filio versabatur, invadit, irrumpit, Chunradum in vincula coniicit, matrem cum germano Chunradumque vinctum Monachium vi abducit, castellum ianuis effractis direptum a Schludro, Rudolphi praeside, illiusque sociis, quorum suasu haec gerebantur. urbes deinde universae, cuncta castella, quae hactenus a morte mariti tutorio titulo Maethylda possederat, Rudolphus occupat seque tutorem fratris fore iactitat.

Mathylda, ut erat astuta, necessitatem in rationem vertit, dolorem atque angorem animi dissimulat, accito Emichone Fruxinensi episcopo atque Otone, inferioris Boiariae duce, oppidis cunctis ultro caedit, universa, quae possederat, filio tradit, mille dumtaxat libras assium Munychiorum quotannis, paululum vini, casei quippiam, quibus victitet, supplex petit. annuit postulatis Rudolphus atque, ut haec caesareo diplomate confirmentur, ad Albertum ambo proficiscuntur. Mathylda ubi Hochostadium venit atque a filii potestate se emancipatam esse videt, pactis stare detrectat nec se teneri foedere ullo, quod vi, contra ius gentium, adversus vinculum maternae pietatis extortum sit, cau-

11 Boioariae *B* 14 largitus *A u. B*

1 — confiscat *vgl. Herm. Altah. contin. Ratisbon. zu 1301, p. 420* 6 *Mülhausen westlich der Abens* 9 — dedit *vgl. Mon. Boic. VIII, 195, 196, 199, 200, 202* 15 in vigilia Johannis baptiste *[Juni 23.] Herm. Altah. cont. tertia zu 1302, p. 57. A. muss aber für das flgd. auch eine ausführlichere Quelle (die Fürstenfelder Annalen?) gehabt haben.*

BSB

satur; se fraude circumventam armisque coactam vociferatur. Rudolphus ubi sibi matrem imposuisse sensit, iram omnem in Chunradum, cuius suasu istaec fieri dictitabat, vertit. eidem consuetudinem maiorem, quam quae honestati aulae convenerit, obiectat, eundem quarto idus Iulii anno ab orbe servato 1300 super tercium Monachii securi percutit. huius Chunradi filium fuisse Dagionardum reperio, qui Milusium haud longe a patria mea possedit. id Elissam uxorem Ioannis tercii Abusini foro aleatorio victricem lucri fecisse aiunt. Otolingones autem, unde cognomen hisce equitibus, castellum est in ora Germaniae proxime Phoron vicum Danubianum, ubi Epona quondam colonia Romanorum insignis fuit, cuius vestigia aduc visuntur. Otolingones sepulti sunt Rarae in templo mystarum Augustalium, quinque millia passuum a patria mea. sed ad ordinem historiae revertor.

Maethylda tam insigni contumelia a filio adflicta, fratris fidem implorat, conmunem genti suae ignominiae notam inustam falso ac praeter pietatis iura, adversus naturae leges conqueritur, tantae impietatis poenas a filio impientissimo exposcit. caesar Noreiolingonas, quae urbs est Sueviae libera in Germania Magna, petit, Rudolphum nepotem quam primum ad se venire imperat. paret Rudolphus, cum fratre Litavico ad avunculum se confert, facinus excusat, factum purgat, innocentiam suam praedicat. Chunradum inter se atque matrem discordiae mala seruisse, poenas meritas dedisse conmemorat. caesar odiosum contumeliosumque ratus diutius de hac re disceptare, omnium rerum oblivionem decernit, ablata sorori reddi iubet. adsentitur Litavicus et se nunquam intraturum Boiariam iurat, nisi omnia matri pientissimae reddantur atque tam insignis contumeliae macula sibi atque genitrici indulgentissimae inlita eluatur et beneficiis atque operis talis iniuria conpensetur.

Rudolphus ea, quae possidebat, reddere gravabatur. Mathylda Augustam migrat, cives atque praetores iussi sunt matri adversus filium fautores atque consultores adesse. Schludro praeses, huiusce seditionum author, amotus est dignitate. qui cum ad caesarem se excusatum pergit, ab amicis Maethyldae atque Litavici ferro occiditur.

10 *Am Rande in A:* Kelsa oritur sex mylae *[sic]* usque Phoron 33 occiditur ferro *B;* ferro *corrigiert st.* forte *A*

3 eidem — percutit *vgl. Ann. Eistett. p. 511* 5 in die st. Margarete *Herm. Altah. contin. tertia l. c.* 8 *Burg Oetling bei Pföring a. d. Donau; vgl. Apians Topographie, S. 172* 17 — decernit *vgl. Joh. Vict. III, 4, p. 343* 24 — adesse *Quelle? Fürstenfelder Annalen?* 31 — occiditur: *‚Die Schicksale des Oettlingers und Schluders sind in der Volksüberlieferung in einander geflossen‘ v. Oefele a. a. O. 207.*

BSB

Chunradus Vildenrhodius ab exilio revocatur, aulae Rudolphi ab Alberto praeficitur, qui in paucis post diebus mortem obiit. caesar iterum Ulmam ad se sororem et Rudolphum atque Litavicum, nepotes suos, vocat, quod grandem pecuniam debebant, cuncta oppignerata erant, vetat aliquot annis in Boiariam illos progredi, secum in aula consistere eosdem iubet. Vigolino, ut procuraret Boiariam atque ex reditibus aes alienum dissolveret, praecipit. Maethylda in paucis post diebus aegritudine animi moritur, decimo calendas Ianuarii, anno salutis millesimo trecentesimo super quartum conditurque in mausoleo viri apud Furstoveltas.

Eodem anno Danubius Reginoburgii versus aquilonem exesa fluctibus tellure cursum intendit, aggere ingentis molis ex lapidum cumulis, tignis et arborum truncis congesto, ad pristinum alveum coactus est. Bonifacius pontifex maximus circa eundem temporis tractum cum Alberto in concordiam redit, eidem regnum Francorum occidentale, quod a Francis Germaniae populis conditum sit, facile de alieno largitur atque auspiciis pontificalibus recuperare iubet. Franci coacto Lutetiae concilio ad senatum orbis christiani provocant, Bonifacium de multis atrocissimis criminibus accusant, quae ab Herimano Franciscano enarrantur.

Cap. 14. Sub idem tempus Andreas Ugrorum rex absque liberis animam efflat. Carolus nepos ex sorore caesaris ab pontifice et Alberto rex Ungariae constituitur et a quibusdam Ugris recipitur. avia eius, uxor Caroli primi Siciliae regis, Ungara erat. plaeraque gentis nobilitas atque episcopi Vincissolaum regem Boiemiae accersunt. is Ugris filium Vincissolaum regem declarat; Ugri Ladissolaum nuncupant, Budam, quae et Sycambria atque Opha, vi deducunt atque apud Albam regiam solenni ritu, celebri conventu inaugurant. sed uterque Carolus et Boiemus titulotenus Ungaria potiebantur, potestas omnis penes proceres erat. Nicolaus Dominicanus a caesare atque Bonifacio missus Budae Boiemo faventibus frustra sacrificiis interdicit. nam sacerdotes convocato et ipsi Budae coetu, caereis extinctis pontifici romano a gallica ecclesia devoto inferias dicunt. Nicolaus Romam reversus mortuo Bonifacio regno ecclesiae praeficitur, Benedictus undecimus

1 — iubet *Quelle?* 6 *Vitztum Wignand* 7 — Furstoveltas *vgl. Compilatio chronol. l. c. zu 1304* 11 — coactus est *vgl. l. c. und Eberhardi Ratisbon. ann. zu 1304, p. 600* 14 — accusant *vgl. Ann. Osterhov. zu 1303, M. G. Scr. XVII, 553; Joh. Victor. III, 5, p. 345, 346* 20 *vgl. oben S. 361, 33 u. Anm.* 21 — declarat *vgl. Joh. Victor. III, 5, p. 344* 33 — pontificatu *vgl. Eberhardi Ratisbon. annal. zu 1303, p. 599.*

vocatur potiturque pontificatu, posteaquam interregnum duodecim menses continuos in pontificio imperio fuit.

Iisdem diebus Vincissolaus rex Boiemiae timens filio cum exercitu Pestum contendit, Vincissolaum filium cum sacro Ungariae diademate in Moraviam abducit, Ladissolaum Budae atque Ungariae praeficit. caesar autem Boiemiae regi bellum indicit, consensu Otonis ducis Boiorum fratrisque eius in Boiaria copias cogit, cum Otone Boio, quem pollicitationibus sibi conciliarat vadibusque satisdederat, in Boiemiam arma movet; verum tempestatibus redire conpulsus oram Rheni; Oto Boiariam petit. is cum hoc bello sumptus fecisset nec Albertus promissa verbis iam pridem re conprobaret nec, quod violatum erat, et damna inlata inter transseundum beneficiis conpensaret, praedes quoque satisfacere detrectarent, ad regem Boiemiae Vincissolaum defecit. eius suasu a quibusdam Ungariae proceribus veluti regni legitimus haeres (nempe Beli quarti ex filia nepos erat) rex salutatur et, ut haereditatem avitam adeat, rogatur.

Sub idem tempus Clemens quintus pontifex maximus legitur regnoque ecclesiastico imponitur. is Roma in Galliam migravit, ut regi Franco gratificaretur, religionem Templariorum, eorum opibus confiscatis, delevit. ad quem Albertus Honoricum Hugobilarum, mystam Thomae Argentoratensis, Burgardum Phelissum, qui imperium primario sacerdoti (ovem nimirum lupo) conmendarent, legat. grata legatio Clementi fuit; caesari rescribit, eundem cohortatur, primo ad expeditionem Palestinam obeundam, quae parenti eius imperatori Rudolpho tantopere cordi fuerit; deinde mandat, ut pacem inter Viennae, Galliae, Narbonensis legatum, quem Delphinum vocant, et Allobrogum, qui sunt Sabaudii, tetrarcham conponat.

Inter haec Vincissolaus Boiemus animam efflat; Otonem, inferioris Boiariae regulum, filio Vincissolao curatorem atque consultorem testamento nominat. Oto cum Alberto Hallusio, Hartolivio Bochobergensi, praefecto aulae, Brunoniam, Moraviae urbem ad Vincissolaum, regem

27 pacem *vor* conponat *wiederholt A u. B* 30 Bochobergensi *in B von Aventin nachgetragen, fehlt A*

6 — Rheni *vgl. Annal. Osterhov. zu 1304, Mon. Germ. Scr. XVII, p. 553* 10 — rogatur *vgl. Annal. Osterhovens. zu 1305, 1306, p. 554* 17 — delevit *vgl. Joh. Victor. III, 7, p. 349; IV, 5, p. 369; Annal. Eistett. (Boehmer, Font. IV, 552, 553)* 20 — conponat *Quelle? C. Wenck, Clemens V. und Heinrich VII., S. 99, Anm. 1, denkt an eine noch unbekannte Schrift Wilhelms v. Occam, etwa ‚De artibus hierarchicis liber unus'* 20 *Von Hugsweier bei Lahr in Baden?* 30 — potitur *vgl. Compil. chronol. zu 1306, p. 340; Annal. Osterhovens. zu 1306, 554* 30 *Albrecht v. Hals d. j., Hartlieb v. Puechberg l. c.*

Boiemorum, sibi a patre eius ex testamento et foedere conmendatum, se transfert idibus Septembris. ab eodem receptis sacris regni ungarici insignibus a gentis optimatibus, qui eo convenerant, invitatus, Sycambriam (Ugrorum caput est) dissuadentibus amicis et adversantibus Alberto caesare et filio eius Rudolpho, Austriae regulo, tercio idus Novembris deducitur. deinde apud Albam regiam octavo idus Decembris solennibus ceremoniis a Benedicto Vessobrunensi et Antonio Chonadensi episcopo, Ioanne et Stephano tetrarchis bene praecantibus, in solio regio conlocatur Budamque perpetratis rite sacris regni auspiciis revertitur superioreque Ungaria potitur. atque quo opes suas confirmaret, Ladissolai ulterioris Ungariae transsylvanique praesidis filiam sibi despondet seque hac adfinitate tutum fore inter alienos ratus, Albertum Hallusium, Hartolivium Bochobergensem, reliquos Boios domum nono calendas Maii remittit hique per Charionum fines in Boiariam revertuntur.

Albertus caesar, qui nepotem suum Ugris imperitare concupiscebat, Otonem non solum insidiis, sed et vi oppugnare, Ugros auro sibi conciliare parat. Rudolphum filium, Vincissolao ferro necato, in Boiemiam deducit regemque Boiemorum constituit. quo paucis post diebus defuncto, Honoricus, Tyroliorum et Charinorum tetrarches, cui Anna, soror Vincissolai nupta erat, consilio Otonis Ugrorum regis, Landesutae in Boiaria copias cogit; inde adiutus a Stephano, fratre Otonis, regis Ungariae, auxiliaribus copiis cum illo Hercynios saltus, qua Boiariae continuantur, penetrat Boiemiaeque regnum occupat. Stephanus Landesutam e Boiemia reversus, repente adversa corripitur, valitudine lectoque decumbit.

Iisdem quoque diebus Oto Ugrorum rex, invitatus a Ladissolao socero suo, in vincula coniicitur. Albertus ubi ista rescivit, ex Austria in occidentalem Boiariam arma movet. Neoburgii ponte facto Oenum transsire, ex Norico in Vindeliciam progredi contendit. nobilitas Boiariae secundae raptim incolis terrae ad arma vocatis Neoburgium obsident, caesarem adytu arcere conantur. qui cum Boiis deesse caput, ipsos perinde neglegentius agere atque inter se discordare exploratum haberet, relictis quibusdam comitibus a tergo, qui quasi abundante multitudine Bathaviam se conferrent ibique Oenum traiicerent, ipse

25 valetudine *A*

7 *Quelle? Ann. Osterhov. haben nur:* per quosdam episcopos ... cum comite Ybano et duce Stephano 10 — revertuntur *vgl. Annal. Osterhovens. zu 1307; Compil. chron. p. 341* 18 — occupat *vgl. Annal. Osterhov. zu 1307, M. G. Scr. XVII, p. 554, 555* 21 Landesutae: *Quelle? (wenn nicht nur Combination A.'s)* 24 — decumbit *vgl. l. c. p. 555* 27 — Novembri *vgl. l. c. p. 554, 555.*

BSB

prima luce pontem Neoburgii transsire coepit, Boios territos maiestate atque fiducia caesarea in fugam vertit obsidionemque solvere cogit. nemine prohibente Vindeliciae secundae fines ferro, flamma adterit mense Novembri; inde ad superiorem Boiariam visum nepotes suos pergit; unde Suevos adsumpto secum Litavico petit.

Interea Oto Ugrorum rex ope ministri evadit, Russia, Bolania perreptata, Glogoviam pervenit, ubi a Chunrado urbis regulo agnitus, eius filiam uxorem ducit, ope soceri atque Boiemorum in Boiariam cum nova nupta revertitur, Strubiorum urbe nuptias facit. caesar admiratus Otonem incolomem ex Ungaria rediisse, Rheni tractus Suitonumque valles perlustrat, a Ioanne nepote ex fratre, quod Sueviam, paternam haereditatem, repetenti reddere supersederet, kalendis Maii interficitur, anno aerae christianae 1308, post annos centum, quam Philippus caesar simili fato sublatus fuit. Clemens pontifex maximus ad Rudolphum Boiariae ducem dat literas, necem avunculi deflet, deinde mandat, ut Rudolphus operam navet, quo idoneus atque rei bene gerendae peritus summo rerum humanarum fastigio imponantur. datum in Pictonum urbe quartodecimo kalendas Iunii, pontificatus anno tercio.

Hanc ob causam Germani idibus Octobris comitia caesarea Francophori habent, Honoricum Lucilloburgensem caesarem declarant isque octavo idus Ianuarias a Mogontino archimysta ad Aquas Graneas in solio Caroli Magni, conditoris huius imperii, conlocatur, solenni ceremonia inungitur, armis caesareis atque insignibus more maiorum ornatur, cum Margarita Brabantina coniuge inauguratur. Athulphum atque Albertum caesares Nemetum Augustam ad augustorum mausoleum transfert. Eburonardum Viridobergensem, Chunradum Utinensem hostes reipublicae iudicat in exiliumque agit. Boiemis filium Ioannem regem pulso Honorico Tyrolio imponit isque in Boiemiam a Petro Mogontino episcopo et Rudolpho praefecto Rheni, duce Boiorum, deducitur.

7 Glogaviam *B* 13 *Am Rande in A:* eodem anno 6 idibus Novembris obiit Ioannes Duns Scotus, ille theologus maximus, subtilis nominatus. clauditur hic rivus, fons ecclesiae, via, vivus *[sic]* 22 conditore *A u. B*

4 — pergit *nach den Fürstenfelder Annalen?* 5 — petit *vgl. Joh. Victor. III, 10, p. 355* 6 — rediisse *vgl. Compil. chronol. zu 1308, p. 341; Annal. Osterhovens. zu 1308, p. 555* 11 — 1308 *vgl. Joh. Victor. III, 10, p. 355 flgd.* 15 *S. das Schreiben u. a. bei Tolner, Hist. Palat. cod. dipl., p. 82. A. wird es aus Arnpeck 291 gekannt haben* 18 *Vielmehr* Julii *l. c.* 20 — transfert *vgl. Johann. Victor. IV, 1, 2, p. 359—361* 26 — deducitur *vgl. Annal. Osterhovens. p. 555* 26 *Graf Konrad v. Oettingen, genannt Schrimpf; vgl. Martin. Minorita, col. 1636, Closener p. 65.*

BSB

In inferiore Boiaria, dum Fridericus, Alberti caesaris filius, Austriae regulus, apud caesarem longius abest, Austriaci quidam proceres, freti Otonis Boii auxilio, ab illo deficiunt, conventus agunt, nova moliuntur. Hyldericus Valdoseus, Stiriae procurator, capita factionis invadit, coniurationem opprimit, ruina coniuratorum recens incendium restinguit. inde Novembri cum trecentis equitibus per Iuvavensem agrum Chunrado episcopo Saliburgensi annuente penetrat, Theodomani, quod est municipium Iuvavensium supra Burgusium in ripa Iuvavi amnis, considet, agros inde Boiariae, quae in Norico cubat, vastat, casas, villas omneis exurit. gelu acutum, hiems aspera subsequitur; multos mortaleis extinxit; fame, atque frigore bis mille atque trecentos homines periisse aiunt.

Oto rex Ungariae atque Stephanus fratres, Boiariae secundae rectores, Neoburgium iuxta Oenum, quod Austriacis parebat, tercio idus Ianuarii obsident, pontem erigunt, quatuor menses continuos castellum oppugnant, per metallarios tandem cuniculis ductis moenia subruunt, adeo ut exercitui aditus pateret. Lamobergensis arcis praefectus ac caeteri comites ignem aedificiis inmittunt, Berostonos aufugiunt. Neoburgium in cineres et favillas redigitur. mystarum Bathavensium et Veronardi Grynopagi, urbis episcopi, opera induciae ad adventum Friderici fiunt. is ubi Neoburgium a Boiis excisum accepit, a Rheni tractibus et caesare domum contendit. contractis copiis per superiorem Boiariam Iuvavensemque agrum in orientaleis penetrat fines, accitis ad se in societatem Ugris, Stiriis, Austriacis, Charinis Chunradum Iuvavensem archimystam socium ad se receptum sibi adsciscit. octavo calendas Augusti quindecim millibus virorum Boiariae fines invadit, Ritum oppidum atque arcem dies quatuordecim circumsidet. tum qui in arce erant, eam tradunt. oppidani vero, ubi ultra obsidionem ferre nequeunt, deploratis rebus suis, ignem tectis subiiciunt clamque fuga dilabuntur. Fridericus circum cuncta incendiis complet, agros vastat, praedas agit, Burgusium tendit. inde recta Oeni ripa arma ad Scharodunum convertit, urbem obsidione claudit duodevicesimo calendas Septembris.

Oto ac Stephanus fratres, secundae Boiariae rectores, accitis a dynastis Druidum atque Hocholochiis auxiliaribus copiis, suppetias obsessis ferunt, mille quingentos equites, peditum ex agris atque rure

20 Grynopagi *sic A u. B; vgl. dagegen oben S. 360, Z. 8.*

1 — restinguit *vgl. Joh. Victor. IV, 2, p. 361* 4 Ulricus de Walse *l. c.* 6 — aiunt *vgl. Continuatio canonicor. st. Rudberti Salisburg. zu 1310, M. G. Scr. IX, p. 821* 8 *Tittmoning* 13 — de hac re *vgl. Annal. Osterhovens. zu 1309, 1310, p. 556* 35 comitibus de Truchenting et Hohenloech *l. c.*

BSB

sexaginta (ita divulgant) millia ducunt, in adversa ripa considunt, aperto Marte confligere constituunt; sed Oenus coire exercitus prohibebat. Hartolivii Bochobergensis consilio pons erigitur repente praeter opinionem hostium opereque confecto media nocte copiae traducuntur. Austriaci multitudine agricolarum territi, prima luce tercio nonas Novembris obsidionem solvunt, impedimenta atque castra sua incendunt; dux, episcopus, comites fugam capessunt. Vindelici ignem restingunt, castris, equis, armis, conmeatu, tormentis bellicis, accipitribus, vino, vestimentis caeterisque impedimentis, papilionibus praeciosae artis potiuntur. tabernaculum episcopi, quod centum sexaginta unciolis argenti constitisse fama erat, quatuor libris Bathavensibus venundatur. extat epigramma de hac re.

Oto et Stephanus victoria potiti, triumphabundi Landesutam redeunt, ubi eodem anno, qui fuit Christi 1311, undecimo calendas Ianuarias Stephanus naturae concedit. vixit annis quadraginta, Iuditham uxorem cum duobus filiis Honorico et Otone cumque tribus filiabus, Beatrice Goricia, Elissa Austriaca, Hagna virgine sancta, superstites reliquit; hos fratri Otoni conmendavit.

Posthaec anno sequenti Elissa regina, uxor Alberti caesaris cum filiis, Rudolphus atque Litavicus fratres, Rheni atque primae Vindeliciae praesides, Chunradus Iuvavensis archimysta, Veronardus Bathavensis, Ioannes Brixinensis, Albertus Guricensis episcopi, Honoricus dux Charionum, Otobergenses atque Hunnoburgenses dynastae, plaerique alii Boiorum antistites, tetrarchae octavo calendas Aprilis Bathaviae conveniunt, mensem paci operam navant. Oto rex Ugrorum cum nepotibus Reginoburgium primo, deinde ad illos se confert. reconciliantur duces, pax religione iureiurandi sancitur, eosdem utrisque amicos atque hostes fore dant fidem. captivi utrimque dimittuntur. Elissa, filia Stephani, neptis Otonis regis Ugrorum, Otoni, fratri Friderici, in matrimonium datur. Vindelici Noricis Neoburgium reficere iussi sunt.

Iisdem diebus Honoricus caesar arma in Italiam (quo nemo principum nostrorum quinquaginta ferme annis venerat) movet; conmilitones sunt Rudolphus Boius, Litovalda Austriacus; Mediolanum, Brixia,

8 restingunt *sic A u. B*

12 *Annal. Osterhov. zu 1310* 15 *Annal. Matseens. und Seligenthaler Necrolog nennen den 21. Dez.* 19 — iussi sunt *vgl. Annal. Osterhovens. zu 1311, p. 557* 32 — aperiunt *vgl. Joh. Vict. IV, 5, 6* 34 *Die Quelle für Rudolfs Theilnahme ist zweifelhaft, vielleicht die erste bair. Fortsetz. der sächsischen Weltchronik, A.'s Adversaria, I, fol. 118 v. (über diese Quelle vgl. das Nachwort); Mon. Germ., Deutsche Chroniken, II, 333.*

BSB

Taurisium vi ad obsequium redacta; Pisa, Genua caeteraeque urbes ultro suum principem accersunt, portas eidem sponte aperiunt. inter haec in Boiaria inferiore Oto rex Ugrorum, praesente Litavico, fratre Rudolphi, quasi tutore Otonis et Honorici, filiorum Stephani, qui aduc impuberes erant, septimodecimo calendas Iulii Landesutae conventus agit, ut grandem pecuniam (quam ob crebra bella et inauspicato iratisque superis tentatam Ungariam debebat) dissolveret, quibusdam inferioris Boiariae equitibus et civibus omnem iurisdictionem, universas actiones, praeterquam furti, homicidii atque latrocinii atque, ut adpellant, rerum capitalium, et ius gladii vendit. ditiones, dioceseis, quas hophomarcas vocant, tradit, de cunctis controversiis cognoscere, iudicare, decernere, coercere, castigare, mulctam irrogare, censere nobilitati atque equestri ordini permittit. antehac nullum earum rerum ius cuipiam erat, omnis iurisdictio, potestas maxima, medioxima, iudicium, imperium summum, infimum, sicuti ius gladii aduc est, penes principem fuit.

Illud tamen aes alienum inopes atque egeni agricolae, coloni, liberi, servi, clientes, quibus nihil penitus emolumenti accessit, luere coacti sunt. ter octavas omnium rerum, vilis etiam supellectilis pensitarunt, ter ipsorum equi, boves, porci, oves, capellae, pecora, iumenta censa sunt, unde closteuram, id est, ungularium censum, vocant. numarii, casearii, gallinarii, ovarii et huiuscemodi reditus semel exacti; vectigal quoque frumentarium semel dumtaxat editum est. ad manubias sacerdotum manus etiam extensae sunt. mensuram frumentariam inferiores Boii scapham vocant; ea in anno duobus hominibus satis esse solet, continet modios secundum computationem Plinianam, unum et triginta, tantundem siliginis octoginta, tritici sexaginta, hordei quadraginta, avenae triginta sesterciis redemptum est. sestertium autem nummum Reginoburgensem voco, quem duobus assibus atque semisse permutari placuit. sed rem paulo altius, quo magis in aperto sit, repetam.

Universae possessiones in Boiaria, cuncta praedia, agri, prata, sylvae, villae, quae stipendiaria sunt et serviunt, triplicia esse constat:

5 *Am Rande in A:* 1311 kalendis Ianuarii Landesutae Honoricus, dei gratia Boiemiae et Bolaniae rex, Carynesiae *[sic]* dux, marchio Moraviae et comes Tyrolis, Aquileiae, Tridenti, Brixinensis ecclesiarum advocatus, regnorum 4 28 assibus *corrigiert st.* sestertiis *A. Ebendort corrigiert st. des zuerst mit B gleichlautenden folgenden Satzes:* assem autem (saicam lex salica) nummum Reginoburgensem voco, quorum duo ac semis sestercium faciunt ac sunt, quarta pars denarii, tremissae; Boii grossum illum, hunc solidum ac schillingum nuncupant.

2 — placuit *vgl. den grossen Freiheitsbrief v. 15. Juni 1311; v. Lerchenfeld, Altbair. Freibriefe, 1* 30 sed — repetam *Sall. Jug. 5, 3.*

pignoraticia, propria atque clientularia. pignoraticia quae sint, nomen indicat; ubi aes pignoraticium dissolutum est, quasi iure postliminii ad suum dominum redeunt. propria duplicia censentur; quaedam mancipi sunt, iure suo, non alieno beneficio possidentur, et urbara, hoc est prima atque praecipua vocantur; horum ususfructus atque proprietas domini est. alia mobilia nuncupant; haec usuario annuum vectigal, proprietario nihil omnino pensitant, cum aut is, cuius proprietas est, moritur aut usuarius morte, venditione aliove quovis modo inmutatur. tum demum hic vicesimas summae, qua annuum tributum constat, paciscitur, nam vicesimam partem sortis cuiusque levissimam atque legitimam usuram esse Germani existimant. clientularia, quod tercium genus diximus, boetheiam graeco atque teutonico vocabulo a patrocinando nominamus, quod quasi praemium annuum curatori patronove praebeant, uti procuret, defendat, asserat, vindicet; liberrima haec conditio minusque obnoxia aestimatur.

Item hominum atque colonorum duo genera numerantur; pars liberi sunt, caeteri livaegeni, id est, servi dicuntur. clementissima tamen istaec servitus atque longe alia, quam quae caeterarum sit gentium. capitecensi sunt, livosteuram sive livocensum, hoc est munia personalia quotannis quinque, viginti trigintave asses pensitant, partim nihil; sed quando huiuscemodi colonus ex vita migraverit, iumentum, quod domino placuerit, tribuitur, viatori vestimentum. coniuges nonnunquam diversae sunt conditionis, quandoque diversos habent dominos, qui liberos inter se partiuntur; filii matrem, puellae genitorem sequuntur. quamobrem absque consensu domini matrimonia non contrahunt. nunc nulla iuris solennitate observata, solo consensu domini passim et facile manumitti solent. apud maiores princeps atque caesar, excusso e manibus servi nummo, eundem libertina donabat conditione.

Iureperiti et nonnulli philosophi omneis homines natura liberos nasci tradunt, armis atque vi introductam esse servitutem. unde servos a servando, qui alioqui iure belli occisi fuissent, dictos opinantur. plaerique etiam, cum aut aere alieno aut magnitudine tributorum aut iniuria potentiorum premerentur, sese in servitutem dicavere nobilibus. in sacrae tamen historiae arcanis legimus: reddite caesari, quae sunt caesaris, cui tributum debetis, tributum, cui honorem, honorem. omnis

6 usurario *B* 20 assarios *st.* asses *corrigiert A* 21 *Am Rande in A:* ut in veteribus lego conmentariis, fere 2 et [?] 3 obolum . . . [?] 22 *Ebendorf:* Ioannes Semeca, praepositus st. Stephani Halberstatensis, Teutonicus conscripsit [?] decretum. Clemens 4. postulanti decimas [?] restitit.

12 *Vgl. oben Bd. II, S. 32, Z. 28* 17 *Leibeigene* 32 — nobilibus *Caes. b. G. VI, 13* 34 — adversatur *vgl. Marc. 12, 17; Matth. 22, 21; Ro. 13, 1; 7.*

BSB

potestas a deo est; qui resistit potestati, divinae maiestati adversatur. et profecto naturalem quandam servitutem esse Aristoteles Stagirita, praeceptor Alexandri Magni, regum omnium maximi, in libro primo de republica argumentis et disputationibus probat et aliorum rationes confutat. apud nos reperio religionis ergo sponte plaerosque se in servitutem redegisse mystis atque monachis.

Atque ut tandem haec missa faciam et historiam prosequar: antea equestris ordo tribusque sacerdotum, contenti stipendiis, usurariam dumtaxat ex superioribus praediis coepere operam. proprietas, maiestas, ius coercendi, castigandi, iudicandi principi addictum fuit, oneris quippiam extra ordinem imponendi copia non fuit. atque illa omnia ex asse, quemadmodum dixi, Oto rex Ugrorum, secundae Vindeliciae atque Boiariae rector, tum venumdedit. attamen se atque haeredes, successores statutis certisque vectigalibus contentos fore, nunquam huiuscemodi onus extraordinarium praecibus vel vi, vel quovis alio modo tentaturos diplomate cavit, ubi illiusmodi nundinarum fit author.

Et ut pace civium meorum dixerim, in isto, ut adpellant, privilegio multa absurda conpraehenduntur, quae sunt seditionum domesticarum, bellorum civilium causae et origo, seminaria discordiae inter principem ac populum, inter cives ac equites, inter sacratos et prophanos. hinc Taringiae, hirciniae, leoninae, ab insignibus ita dictae conspirationes, et nuper anno abhinc septimo secessio monachorum, sacrificulorum, civium, equitum in perniciem reipublicae a principibus Hieronymo Stuphio et Voliphogange Hagio potissimum authoribus et ducibus multitudinis. sed haec suo tempore explicabuntur. illud diploma cuncta privata utilitate, nihil publico bono metiri, duces in ordinem redigere, paucorum potentiam, optimatium (caeteris equitibus, civibus, sacerdotibus, monachis, colonis, agricolis velut vulgo sine gratia, sine authoritate posthabitis) parteis atque sectam stabilire, crimen laesae maiestatis in principem romanum perfricata fronte committere videtur. quamobrem nec imperatori nec pontifici maximo neque episcopis Boiariae neque Noricorum tetrarchis authoribus fieri placuit, licet Oto se non destiturum, donec id impetraret, fidem dederit. ipse quidem atque Litavicus, Honoricus et Oto impuberes, Hagna regina, uxor Otonis, Hagna, soror Otonis regis, Iuditha, coniux Stephani, genitrix Honorici

29 lesae *A*

4 *Polit. I, 3—7* 21 *Der Törringerbund (nach dem Bundeshauptmann Kaspar dem Törringer), Böckler-, Löwler-Bund* 24 *Hieronymus v. Stauf, Freiherr zu Ehrenfels, Hofmeister Herzog Wilhelms IV., wurde am 8. April 1516 zu Ingolstadt als Hochverräther enthauptet* 25 *Graf Wolfgang zu Haag* 33 — consignarunt *vgl. den erwähnten Freiheitsbrief.*

BSB

et Otonis, subscripsérunt atque huiuscemodi tabulam caera et suis imaginibus consignarunt.

Episcopi Boiariae refragati sunt atque obstinato animo repugnarunt. Otoni sacris interdixere, diras et inferias dixerunt, sicuti tabulae veteres ostendunt. hanc ob causam eodem anno, quarto idus Augusti Oto rex, nepotes eius Honoricus et Oto, Hagna uxor, Iuditha fratris coniunx, Reginoburgii conveniunt atque in gratiam cum Chunrado episcopo, monachis, sacerdotibus, mystis rediguntur ea lege, ut sacerdotes, monachi, a quibus huiuscemodi tributi genus exactum sit, rivales in partem empticiae ditionis recipiantur, atqui istoc privilegio uti noluerit, nihil contribuat. praeterea principi Boiariae nequaquam fas esse adversus ecclesiasticam libertatem sacerdotes, monachos illiusmodi inaudito genere vectigalis onerare decretum Otoque cum gentilibus, inducto priore, diplomate novo tribui sacerdotum satisdedit. arbitri, qui has foederis leges tulerè, fuerunt Fridericus Druides, antistes Teurostadii proxime Babobergomum, et Honoricus Circobergensis, mysta Reginoburgensis, Albertus Hallusius, Honoricus Ariophilisso, Litavicus Granse, Fridericus Augius.

Porro nobiles et oppidanos, qui tum emerunt pecunia aliena tantum, ut ipsi aiunt, privilegium, recensere haud alienum fuerit, quos in tablino principum Monachii reperi. eos Augustinus Colonus Neostadensis a secretis principum nostrorum mihi exhibuit. septuaginta sunt secundae Boiariae gentes:

Albertus, Adoloramus, Ioannes Hallusii; Honoricus Artobergensis; Veronardus et Hyldericus tercius Abusini; Arionulphus Maessenusius a Taesia; Arionulphus Maessenusius, magister equitum perpetuus Boiariae; Hyldericus Leofinis; Fridericus et Segifridus Taringii; itidem

7 *hier* coniunx, *oben (S. 387, 35)* coniux *A u. B* 22 principum nostrorum *in B von Aventin nachgetragen, fehlt A* 24 *In B sind zum flgd. Verzeichnisse von einer Hand des 16. Jahrhunderts die meisten Namen in deutscher Sprache übergeschrieben* 26 Arionulphus *in A corrigirt aus* Arionoldus.

3 — Augius *vgl. die Urkunde vom 11. August 1312, u. a. bei Fischer, Kleine Schriften, I, 285* 21 *Die Namen zeigen, dass das flgd. Verzeichniss um einige Jahrzehnte jünger ist als die Ottonische Handfeste und der Liste des Bundesbriefes von 1347 (bei v. Lerchenfeld, Freibriefe, Einleitung, S. CXCI) am nächsten steht (vgl. Riezler, Gesch. Baierns, II, 514, Anm. 3). Die Abweichungen von diesem sind sogar so gering und als Umstellungen und Zusätze A.'s so leicht erklärlich, dass die schon von v. Krenner (Anleitung zu dem näheren Kenntnisse der baier. Landtage, S. 14) ausgesprochene Auffassung sicher begründet ist, wonach A.'s Vorlage geradezu keine andere war als dieser Bundesbrief. Das Verzeichniss der Städte u. Flecken (s. flgd. Seite) erhebt diese Annahme zur Sicherheit* 21 *Augustin Köllner v. Neustadt a. d. Donau, Archivar u. geheimer Secretär unter den Herzogen Albrecht IV. u Wilhelm IV.*

discophorus Boiariae; Hartovicus et Eburovinus Dagobergenses; Fridericus Augius Brennobergensis; Veronitus Augius; Eccolphus Varitus; Fridericus Achodoryphus; Albertus et Hartopertus Clusini; Petrus Iccius, praeses Strubiorum; Albertus Studachus, praeses pagi Boiorum propter Rhodanum amnem; Ioannes Frunobergius a Brunna; Segifridus et Thomas Frunobergii a Frunobergio; Segifridus et Ioannes Frunobergii abs Hagio; Ioannes Frunovius; Fridericus Brittoniccius; Hyldericus Romanobergensis; Albertus Schonostonus; Fridericus et Albertus Mutonarii; Hartolivius, Chunradus et Albertus Bochobergii; Hartovicus Ahaemus; Chunradus, Protovitus, Urus Satellobogi; Theodericus, filius eius Veronaero, Schencones ab Anozenichio; Hartonidus Taechingius; Litavicus, Honoricus, Hortalus Gransones; Suitogerion Fusculo; Chunradus Bisentius; Honoricus et Otones duo Litopagi; Honoricus Eburonus; Otoindus Tirazio; Chunradus Nusobergius; Eburovinus Volcostonus; Albertus Haedunensis; Haeportus et Chunradus Tonerostoni; Hyldebrandus, Chunradus, Theodericus Runotingii; Fridericus Bichesarius; Chunradus Chalybulo; Protovitus ab Aegio; Stephanus Turolingius; Eburonardus Hochovaritus; Albertus Haeopagus; Stephanus Hochoritus; Rogerion Gutolingius; Oto Rhaenus; Rudolphus et Eburonardus Frameobergenses; Eburovinus Lizoritus; Honoricus et Ortolivius Hornobergii; Eburovinus Phratho; Hyldericus Lampo; Heriomanus Phrigiodoryphus; Honoricus Legiovelta; Hyldericus Varista; Calolochus Vinozerus; Agilulphus Cholopagus; Honoricus ab Otomaria; Chunradus Danusius; Beritholdus Neobergensis; Eburonardus Argilopagus; Christianus et Beritholdus Paphii; Veronaero Segibothodoryphus; Veronardus Segivaldaedoryphus; Bericho Aenodoryphus; Carolus et Richogerion Charagyli; Rugerion Morolotingius; Fridericus Hagius; Chunradus Segifridodoryphus; Ioannes et Hyldericus Bergii; Beritholdus Almochamus; Honoricus Iccius a Maessia; Honoricus Murozachius; Chunradus Sulsobergius.

Undeviginti quoque urbes atque oppida ab hisce nobilibus in societatem ascita sunt: Landesuta, Strubii, Chamabi, Digulofinis, Landunum, Tectodoryphi, Chelami, Vilissovia, Ariodunum, Utinum, Burgusium, Brundunum, Richalii, Tranostoni, Moseburgium, Doryphi, Piburgium, Parochocircus, Otonisveltae.

15 Haepertus *B* 19 Hocharitus *A* 27 Charogyli *B* 32 asciti *A u. B* 34 Tronostoni *B*

29 Veronardus Segivaldaedoryphus *fehlt im Bundesbriefe von 1347 und ist oben wohl nur dadurch hineingekommen, dass Aventin den vorhergehenden Namen irrig wiederholte* 31 *Auch die flgd. Namen sind aus dem Bundesbriefe v. 1347, a. a. O. S. CXCII. Hier ist die Uebereinstimmung vollständig* 35 *Dem* Otonisveltae *ent-*

Dum autem haec in secunda Boiaria fiunt, Honoricus septimus, perlustrata subiectaque circumquaque Italia, Romam proficiscitur, Rupertum et Ioannem fratres, reges Campaniae, Ursinos bis secum congredi ausos bis profligavit. Rudolpho Boio, Litavico Utinensi, quorum virtus iis praeliis enituit, palmam tribuit. deinde a Nicolao Hostiensi, Arionulpho Sabonensi episcopo, Frischone diacono, flaminibus romanis, quos eo Clemens 5. pontifex maximus miserat, consecratur susceptoque cognomine augusti, rogantibus superioribus sacerdotibus, non solum indignum maiestate augustali, verum etiam contra maiorum morem libertatemque religionis christianae esse, principem principum orbisque terrarum dominum servo servorum sacramentum dicere existimavit. unde Clemens odio incensus, ad Campaniae Apuliaeque principes, hosteis augusti deficit, Rupertum adversus caesarem concitat. augustus saepius ab hisce venenis appetitus, Rupertum crimine laesae maiestatis ex consilii decreto condemnat Romaque in Tusciam migrat.

In Boiaria eodem anno, qui est christianae aerae millesimus trecentesimus duodecimus, Oto, rex Ungariae et Boiariae secundae rector, quinto idus Septembris Landesutae fato concedit. vixit annos unum et quinquaginta. Honoricum Naterobergensem, ab arce, ubi educatus est, ita cognominatum, quem ex Hagna tulit, tredecim dumtaxat dies nactum, nepotes ex fratre, Honoricum octavum, Otonem quintum agentem annum reliquit. cumque sibi finem vitae adesse animadverteret, accitis ad se civibus Strubinis atque Landesutinis, Litavicum, superioris Boiariae praesidem, qui post imperavit, tutorem nuncupat, cives, ne quemquam alium recipiant, sibi fidem dare iubet; postea vita defungitur.

Strubini atque Landesutenses Litavico mandata Otonis aperiunt eumque ad accipienda oppida invitant. verum Albertus et Adaloramus fratres Hallusii, Eburovinus Dagobergensis, tum Boiariae praeses, Hartolivius Bochobergensis, Calolochus Vinozerus, Albertus Schonostonus, plaerique omnes secundae Boiariae equites, quos supra enu-

2 que *nach* subiecta *fehlt B* 14 lesae *A* 21 nactum *sic A u. B spricht im Drucke des Bundesbriefes* Ettenfelden. *Der Copist des Neuburger Copialbuches, woraus die Urkunde gedruckt ist, und Aventin dürften jedoch hier denselben Lesefehler gemacht haben; st.* Ettenfelden *ist wohl zu lesen* Eccenfelden *(Markt Eggenfelden an der Rott)* 1 — existimavit *vgl. Joh. Victor. IV, 7, p. 373, 374* 4 — tribuit *vgl. die erste bair. Fortsetz. d. sächs. Weltchronik a. a. O.* 6 Flisco *Johann. Victor. l. c.* 12 — migrat *vgl. l. c. IV, 8, p. 375, 376* 16 — tulit *vgl. Annal. Osterhov. zu 1312, p. 557* 19 — nactum *vgl. Chronicon de ducibus Bavariae, Boehmer, Font. I, 139; Arnpeck 283* 19 *Natternberg unweit der Mündung der Isar* 21 — cohortantur *vgl. Chronic. de ducibus Bavar. l. c.; Arnpeck 283, 284.*

meravi, Honoricum, Fridericum, Litovaldam, Otonem sponsum Elissae, sororis Honorici atque Otonis infantum, fratres, orientalis Boiariae Noricorumque regulos, ut tutelam impuberum accipiant, cohortantur adscitasque ab eis auxiliares copias, quibus Hyldericus Valdoseus, eius gener Hyldericus Phanobergensis atque Hunnobergensis dynasta praeerant, in castellis suis recipiunt ibique conlocant. latrociniis infestam Boiariam reddunt, cives, praesules, qui adversabantur et Litavicum recipere conabantur, tutelam austriacam recusabant, spoliant, illorum praedia occupant, colonos adterunt; nemini ultro citro conmeare licuit.

Cap. 15. Inter haec in Italia imperator Honoricus septimus caesar augustus duodevicesimo calendas Septembris celeberrimo christianorum die festo, in sacra aede a Veronardo Dominicano (qui auro male ab inimicis caesaris conciliatus fuerat) caelesti victima toxico oblita atque polline adamantina (quam praesens venenum esse aiunt) sacrae optimi principis potioni indito novo et inaudito exemplo extinguitur. ita non solum in fastos, annaleis, acta relatum est, sed et epigramma in eiusdem ceremoniae consecraneos extat et antiquis more maiorum celebratum est carminibus, quamvis romani flamines, aegritudine animi, quod homo vindictae avidus de hostibus, ut vellet, supplicium summere non posset, animam ipsam efflasse credi sibi postulent. in paucis quoque post diebus Quintus e medio tollitur. hunc adversarium fuisse mendicanti religioni referunt Herimanus et Vilelmius Ocomensis Franciscani hominemque ambitus, libidinis extremae, avariciae nota inurunt, cuncta tum vicia, crimina, scelera, flagitia, quae hactenus sub virtutis specie pietatisque nomine romanam ecclesiam incesserant, impudentissime aperteque invaluisse commemorant. pauperatem christianam opprobrium maximum, vicia virtutes, perfidiam iusticiam, fidem astutiam, simplicitatem impietatem, religionem stulticiam censeri, omnia denique Romae venalia esse conqueruntur.

Sub idem tempus mortui sunt Godofridus Fruxinensis, Veronardus Bathavensis, Chunradus Reginoburgensis pontifex et Chunradus, archimysta Boiorum. huic Vichardus Polaemus, eiusdem fani decurio, illi

15 indito *sic A u. B*

4 — praeerant *vgl. Joh. Vict. IV, 9, p. 378* 7 — licuit *vgl. Arnpeck 284* 10 — extinguitur *vgl. Joh. Victor. IV, 8, p. 376* 16 *U. a. Joh. Victor. l. c.; Martinus Minorita (bei Eccard, Corp. hist. I, 1637); Annal. Matsccns., p. 824* 17 *S. die Verse bei Frcher, Script. I, 647* 21 — inurunt *vgl. Martin. Minorita, Eccard, Corp. hist. I, 1633* 30 God. Frux.: *nach Arnpeck, De gest. cp̄ Fris. 521 (1315)?* 30 Veronardus — suffectus est *vgl. Annal. Osterhov. zu 1312, 1313, p. 557, 558.*

BSB

Nicolaus, regis Boiemiae magister epistolarum, suffectus est. Litavicus quoque, primae Vindeliciae procurator flagitantibus civibus inferioris Boiariae Monachii copias cogit atque cum Beritholdo Nypheo, Beritholdo Gryphopago, Vichonando Thrasonito, Honorico et Vilelmio merosalicis a Fibropago, viris bellicae disciplinae peritissimis, Moseburgium petit, inde Landesutam contendere in animo habet. reguli Hallusii, Boii et Austriaci, quos enumeravi, et ipsi correptis armis adversus Litavicum infesto intentoque exercitu obviam procedunt, Litavicum a Boiaria secunda arcere connituntur, quinque millibus passuum a Moseburgio, in pago Hallarodunensi in confinio utriusque Vindeliciae, Gamaldodoryphi castra locant. quod ubi Litavicus per exploratores cognovit, eo arma movet, toto die a prima luce ad vesperam castra oppugnat et tandem irrupit, hostes in fugam vertit. qui Volcomanodoryphos versus, ubi Ambro Isarae miscetur et pons traiectusque esse solent, fugam intendunt. dum flumen transsire conantur, ad pontem se constipant; pons multitudinem subeuntium ferre non valens corruit; multi mortaleis in Ambronis fluentis intereunt. caeteri proceres Boiorum per nota latibula sylvarum, quae ibi crebrae sunt, elabuntur. Austriaci, quibus ignota terra erat, quadringenti quadragintaque capti sunt, caeteri, pars occisi, pars submersi sunt. effodiuntur quotidie aduc ibidem arma, enses, calcaria ab agricolis, certa huiusce conflictus monumenta. parentum memoria cataphrattus ferrea omnino specie in patula fago, caetera praeter ossa solutus, repertus est. posthaec victor Litavicus inferiorem Boiariam nemine prohibente in fidem titulo tutoris accepit haecque pugna depugnata est quarto idus Novembris anno christianae libertatis millesimo trecentesimo super tercium decimum. extant numeri de hoc conflictu.

Fridericus Austriae regulus, quod summam rerum ambiret et ut captivos redimeret, primus de pace mentionem facit, ad Litavicum, amitinum suum, mittit legatos, qui ab eo postularent, ut aliquem locum medium utriusque conloquio deligeret; velle se de republica et summis utriusque rebus cum eo agere. annuit postulatis Litavicus, captivos dimittit amboque principes Iuvaviae conveniunt ibique foedus ictum est. interregnum tum in regno ecclesiae annos duos, menses sex, in imperio

15 solet *B* 22 cataphrattus *sic A u. B* 27 *Am Rande in A:* 1313. Osthofen, Nicolai, Braunaw tutorem se patruorum H., O. et H. vocat.

3 — submersi sunt *Quellen? ausser Arnpeck 285 etwa auch die Fürstenfelder Annalen? (vgl. Mayr, 116) und ein Volkslied? (vgl. unten, S. 392, Z. 21)* 10 *In der Holletau, bei Gammelsdorf* 25 *Vielmehr 9. November* 27 *Bisher nicht bekannt geworden* 28 — ictum est *vgl. Joh. Vict. IV, 9, p. 379* 30 mittit— agere *Caes. b. Gall. I, 34* 34 — sex *vgl. Martin. Minorita l. c.*

menses quatuordecim fuit. principes Germaniae veluti flamines romani in locatione novorum honorum inmoderatius licebantur, venale imperium differebant, ut huic, qui pluris liceret, addicerent. pars comitum Germanorumque, qui apud imperatorem in Italia stipendia fecerant, cum Valdovino, fratre augusti, in Germaniam reversi sunt, pars in Italia adventum novi principis praestolantur, adversus hosteis continenter pugnant. signum referunt caput Chunradi quondam innocenter ibidem (ut ait aedituus) caesi.

Fridericus quoque Austriacus, filius Alberti caesaris, cui imperium vulgus destinabat, flagitantibus Longobardis Hyldericum Valdoseum, Stiriae praesidem, cum Hylderico Phanobergensi, genero suo, et Hylderico, filio illius, cum exercitu in Italiam mittit, Patavii praesidia conlocat. Rudolpho praefecto palatino Rheni, duci Boiorum, fratri Litavici, ingentia dona largitur; Honorici Berenoburgii archimystae Agrippinensis, neptem ex fratre Ruperto Honorico, fratri suo, dat in matrimonium. ita caute ab hisce suffragia cauponatur. Elissam quoque Arragonam uxorem ducit; Catharinam sororem filio Ruperti, regis Campaniae, Calabriae principi, nuptum locat. cum Honorico Tyrolio, avunculo suo, duce Charionum, qui titulotenus regno Boiemiae atque Bolaniae potiebatur, foedus init. Carolus Ugrorum rex amitinus eius erat horumque dynastarum, regum, principum maximorum Europae, amicicia, adfinitate, cognatione fretus ad summum rerum humanarum fastigium aspirabat. donativa largissime ubique per Germaniam equitibus, militibus distribuebat, auro, quae maxime ad humanum ingenium praeces efficaces sunt, eos, quos idoneos rebatur, munerabatur hacque disciplina ad rerum summam adfectabat viam.

Cum itaque anno christianismi millesimo trecentesimo quartodecimo in Octobri comitia caesarea Francophori haberentur, plenus spei eo cum exercitu, comitibus Honorico Charionum Tyroliique regulo, Honorico Goricio, Maenardo Ortobergensi properat. exclusus urbe, trans Moenum in altera ripa castra locat. Petrus autem Mogontinus,

4 *Am Rande in A:* episcopo Treverorum 20 poticbantur *B* 30 Ortoburgensi *A*

3 — caesi *vgl. Joh. Victor. IV, 8, p. 377, 378* 8 *Hermanus aedituus, Fortsetzer des Martinus Minorita. In der Ausgabe des Martinus Minorita bei Eccard (vgl. col. 1626) steht diess nicht, auch im Cod. lat. Mon. 18776 kann ich es nicht finden, wohl aber bei Joh. Victor. l. c. 378. A. dürfte hier seine Quellen verwechselt haben* 9 — conlocat *vgl. Joh. Victor. IV, 10, p. 381, 382* 8 — cauponatur *vgl. l. c., p. 380* 11 — ducit *vgl. Joh. Victor. IV, 9, p. 380* 12 — viam *vgl. l. c. IV, 10, p. 380, 381* 29 — Goricio *vgl. Joh. Victor. V, 1, p. 383;* — inaugurant *ferner Annal. Eistett. p. 512.*

Valdovinus Treverorum archimystes, Ioannes rex Boiemiae, Ioannes Saxonum procurator, Valdomarus Brandeburgiorum rector, Fridericum ob inmodicam largitionem ambitus incusant, adfinitatem cum Ruperto, hoste reipublicae, ab imperatore Honorico caesare augusto proscripto, contra divi augusti decretum initam vicio vertunt, denique eius foedus cum Honorico Tyrolio, qui se regem Boiemiae Bolaniaeque nuncupabat, suspectum habentes, Litavicum, primae Boiariae ducem, ob literarum peritiam, fortunam rerum bellicarum, propter animi atque corporis egregias dotes, quibus tum caeteris Germaniae principibus praestabat, accersunt moxque in urbem admittunt receptumque pietatis atque virtutis ergo, refragantibus Honorico Agrippinensi pontifice et Rudolpho, germano Litavici, caesarem declarant quintodecimo calendas Novembris, deinde Aquas Graneas deducunt, ibi eum cum uxore Beatrice ex Bolaniae regulis oriunda more maiorum in solio Caroli Magni conlocant, ritu solenni inaugurant.

Volcomarus tum obiit, Furstoveltarum antistes, qui Litavico 2., Rudolpho et Litavico quinto et Mathyldae, principibus nostris, a consiliis fuit annalesque Boiorum (qui autographi extant) ab inruptione eorum in provincias romanas, hoc est ab anno Christi 508 ad annum 1314, quo obiit, deduxit, sua memoria res gestas, quibus etiam interfuit, accurate perscripsit. eodem anno Elissa regina, uxor Alberti caesaris, mater Friderici decessit.

Sed de Litavici moribus pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi imperium eius faciam. imperator Litavicus quartus, caesar augustus, patre Litavico, praefecto praetorio Rheni, duce Boiorum, matre Maethylda, filia Rudolphi caesaris, nobilissimo Schirorum et antiquissimo genere natus, septem annos nactus, patrem amisit, sub tutela matris diligentissimae educatus Viennae in Austria cum amitinis filiis Alberti caesaris literis institutus est adeoque profecit, ut omneis suae tempestatis principes magna vi et animi et corporis, ingenio optimo superasse tradatur, impudentissimo mendacio

22 *Am Rande in A:* finis 7.; exorditur ultimus *[vielleicht hatte A. einmal die Absicht auch in den Annales den Stoff in 8 Bücher zu theilen und hier einen Abschnitt zu machen; in der Chronik beginnt das 8. Buch mit Ludwigs Königswahl; vielleicht bezieht sich die Bemerkung nur auf die Eintheilung in der Chronik]* 24 *Ebendort:* 5. rex ac 5. dux 28 diligentissimae *sic A u. B*

11 — Litavici *vgl. Chron. de gest. princip. p. 48* 13 — inaugurant *vgl. Joh. Vict. l. c.* 16 perscripsit *vgl. oben Bd. II, S. 327, Z. 23* 23 — faciam *Sall. Cat. 4, 5* 27 septem — educatus *wohl nach den Fürstenfelder Annalen; vgl. Notae Fuerstenfeld., M. G. Script. XXIV, 75* 28 Viennae — tradatur *Quelle?* 31 — ignorasse *vgl. die baier. Fortsetzung d. sächs. Weltchronik in A.'s Adversarien*

chronicariorum, qui illum romanas literas ignorasse, sicut alia plaeraque vana falsaque conminiscuntur. doctissimos quosque Italos, Germanos, Anglios, theologos, iureperitos eius consultores fuisse reperio; fugitans tamen impatiensque laborum ociique plus aequo appetentior fuisse narratur a rerumque scriptoribus negligentia eius in instituendis educandisque filiis notatur. monachi, virgines sanctae christianissimum, pientissimum et, supra quam cuiquam credibile est, modestum praedicant coeloque locant, id miraclis et visis divinitus editis confirmant. eius cultellos, mappas, caeteram huiuscemodi supellectilem ut sacra venerantur, servant, monstrant. pictus est Undenodoryphi in porticu, cultu privato egenos et nudos manibus suis vestiens. non admodum locuples fuit, superiorem dumtaxat Boiariam, cuius primariae urbes sunt Bathavoburgium, Monachium, Angilostadium, possedit. publicam instrumentorum (quae in bibliothecis Boiariae extant) sequor fidem, fabulas imperitorum missas facio. id, unde diverti, exequar.

Caesar declaratus ab Aquis Graneis Agrippinam petit, ibi cultu caesareo clientibus romani imperii beneficia conlocat. at Fridericus interea cum Moenardo Goricio, Honorico episcopo atque Rudolpho Boio, viginti dumtaxat comitibus, Bonnam irrepit; ibi contra decus imperii in templo divi Cassii caesar salutatur. eius exercitus atque duces, Honoricus Charionum, itidem Honoricus Goriciae regulus desertis castris atque papilionibus, metu perculsi, cum urbibus ubique excluderentur, foede dilabuntur, palabundi atque fugitantium in morem domum proreptant, famem rapis, quae nondum conlectae erant, solantur, sub dio et in agris, ubi nox eos compraehendit, pernoctant. Fridericus quoque in Austriam clam se confert. soli Noricorum tetrarchae, Charini, Tyrolii, sanguine iuncti, Iuvavenses atque Bathavenses rebus eius studebant. caeteri omnes, praeter quos haereditatis titulo possidebat, cives, dynastae, principes, reguli, pontifices, antistites, Suevi praeter Ulmam, Franci, Rhenani, Boiemi, Saxones Litavicum recipiunt.

Qui ex Agrippinensi Colonia arma in Rudolphum fratrem (unde paternam originem trahunt omnes rhenani principes, quos palatinos Rheni et duces Boiorum vocitant) movet, eundem ex Germania Gallia-

(besprochen im Nachwort); Chron. de ducibus Bav. (Boehmer, Font. I, 142); Andreas Ratisbon. (deutsch 434); Vitus Ebersperg., Oefele, Scr. II, c. 718 6 notatur *wohl nach Annal. Eistettens. (Heinric. Rebdorf.; Bochmer, Font. IV, 513)* 10 *Besonders wohl in Ettal, Ludwigs Stiftung. — In Indersdorf. Das Gemälde scheint nicht erhalten zu sein* 16 — salutatur *vgl. Joh. Victor. V, 1, p. 383, 384* 18 Rudolpho *kaum richtig; vgl. Böhmer, Witt. Reg., Rud. zu 1314, Nov. 15* 19 vix cum 30 viris *Chron. de gest. princip. p. 50* 20 — pernoctant *vgl. Johann. Victor. l. c.* 31 — occupat *vgl. Joh. Victor. V, 2, p. 385, 386*

que in exilium ad Anglios agit, terras, urbes, castella eius occupat. uxor illius Maethylda, filia Athulphi caesaris, in Austriam ad Fridericum aufugit ibique in exilio deploratis rebus suis obiit. Litavicus in Boiariam se confert, Angilosfadii atque Landesutae, uti diplomata ostendunt, calendas undevicesimo Maii sextodecimoque Iulii conventus agit.

Litovalda, frater Friderici, bellum Suitonibus (qui excusso Austriacorum iugo ob rapacitatem atque vim et iniusticiam praetorum in libertatem se vendicarant) indixit et faucibus alpium temere se committens, amissis plaerisque nobilibus, inter quos quatuor Tocoburgii, optimo quoque ac maxime manibus prompto caeso, ipse per calles sylvestres duce regionis perito aegre evasit. Fridericus, eius frater, Carolo regi Ugrorum, ut sibi auxilio adversus Litavicum foret, Scythiam atque Pisonium urbes, quibus Andreas rex eius gentis ab Alberto, patre Friderici, filiam in matrimonium emerat, reddit conlectoque exercitu per Charionum Tyroliorumque fines in Sueviam arma transfert, cum Circobergensi regulo Essolingonas, partium Litavici urbem, obsidet, suburbanas aedes occupat, ibi castra locat, Nigrum derivare ab alveo suo connititur, verum sagittis, iaculis, tormentis a civibus submovetur, castra igitur ad aquilonis oram in montem transfert urbemque inde oppugnare non destitit.

Litavicus obsessis auxilio venit, in ripa adversa octo dies considet; quotidie tumultuaria leviaque praelia eduntur. Stephanus Gumppobergius, Boiariae inclytus eques, pernici equo praetergressus suos,

5 et calendas *A u. B* Iulii *sic A u. B* 13 *Am Rande in A, sehr flüchtig geschrieben:* Rupertum, Adolphum, Rudolphum nepotem *[vor* Rudolphum *ist* Ludovicum *durchstrichen]*, Adolphum *[sic]* adversus Saracenos cum regibus Hispaniae; vide collectanea Angsti.. *[Augsti...? Angilostadensia?]*; item Clemens quintus 14 urbes reddit *A u. B;* reddit *dann wiederholt.*

1 ad Anglios: *vgl. Andreas Ratisbon. (v. Freyberg, Sammlung, II, 433); Arnpeck 293; Riezler, Gesch. Baierns, II, 314* 2 — aufugit *und vielleicht, infolge Missverständnisses der Quelle auch —* obiit *nach Johann. Victor. V, 2, p. 386* 5 *Ludwig urkundet am 11. April 1315 in Ingolstadt (Böhmer Nr. 83), befand sich aber am 16. Juni 1315 nicht in Landshut, sondern in Regensburg; wenigstens urkundete er am letzteren Orte am 14. und 21. Juni (Böhmer Nr. 117 flgd.); dagegen zeigen die Urkunden (Böhmer Nr. 100—105) Ludwig vom 13.—17. Mai in Landshut;* Iulii *ist also ein Irrthum oder Schreibverstoss A.'s und in* Iunii *zu berichtigen* 7 — evasit *vgl. Johann. Victor. V, 2, p. 386, 387* 12 — reddit *vgl. l. c. p. 386* 14 Scuttam et Bosonium *l. c.;* quibus — emerat *l. c. p. 332* 15 — destitit *vgl. Joh. Victor. V, 3* 17 cum Circob. reg.: *Quelle?* 23 — sistit *vgl. Annal. Eistettens. p. 527 (die den Vorfall in die Gegend von Ulm verlegen) oder deren Vorlage. Mart. Mayr 117, 118 ist hienach zu berichtigen.*

BSB

Honoricum Suincoristum, a quo prior vulneratus erat, equo occiso, capit, ne ab amicis occideretur, eundem equo suo imponit abireque fide redeundi accepta permittit. is ubi convaluit, cum equo sagittariis instrumentis, uti mos est Germanorum, vadimonium sistit. at copiae ducum tandem vesperi, praecipue qui aquatum utrimque ierant, in vado quodam forte amnis conveniunt et primum leviter, uti fit, velitantur, mox utroque exercitu opem suis ferente pugna gliscit. caesis mille atque septingentis equis, paucis mortalium (in quibus Circobergensis regulus partium Friderici fuit) interemptis, nonnullis captis, nox praelium diremit. victoria nulli cessit, utrimque postea sine Marte, cunctis bella civilia detestantibus, discessum est; cognato sanguine manus polluere formidabant.

Eodem tempore, nimirum anno Christi 1316, cum intervallum regni pontificalis duos annos, menses sex in ecclesia romana fuisset, Philippo sexto Celtarum rege connitente, Iacobus Baburcus rebus ecclesiasticis imponitur et Ioannes vicesimus secundus cognominatur isque Chunrado Guricensi episcopo ab Austriacis ad se misso, ut Litavico in ordinem redacto Friderici imperium ratum esse decerneret, petenti, Rudolphum atque Albertum avum, parentem Friderici collaudanti, item Fridericum, sobolem augustam, indolem eius atque mentem nutritam ac educatam, faustis penetralibus ortam, fortes fortibus atque bonis procreari, et in iumentis atque equis esse patrum virtutem nec imbellem columbam feris aquilis progenerari, multis conmemoranti, paucissimis respondet: Solomonem, omnium mortalium haud dubie sapientissimum, filium tamen stolidissimum genuisse. legatos deinde non admodum benigne auditos re non impetrata domos abire iubet.

Atque hunc Ioannem temere atque male de beatitudine atque felicitate humana sensisse reperio. nullam penitus animam mortalium, donec hi reviviscerent atque immortalitate donati post excidium demum orbis forent, caelestem in curiam recipi praedicavit. legi ego epistolam (quae extat) theologorum eiusdem tempestatis, maxime Parisiorum, qui illum haereseos nota inurunt atque, ut resipiscat, commonefaciunt. idem invitis mystis episcopos imposuit, sicuti Fruxinensibus Ioannem Brixinensem, deinde et Babobergensem episcopum. illi, ut synmystas

1 Swinckreist *l. c.* 4 — discessum est *vgl. Joh. Victor. V, 3* 9 *Der Graf v. Kirchberg. Quelle?* 13 — fuisset *vgl. Mart. Min. 1633* 15 Jac. de Cathurco (v. Cahors) *Annal. Eistett. 553 und ebenso Mart. Min.* 16 — iubet *vgl. Joh. Victor. V, 3, p. 389* 27 — praedicavit *vgl. Joh. Victor. V, 3, p. 388* 31 *Wohl das Gutachten der Pariser Facultät; Martène et Durand, Thes. I, 1383* 34 *Joh. Wulfing, nach einander Bischof von Brixen, Bamberg, Freising; vgl. Arnpeck, de gest. episcop. Fris. p. 522.*

placarent, parrochias ipsis tributarias fecere. hospitalitas tum aboleta est; quod in alimenta pauperum ante distributum, in ornamentum, cultum parietum atque pompam versum est. tum privata sacrificia, sacrificularios pontifices, sacrilegia, conpilationes, peculatus (ut tum autumabant) templorum, at, sicuti nunc vocant, incorporationes et absentias invaluisse reperio.

Hic etiam Alter et vicesimus omnium pontificum romanorum, qui unquam fuere, pecuniosissimus, paupertatem non solum a Christo servatore nostro eiusque comitibus et legatis, verum a philosophis quoque, poetis, oratoribus, historicis alienis a religione nostra collaudatam irrisit. Franciscanos in diem viventes, hostiatim victum mendicando quaerentes, suae opinioni adversanteis, ut qui Christum, eius nuncios nihil possedisse docebant, impietatis, pestiferi erroris condemnavit, ex civitate christiana exegit, fraterculos nuncupavit, plaerosque igne concremavit. sacratas foeminas, quas beginas nominamus, impietatis postulavit, nubere coegit. quosdam, qui in finibus Boiemiae atque Austriae supremam illam maiestatem senis, adolescentis columbae imagine (uti aduc fieri solet) pingebant, laesae religionis accersivit, anthropomorphitas esse renunciavit, quosdam ad ignem condemnavit. septimum iuris pontificii librum, quem Clemens quintus, decessor eius, conposuerat, sed quod multa, quae simplicitati christianae, libertati religionis imponerent, ibi continerentur, publicare supersederat atque animam agens aboleri iusserat, edidit, omnia, quae ibidem scripta erant, rata fore constituit; quae a Benedicto, qui Ioanni successit, rursus antiquata sunt. haec a Vilelmio Ocomensi accepi. Dominicani Ioannis rebus studebant, quamobrem is illis gratificaturus, divum Thomam albo superum inscribit, omnibus sacrarum literarum interpraetibus praefert. Franciscani ab eo devoti, principes adversus eundem concitabant.

Inter haec Fridericus Nemetum Augustam imperatorum et regum nostrorum manibus cineribusque sacram petit, proxime moenia urbis

1 aboleta *sic A u. B* 5 at *sic A u. B* 8 *Am Rande in A:* Patavinus: simplex usus rei abdicari nequit voto, alioqui fame, frigore periret, quod prohibitum evangelio. haeresis hunc usum non haberi posse absque dominio. usum antiqui non dominium habuere, ideo advocatum habuerunt sacerdotes *[vgl. Marsilius v. Padua, Defensor pacis, II, c. 12—14]* 12 quaerens *A u. B*

7 *Das flgd. wohl meist nach Schriften des unten citirten Occam* 14 fuere uno die plus quam centum conbusti Minores, una et eorum antistes *sagt die Chronik in A.'s Adversarien, I, 122* 15 — coegit *vgl. Mart. Minor. 1634 (cod. lat. Monac. 18776, f. 154)* 26 — inscribit *vgl. Joh. Victor. V, 3, p. 388* 30 — dilabuntur *vgl. Joh. Victor. V, 3, p. 389, 390.*

BSB

castra locat. Litavicus cum exercitu urbem propugnaturus, proxime castra hostium considet atque suis negligentius excubias agentibus, Austriacis de improviso maximo impetu irruentibus, in proximum Iudaeorum conditorium, quod muro conmunitum erat, caedit. deinde Fridericus arma Argentoratum, urbem Tribochorum, transfert. cives cum Litavico, episcopus cum Friderico sentiebat, eum adversus cives in auxilium evocarat. subsequitur Litavicus, ex adverso papilionis Friderici castra locat; Elisatium, qui eum sagitta interficere conabatur, securi percuti iubet dieque postea constituto ambo principes acies dimicaturi ordinant signaque canunt. mox caelesti munere universi cognato sanguine manus polluere abominantur atque ordinibus solutis dilabuntur.

Duces utrimque adfinitate amiciciam confimant. Ioannes, rex Boiemiae, sororem suam Mariam Honorico Tyrolio, quem Boiemia atque Bolania exegerat, despondet. verum puellae hae nuptiae cordi non fuere, se devotam Christo esse, bellum matrimonio indixisse tum causata, Carolo pulchro, regi occidentalis Franciae, in manum postea venit. Honoricus igitur Tyrolius Margaritam, filiam suam, Ioanni, filio regis Boiemiae, connubio iungit. Hyldericus Utinensis Litavico intimus Gutam, sororem Austriacorum, uxorem ducit. Oto, frater Gutae et Friderici, Elissam Boiam, filiam Stephani, sororem Honorici duodecimi atque Otonis inferioris Boiariae ducum, iam pridem sibi desponsam nuptiali thalamo sibi iungit. horum familiares ac aulici fuere Nithardus Fuxo et parochus Calobergensis, varia haud triviali iocandi, ludendi voluptate ac comitate inclyti, maxime rusticis ioculariter animi relaxandi causa imponendo insignes; eorum lusus et facetias aduc canimus.

Oto itaque ille ob adfinitatem cum Boiis initam, Albertus, quod aeger pedibus esset, bello abstinebant. horum fratres Fridericus atque Litovalda Italis opem eorum adversus Veliphos, hoc est hostes reipublicae atque sacrosancto imperio rebelles postulantibus Honoricum

15 Bolonia *B*

8 — iubet *vgl. Ann. Eistett. 514* 13 — iungit *vgl. Joh. Vict. V, 3, p. 390, 391* 24 *Neidhart Fuchs, angeblich am Hofe Herzog Otto des Fröhlichen von Oesterreich. Wackernagel bestreitet jedoch, dass ein solcher gelebt habe, und nimmt eine Verwechslung mit dem älteren Neidhart von Reuenthal an. Vgl. Koberstein-Bartsch, Grundriss*[5]*, I, 228, 322* 24 *Der Pfarrer vom Kalenberg ist der Titel eines Gedichtes, das der in Wien lebende Philipp Frankfurter am Schlusse des 14. Jahrhunderts verfasste und dessen Held, Weigand v. Dewin (Theben bei Wien), unter Herzog Otto dem Fröhlichen lebte. Vgl. Koberstein-Bartsch a. a. O. 321* 29 *Alberts Lähmung trat erst viel später ein.* — iubent *vgl. Joh. Victor. V, 3, p. 390, 391.*

fratrem, Honoricum Tyrolium, Chunradum Avostonum süppetias ferre iubent. ipsi nova adfinitate Boiorum, qui secundam Vindeliciam incolunt, freti, adversum Litavicum arma movent, Mylodoryphi, quod est municipium Saliburgensis episcopi, Oeno conterminum, in confinio utriusque Boiariae copias cogunt, in fines Litavici hostili animo progredi conantur. Litavicus accitis in societatem equitibus atque militibus secundae Boiariae, obviam pergit, castra Mylodoryphi locat, Austriacos a finibus suis arcere parat. ibi tum Segifrido Paphonusio, filio Veronardi, Ganzobergomum prope Angilostadium cum finitimis colonis tradit dumque dimicare cum hostibus, aleam belli tentare, ferro decernere meditatur, inferioris Boiariae proceres partim auro et pollicitis corrupti, partim metu et taedio civilium armorum, alii adfinitatem cum Austriacis excusantes, in fugam se nemine persequente, coniiciunt. Litavicus Monachium caedere cogitur. quod ubi Austriaci cernunt, fines Boiariae invadunt, ab Oeni ora usque Danubium atque Reginoburgium impune casas, villas comburunt. nullum quidem castellum oppidumve expugnant, incendiis cuncta nemine prohibente complent, templa monachorum expilant, mystarum conlegia diripiunt. in quibus duo fuere proxime patriam meam Bariones atque Rara. hanc iniuriam Fridericus (sicut tabulae ostendunt) moriturus, pecunia testamento legata postea conpensavit.

Caeterum idem, tum Reginoburgensibus portis clausis transsitum denegantibus, fines inferioris Boiariae intrat, Bathaviam versus, cuius episcopus Albertus, amita Friderici genitus, Austriacorum rebus studebat, contendit. secundae Vindeliciae incolae res suas Adalogeriopagum transferunt. quas cum duo bardi furto intercepissent, a caeteris consecraneis clam in vincula coniecti oculisque privati, mori coacti sunt caedisque authores nihilominus rei divinae, quod eis per homicidium non licebat, intersunt. tandem ubi id rescivere druides, missa Romam legatione a Berinogerione Tusculano, a piacularibus sacris Vicesimo

11 inferiores *B*

1 Ch. de Awenstein *l. c.* 3 — diripiunt *vgl. Joh. Victor. V, 3, p. 392; Contin. canonic. st. Rudb. Sal. 822; Chron. de gestis princ. p. 54—56* 8 — tradit *vgl. die Urkunde K. Ludwigs, gegeben 1319 in den Gezelten zu Mühldorf; Hund, Bayrisch Stammenbuch, II, 218 (fehlt in Böhmers Regesten)* 9 Seyfrid v. Pfeffenhausen; Genspach *a. a. O.* 19 *Die Klöster Päring und Rohr* 20 tabulae: *wie es scheint, noch nicht veröffentlicht.* — conpensavit *eher nach besonderer urkundlicher Nachricht, auf die auch verwiesen wird, als nach der allgemeineren bei Joh. Victor. V, 8, p. 406* 22 — denegantibus *vgl. Arnpeck 321* 23 Bathaviam *Quelle? Das flgd. weist wieder (vgl. oben S. 375, Z. 5 flgd.) auf einen aus Aldersbach stammenden Bericht, der wohl in der Fortsetzung der Fürstenfelder Annalen niedergelegt war. Vgl. auch unten S. 401, Z. 9* 29 *Doch wohl nach Avignon, nicht nach Rom.*

secundo ritu solenni resolvuntur. Honoricus quoque atque Oto et Honoricus, secundae Boiariae rectores, Vilissoviae, distributo opere inter monasteria, moenia, fossam, vallum subito reficiunt, oppidum, quod ligneum receperant, lapideum reddunt. inter haec Litavicus recuperatis viribus Austriacos insequitur. verum praeda onustis domum properantibus Bathaviamque caedentibus pugnandi copiam Litavico tum dare non fuit consilium. posteaquam Austriam adtigere, merces negociatorum Reginoburgensium, qui Viennae et aliis oppidis rerum venalium tabernas aperire solebant, item Adalogeriopagi, caeterorum Boiariae mystarum atque monachorum vina, quae veterum principum Boiorum beneficio in Austria possident, diripiunt.

Iisdem diebus Volcomarus Brandoburgensis regulus absque liberis decedit et Rudolphus, frater Litavici, in exilio obiit. Litavicus Brandoburgii ducatum filio cognomini maiori natu in fidem atque tutelam committit, eidem filiam regis Cimbrorum connubio iungit auditaque morte fratris sui filios eius, nepotes suos Rupertum, Athulphum, Rudolphum in Boiaria Voliphorathusii natos accersit, eisdem gratiam facit et decreta omnium rerum, quae parens illorum conmiserat, oblivione, palatium Rheni, quasdam urbeis Nariscorum atque Boiariae, quae est in Francia, reddit. de comiciis caesareis id cavit, ut proles sua atque fratris illis vicissim interessent, atque primas quidem Rudolphi, quippe maioris natu, secundas soboli suae tribuit. atque hoc pactum quamobrem nunc antiquatum sit atque pro obsoleto irritoque habeatur, nisi ignaviam nostram accusare velim, haud scio.

Reginoburgii per idem tempus tumultuatum est. monachi cum episcopo primo, deinde mystae etiam cum civibus decertarunt. mortuo Honorico Vinozerone, divi Haemerani praesule, Nicolaus, urbis pontifex, monachis patrem atque magistrum iure suo imponere conatur, manibus, pedibus recusanteis urbe pellit. ipsi Abudiacum atque Abu-

23 *Am Rande in A später von A. nachgetragen:* factum postea.

1 — reddunt *wohl gefolgert aus der Urk. der drei Herzoge für Kl. Aldersbach v. 1320, M. B. V, 417* 4 — diripiunt *Quelle? Ludwigs Itinerar lässt immerhin Raum für eine solche Verfolgung* 12 — decedit *vgl. Arnpeck 320* 13 — obiit *nach dem Fürstenfelder Necrolog, M. B. IX, 339? Rudolf starb 13. August 1319* 16 nepotes — natos *wohl nach den Fürstenfelder Annalen; Compil. chronol. zu 1300, p. 340, die aus dieser Quelle geschöpft zu haben scheint, nennt Wolfratshausen als den Geburtsort Ruperts* 17 — reddit *wohl missverständlich, weil zu früh angesetzt, nach Arnpeck 293* 20 — tribuit *nach Andreas Ratisbon. chron. Bavar. (ed. Schilter p. 34), wo jedoch richtig bemerkt wird, dass dieses Abkommen erst im Vertrage von Pavia vom 4. August 1329 getroffen wurde* 25 — migrant *vgl. Andreas Ratisbon., chronic. episcop. Reginoburg. bei Oefele, Script. I, 37.*

BSB

sinam petunt, ad Veronardum atque Hyldericum tercium, patriae meae regulos atque propugnatores templi sui, confugiunt, ibi Valdovinum praesulem salutant. is comite Alberto Schmidomylo Avinionem proficiscitur, inmunitatem ab Vicesimo secundo impetrat atque emit ibique ex hac vita migrat. cui Albertus a pontifice maximo sufficitur. consuetudo tum erat Reginoburgii (sicut aduc Viennae in Norico est) panifices, qui contra legem panes coquendi aut ponderandi deliquerant, in aquam, lacunam volutabrumve aliquod de ponte deiicere. huiuscemodi cum contumelia castigatus, civem, qui se prodeuntem denuo in coenum obtruserat, impraesentiarum quidem dissimulata ira, verum postea sacerdoti ad aegrotum cum sacra hostia properanti genua ponentem, nil mali suspicantem obtruncat caedeque perpetrata in praetorium pontificale elabitur. fit tumultus, cives indignitate facinoris conmoti, arma corripiunt, in aedes episcopi vi irrumpunt, ex penetralibus homicidam corripiunt moxque indicta causa securi percutiunt. Nicolaus episcopus ecclesiasticam libertatem violatam vociferatur, urbe excedit nec posthac unquam, quod cives se iure id fecisse dictitarent, proinde satisfacere recusarent, rediit, exul Aldaechii, quod superius vocant, obiit ibique eius sepulchrum ostenditur. monachi ex Abusina patria mea rursus Reginoburgium migrant atque libertatem a pontifice maximo datam acriter huc usque tutantur.

Eadem tempestate inferioris Boiariae duces Honoricus tercius decimus atque Oto sextus, qui pubertatem nacti, ex ephoebis excesserant (alter duodevicesimum, hic quintum decimum agebat annum) cum Honorico quartodecimo patruele suo, octo annos, menses quinque, dies tris nato, Strubii quinto calendas Februarii coeunt; Tercius decimus Margaritam, filiam Ioannis regis Boiemiae, Sextus Richardam Iuliacensem uxorem ducit; Beatricem, sororem suam, Honorico regulo Goriciae nuptum dant; Elissam antea, ut dixi, maritarant. atque ut aes alienum dissolverent seque atque sorores dotarent et splendidissime instruerent, suasu equitum inferioris Boiariae colonos et clientes nobilium, civium, monachorum, sacerdotum censu ungulario, quem nobilitas vi exercuit, extra ordinem onerant. equum atque taurum vehicularium viginti, bovem quindecim, pecudes, ovem, capram, suem

30 *Am Rande in A zu* aes alienum: quod pater eorum Oto, rex Ungariae, contraxerat, dum se ex captivitate redimeret.

3 *Zum flgd. vgl. auch Andr. Ratisbon. chron. gen. bei Eccard, Corp. hist. I, 2095, 2096. A. eigenthümlich ist nur der Name:* Schmidomylo 26 *Vgl. die unten erwähnte Urkunde v. 28. Januar 1322* 29 — potestatem *vgl. den Freiheitsbrief v. 28. Januar 1322; v. Lerchenfeld, Freibriefe, S. 9* 29 *vgl. oben S. 399, Z. 21.*

quatuor sestertiis censent. acta parentis et Otonis regis atque privilegium ab hoc datum, quod hactenus irritum, vanum, necdum usu captum fuerat, comprobant. novo deinde diplomate authores fiunt dantque (nisi universa, quae illo pacto conpraehenduntur, observentur) civibus, nobilibus, sacerdotibus adversus se conspirandi potestatem.

Caeterum episcopi Boiariae secundae, Fridericus archimystes Saliburgensis, Nicolaus Reginoburgensis, Albertus Bathavensis, Hyldericus Chiminus, Fruxinenses mystae, qui tum pontifice orbati erant, intercedunt, libertatem ecclesiasticam pollutam vociferantur, nobilitati, ducibus Boiariae inferioris sacris interdicunt, ne rem divinam sacrificuli, monachi publice, privatim faciant, edicto publico decernunt. quamobrem Litavicus utrisque diem Reginoburgium quinquagenalibus dicit. ibi Boii, principes Honorici atque Oto, huiuscemodi manubiarum genus perpetuo abiurant; diplomate, quod extat, ne id a posteris tentetur, satisdant. Litavicus quoque caesar iure suo conprobat. deinde illi a diris solvuntur hancque expiationem Ioannes pontifex maximus per praesules Raethasulae, Sei atque Victoriaci mandatarios ea lege confirmat, ut universi equestris ordinis Boii sacramentum dicant, se nunquam ullo pacto huiuscemodi ausuros, fidem dent.

Hisce confectis Litavicus cum patruelibus suis Landesutam Iulio mense petit, inde Augustum Monachii exegit. dum haec in Vindelicia fiunt, Fridericus atque Litovalda ferro decernere, finem bello facere, Litavicum a tergo, a fronte urgere, circumvenire, vincere aut succumbere constituunt, bellum quam maximo possunt apparatu instruunt. Litovalda dissimulato consilio cum paucis per fines Iuvavensium Tyroliorumque ad principatus ab avo patreque relictos, quos in Rhetia, Suevia, Rheno contermina Gallia celtica possidebat, penetrat, ubi delectus agit, donativa distribuit, equites militesque legit. idem in orientis ora Fridericus factitat, Honoricum fratrem (Otone atque Alberto, uti retuli, civilia arma, quod amitini Litavico essent, abhorrentibus) in parteis trahit. itidem Fridericum Libonizionem,

17 mandatorios *B*

6 — satisdant *vgl. die Urk. v. 21. Mai 1323; Quellen u. Erörterungen VI, 278—281* 15 — conprobat *vgl. Böhmer, Regesten Ludwigs Nr. 574* 16 — fidem dent *vgl. die Bulle des Papstes Johann v. 3. April 1331, Mon. Boic. XXVIII, b, 432; dieselbe ist an die Aebte von Raitenhaslach, Reun (nicht Scon) und Viktring gerichtet* 20 *Quelle? Ludwigs Aufenthalt im August 1322 zu München ist urkundlich bezeugt (s. Böhmers Regesten), nicht aber der zu Landshut im Juli. Aventins Chronologie ist hier verwirrt, da das oben Erzählte erst nach der Schlacht bei Mühldorf sich ereignete* 22 — instruunt *vgl. Joh. Vict. V, 4, p. 393* 30 *vgl. oben S. 399* 31 — adsciscit *vgl. Contin. canonicor. St. Rudb. Salisb. zu 1322, M. G. Scr. IX, 822.*

archimystam Juvavensem, Albertum a Saxoniae principibus oriundum, Bathavensem, Theodericum Laventinum episcopum socios ad se receptos sibi adsciscit. Emichonem ab Alisone ad Honoricum, Charionum Tyroliique praesidem, opem postulatum proficisci iubet. auxilia viginti sex millia a Carolo rege Ugrorum, amitino suo, missa parat. Ugri, Scythae, Daci, Getae, Valachii, Pannonii, Moesii, Raezii, Vulgari, Servi et barbari, Turcae, Comani erant hastatorum duo et viginti millia, sagittariorum quatuor. de regno suo equites mille atque quingentos, peditum viginti quatuor millia armat. hisce contractis fratri per nuncios mandat, ut a fronte, nimirum a Lyci ora, Boios invadat, se a tergo, nempe Oeno irruptionem facturum aperit. posthaec ex Austria occidentalem Boiariam versus hostili animo arma movet. Agunto Stiriae transsitum facit. Angilobertus, eiusdem fani antistes, atque Bartholomaeus, coeli atque syderum peritissimi, diras Friderico canunt, ipsum inauspicato arma coepisse, malis avibus proficisci, invitis superis exercitum ductare, ad excidium praesens, necem immnentem veluti victimam sorti suae destinatam properare praedicant, conmonefaciunt, ne iram dei optimi maximi procul dubio cervici suo impendentem lacessere pergat; sed inevitabile fatum est: Fridericus huiuscemodi vatum superstitionem vanamque religionem contemnit, sese flumina siccaturum, universas Boiorum regiones consumpturum multitudine rebatur, per Iuvavensem agrum Mylodoryphos, Iuvavensium clientes, petit, ibi Oenum traducit copias omneis atque castra locat, praedas agit, cuncta incendiis complet, adventum fratris Litovaldae, qui haud ita multo minoribus copiis a Rheno conterminis regionibus infesto intentoque exercitu per Rhetos ad Lycum contendebat.

Porro Litavicus contra et ipse delectus agit, vires undique comparat, auxilia accersit. ad eum Ioannes rex Boiemiae, huius gener Honoricus tercius decimus, secundae Boiariae rector, cum auxiliaribus Valdovini archimystae Treverorum copiis, item Fridericus urbis Noreiobergae praefectus, Hennobergensis, antiquae Franciae regulus, Monachii coeunt cum equitibus mille atque quingentis, peditum vero duodeviginti millibus. Litavicus cum hisce et aliis, quas ex suo regno collegerat, viribus hosti obviam pergere constituit. caeterum tanquam

14 Barptholomaeus *A u. B*

1 — oriundum *vgl. Ann. Matsecns. zu 1320; M. G. Scr. IX, 827* 3 Emichonem de Alzeya *Joh. Victor. l. c.;* — iubet *vgl. l. c.* 4 — armat *vgl. Arnpeck 322* 8 4000 Schützen *nennt auch die Klingenberger Chronik, ed. Henne, S. 48* 13 *Kloster Admunt;* — contendebat *vgl. Joh. Victor. l. c.* 27 — constituit *vgl. Arnpeck 323* 34 — egreditur *wohl nach der Fortsetzung der Fürstenf. Annalen; vgl. M. Mayr, 119.*

BSB

moriturus testamentum condit. Vildenorhodon Furstoveltis, ubi parentes sepulti sunt et ipse condi decreverat, legat. inde duodecimo calendas Octobris Monachio egreditur, Mylodoryphos dein intenta acie procedit, vim vi prohibiturus. proxime hostes iuxta vicum Ampofinem flumenque Iseniscum, sub monte Dorobergomo in campo, quem Vechonbison Boii adpellant, castra metatur atque quinto calendas Octobris in tumultuario praelio primaque ferentariorum velitatione maximum numerum Ugrorum atque inconditorum barbarorum a Boiis, Francis, Boiemis prostratam esse in annales atque fastos relatum est.

Eodem die Litovalda, frater Friderici, Lyco superato in Vindeliciam ad Ambronem amnem atque Furstoveltas pervenerat. Damasiam vicum atque monasterium, inde Monachium petiturus atque obsessurus, occupat, possidet. Chunradum Dominicanum, Beritholdum philosophum, fratrem eius, qui Maethyldae, genitrici Litavici, amitae Austriacorum, a sacris et ab ea Damasianis mystis praefecti fuerant, capit, in vincula coniicit illicoque ad fratrem exploratum, quidnam rerum agatur, nuncium, qui a Litavico interceptus est, mittit.

Fridericus ergo impatiens morae, incertus, ubi nam gentium frater sit, avidus pugnae et finem bello faciendi, praeceps in fata ruit, ne unum quidem diem, ut res fratris per speculatores explorarentur, praestolari voluit. dissuadentibus magnopere, sed frustra hanc operam summentibus Theodorico Pilychodorypho magistro equitum atque Hylderico et Honorico fratribus Valdoseis, diem posterum praelio dicit atque aperto Marte cum omnibus copiis ferro decernere cum Litavico statuit. atque vesperi pridie eius diei, qui conflictui constitutus est, Fridericus archimystes Saliburgensis virtutis ergo hosce equites, quos infra enumerabo, usu auri atque orichalci donat, quos a numero comitum atque equorum triteros sive, ut vulgo loquar, ritteros, ablata ob voluptatem aurium vocalitatemque prima, ut fieri solet, litera, hoc est tercianos nuncupamus, Romani torquatos ac decuriones equestres vocitant. et quod numerus primum fuit, iam honor atque dignitas.

22 Pilychododorypho *A u. B*

1 — legat *s. die Urk. v. 28. Sept. 1322; Bochmer, Regest. Ludwigs Nr. 469* 5 — metatur *vgl. Arnpeck 323* 6 *Das flgd. scheint auf eine unbekannte Quelle (Forts. der Fürstenfelder Annalen?) zu deuten. Was die Klingenberger Chronik, S. 49, von einem Schützengefechte vor der eigentlichen Schlacht erzählt, stimmt nicht damit überein* 10 — pervenerat *vgl. Joh. Vict. V, 4, p. 394* 11 — coniicit *Quelle? Fortsetzung der Fürstenfelder Annalen?* 16 — mittit *vgl. Johann. Victor. l. c.* 18 — statuit *vgl. den deutschen Bericht über den Streit zu Mühldorf; Böhmer, Fontes, I, 162* 25 — donat *nach der Burghauser Fortsetzung der sächsischen Weltchronik (s. Nachcort)* 30 tercianos: *A. denkt an die Gleve, in der der Ritter selbdritt, mit einem Knappen und einem Pferdeknecht, ausrückte.*

BSB

Atque qui tum abs episcopo ritu solenni ense stricto semel humeros verberati sunt, Norici ac Vindelici hi tres atque nonaginta fuere: Nicolaus atque Echardus a Dania; comes eorum Honoricus Oedius; Chunradus Thymosyrus; Theotherus Velbero; Chunradus Overodoryphus; Orthulphus Mosa, comes eius; Honoricus Brunnigerion; Hylderici duo Bisopagi; Friderici, itidem duo, parens ac filius Cephalomani; Honoricus, Godofridus, Segivalda Lampulotingii; Segivalda et Albertus Noppingiones; Honoricus et Gephardus Trani; Nicolaus ab Alpibus; Chunradus et Albertus Threnopagi; Iacobus Sporus, comes eorum; Arthulphus Schonobergius; Nicolaus et Chunradus Ussei; Marichardus et Rudolphus Phanodoryphi; Veronardus et Litavicus Trugassii; Echardus Geirus; Ioannes Paphius; Zacharias Panthera; Albertus Gevingius, eius comes; Iacobus, Hyldericus, item Iacobus a Turre; Rugerion a Radechia; Petrus Gaugobergius, eius comes; Hyldericus Benisso; Hyldericus et Oto Achodoryphi; Ioannes Iccius comes; Otomarus Visularius; Rapoldus Albertochamus, Panichostonus regulus; Tragano Dagopomus, comes eius; Oto Libonizio; Fridericus Carolobergius; Fridericus a Voliphoduno; Oto a Stiria; Rudolphus Hollenicciusˌ Litovalda Phrigio; Hartonidus Manobergius; Orthulphus, Theodomarus, Nicolaus Puxii; Fridericus Lobonico; Hartonidus Schlosobergius; Fridericus Schiratobergius; Iacobus Hochostonus; Litavicus a Belocirco; Ioannes a Nidechia; Albertus a Dachenuno; Herimanus Munodoryphus; Litavicus Rorarius; Honoricus Silverobergius; Hyldericus et Vitichus Bergii; Chunradus Stadunus; Voliphingio Flaccobergius; Chunradus a Stega; Chunradus a Saxia; Hyldericus Hophius; Richoburgius; Hyldericus a Longionibus; Herimanus Lenobergius; Honoricus a Lamia; Tivarpus; Chunradus Bothodoryphi; Voliphingio Thoro; Godofridus

17 Libanizio *B* 18 Veliphoduno *B* Helloniccius *B* 21 *Ueber* Belocirco: famulus [?] de Vansdorf *A* 22 *Ueber* Munodoryphus *in A:* Müen 23 *Ueber Rorarius ebendort:* de Ror; *auch über mehreren der folgenden Namen stehen die deutschen Formen* 24 Floccibergius *B* 25 *Vor* Richoburgius *in B von etwas jüngerer Hand am Rande nachgetragen:* Fridericus 26 *Ebenso vor* Tivarpus: Luitpoldus 27 *Ebenso nach* Bothodoryphi: eius comes Volingio *B*

2 *Die Quelle des folgenden Verzeichnisses ist die Burghauser Fortsetzung der sächsischen Weltchronik, A.'s Adversaria, I, f. 120; vgl. unser Nachwort. Verwandt mit der dort überlieferten Namenliste sind die Verzeichnisse der vor Mühldorf zu Rittern geschlagenen Salzburger, welche aus einer Handschrift von St. Peter in Salzburg P. Hauthaler in den Mittheilungen der Geschichte für Salzburger Landeskunde, XIX, 164—167 veröffentlichte; dort sind zwei Gruppen unterschieden: die vor Mühldorf 1319 und die daselbst 1322 zu Rittern Geschlagenen. Vgl. auch Pfannenschmid in d. Forschungen zur deutschen Gesch. III, 56, Anm. 2* 5 dicti famulus *Advers. l. c.; st.* comes *dort immer* famulus.

BSB

Galates sive Celtes; Honoricus Massenobergius; Hyldericus Nussodoryphus; Ioannes Hunnobergius; Petrus Sulsobergius; Nicolaus Rhaenoldus; Honoricus Exul; Hyldericus Goldomanus; Voliphardus Aldoburgius; Adaloramus Stralophelissus; Echardus et Voliphardus Opho-
5 stadii, a patria mea ter mille passus orti.

At Fridericus, ubi rei divinae operam dedit opemque superum imploravit atque inluxit, pontifices eventum belli Mylodoryphi expectare iubet, confestim copias e castris educit, ordines, cohortes, turmas instruit, in fronte fratrem suum Honoricum, Stirios et Iuvavenses cum
10 Austriae signo, quod Theodericus Pilychodoryphus magister equitum ferebat, constituit. Ugros, Scythas, barbarorum agmen Honorico atque Hylderico Valdoseo ortis permittit. ipse cum Austriacis et Noricis propter aquilam adsistit. ex altera parte Segifridus Suepheromanus, homo militaris atque senex, qui abs teneris unguiculis aetatem in rebus
15 bellicis egerat, legatus Litavici, exercitum pro loco atque copiis instruit. Ioannem, regem Boiemiae, cum genero Honorico atque popularibus in principiis ob honorem divi Vincissolai Boiemiae reguli, cui is dies festus erat, ut pugnam ciat atque in primis praelium committat, conlocat. Litavicum conmutata veste propter aquilam in confertissimo
20 Boiorum cuneo constituit. Albertum Rindomulum, praesidem Neostadii, quod a patria mea quinque lapides abest, Chunradum Boiobrunnum, disciplinae militaris omnium Boiorum tum peritissimos, a leva, dextra procurare atque unum Fridericum petere, in unum tela coniicere praecipit. Fridericum, urbis Noreiobergae praefectum, cum quadringentis
25 equitibus veluti triarios trans Iseniscum in subsidio atque insidiis

18 ciat *sic A u. B*

4 *L. c. nur:* duo Offenstetter. *A. hatte also noch eine weitere Quelle* 6 — adsistit *vgl. Joh. Victor. l. c.; Der Streit zu Mühldorf, 162* 13 — instruit *wohl aus Arnpeck 314 gefolgert, der Schweppermann als capitaneus summus bezeichnet. Vgl. zum flgd. auch die Bemerkungen Pfannenschmids (Die Schlacht bei Mühldorf; Forschungen zur deutschen Gesch. III, 92 zu A.'s Schlachtbericht (in der Chronik). Pfannenschmids Annahme, dass A. die Relation Arnpecks nicht benutzt habe und seine Quelle nur die Tradition gewesen sei, kann ich nicht beistimmen; Arnpeck ist von A. hier wie sonst sogar reichlich benutzt* 15 exercitum — instruit *Sall. Cat. 59, 1* 17 *vgl. die Verse in der Cont. canonicor. St. Rudberti Salisb. 823; Annal. Matsceens. zu 1322, p. 828* 19 conmutata veste: *vgl. Joh. Victor. 395:* Litavic. habitum plurificans 20 *Als Pfleger von Neustadt a. d. Donau nennt A. Albert Rindsmaul wohl nach Urkunden; vgl. Forsch. zur deutsch. Gesch. III, 78, Anm. 6* 21 *Von Baierbrunn, 3 St. s. v. München. Quelle? (Fortsetzung der Fürstenfelder Annalen?)* 24 — mandat *gefolgert aus Streit zu Mühldorf, 163; Arnpeck 323* 25 cum quadringentis equitibus: *so von den uns bekannten Quellen nur die Klingenberger Chronik, S. 49.*

BSB

delitescere et dato a se signo erumpere, a tergo hostibus instare mandat.

Posthaec Boiemus paulatim incedit, idem hostes faciunt, infestis tum signis concurritur, fit praelium atrox et diu anceps, a solis ortu usque ad occasum ferme per decem continenter horas pugnatum est. Fridericus strenui militis et boni imperatoris officium simul exequitur. in prima acie cum expeditis versatur, laborantibus succurrit, hostes ferit, pugnat, omnia providet. iam Boiemi loco pellūtur, pedem retro referunt. rex caballo, cui insidebat, interfecto in alium equum imponitur. quingenti iam abiectis armis hostibus se dediderant. Segifridus, qui non magis ducis quam militis munere fungebatur, cum Boiorum agmine laborantibus Boiemis subvenit, vim hostium, donec Boiemi editum collem occuparent, sustinet. ibi restituto praelio, redintegrata acie, virtuti dolum addit. ventosus atque serenus dies erat; aciem ita ad solem convertit ac componit, ut pulvis in oculos atque ora hostium ferretur et ex splendore armorum ac repercussione quasi coelum ardere videretur et lumina hostium perstringerentur, deindeque iussu Sueveromani Fridericus Noreiobergensis praefectus, signa Austriaca habens, erumpit, Iseniscum, qui vadosus est, transsit, terga hostium, qui Litovaldam, fratrem Austriaci, esse atque sibi in auxilium properare rebantur, invadit, animum Boiis reddit, recentes atque integri facile fatigatos caedunt, fundunt, a fronte, a tergo instant, urgent, prosternunt. quod ubi quingenti, qui se ante dediderant, conspicantur, mox correptis armis in Austriacos feruntur; acies itaque Friderici turbatur, fit fuga; primo terga dedere Ugri et barbari atque inulti more pecudum mactantur. Honoricus, frater Friderici, atque Theodericus signifer vivus in potestatem Boiemorum venit. Rindomulus cum suis optimum decus capto Friderico expetens in equitum agmen, ubi Fridericus erat, irrupit, cuneum hostium perfregit, Friderico instat. idem pars diversis locis facit; tum vero similis strages ruinae fuit. Austriaci abiectis armis se dedunt. tandem Fridericus, ubi se solum cum paucis relictum, copias fusas videt, deditionem Rindomulo urgente

5 ad *fehlt B* 11 munera *A u. B* 27 *Am Rande in A:* Albertus Rindmaul, pfleger zu der Neunstat.

3 — concurritur *l. c. 60, 1; 2* 4 — pugnatum est *gefolgert aus Arnp. 323* 6 — providet *vgl. Streit zu Mühldorf 162, 163; Sall. Cat. 60, 4* 8 — dediderant *vgl. Streit zu Mühldorf 163* 14 — perstringerentur *vgl. Joh. Victor. V, 4, p. 395 u. oben Bd. II, 102, 32—36* 18 — feruntur *vgl. Streit zu Mühldorf, 163* 25 — Friderici *vgl. Streit zu Mühldorf, 162; Joh. Victor. V, 4, p. 395; Arnpeck 323* 26 Theodericus: *nach der Urkunde bei Oefele, Scr. II, 148?* 27 — iubetur *gefolgert aus Arnpeck 324* 31 ubi — videt *Sall. Cat. 60, 7.*

BSB

facit, a quo ad Litavicum, quem a se interfectum arbitrabatur, deductus arcta custodia observari iubetur. omnes Austriae optimates (mille centum atque sexaginta fuisse referuntur) vivi in potestatem hostium devenere. episcopi audita clade suorum fuga sibi in tempore consulunt.

At Litavicus profligato hostium exercitu reliquiisque captis receptui canit, suos, qui tota die conflixerant, corpora curare iubet. cum nihil praeter pauca ova, quibus famem restinguerent, epularum curam gerens, suppetere diceret, praecipit unicuique ovum, Suepheromano, cuius industria vicerat, duo dare, id, quod in proverbium vulgo protritum cessit. deinde adversus Litovaldam, quem Lycatiorum agros insedisse diximus, expeditos praemittit. at ille audita fratris captivitate, tam adversa pugna nunciata, suis metu, fama tantae victoriae perculsis, passim diffugientibus et dispersis, quacunque patebat ad fugam via, erumpentibus, caedere cogitur. Chunradus atque Beritholdus, Damasiae antistites, liberati sunt. posthaec praemia victoribus donantur captivique inter eos dividuntur. proceres Austriaci Friderico, praefecto urbis Noreiobergae, addicuntur, qui servati et vita donati, domum libere dimissi, sese in clientelam servitutemque perpetuo Noreiobergensi praesidi dicarunt, adeo ut etiam nunc, quoties fata patroni clientisve tulerint, sese vivere ac, quicquid habent, non iure suo, sed illius beneficio possidere agnoscant in verbaque illius iurent. Hennobergensis in senatum principum imperii adlectus est. Honoricus, Austriae dux, regi Boiemiae traditur atque ab ipso in Boiemiam captivus abducitur.

3 *Ebendort:* alii 400 *[st.* centum; *vgl. Annal. Matseens. p. 828]* 4 *Ebendort:* Leopoldus cum 1500 auxilio venerat; 15 miliaribus aberat. *Ferner:* Augustenses fuere auxilio Litavico et Marcuardus Hangenor dux..... *[diese weist auf eine uns unbekannte Quelle. Am 13. Dez. 1322 belohnte L. die Stadt Augsburg durch zweijährige Steuerbefreiung für ihre getreuen Dienste; Chr. Meyer, Urkundenbuch der Stadt Augsburg, Nr. 268. Dass Augsburg damals Ludwig Kriegshilfe leistete, dafür spricht auch, was Herberger, K. Ludwig d. Baier u. die getreue Stadt Augsburg, S. 36, Anm. 13, erwähnt]* 7 *Ebendort:* post praelium et victoriam 8 epulorum *B* 13 victore *A u. B* 19 libere *sic A u. B*

1 quem — arbitrabatur *nach Joh. Victor. 395* 3 *Die Zahl der Gefangenen nach Contin. canonic. St. Rudberti Salisburg. p. 823* 4 — consulunt *vgl. Contin. canonicor. St. Rudberti Salisburg. 822* 7 — dare: *dieselbe Erzählung zuerst bei Meisterlin, Hist. rer. Noriberg. bei Ludewig, Reliq. VIII, 79* 10 *Jedem Mann ein Ei, dem frommen Schwepfermann zwei* 11 — liberati sunt *Quelle? Fortsetz. der Fürstenfelder Annalen? Chron. de gest. princ. 63 könnte nur etwa für* at ille — cogitur *in Betracht kommen* 17 — iurent *vgl. Arnpeck 326* 22 — adlectus est *vgl. Arnpeck 326* 23 — abducitur *vgl. Joh. Victor. V, 4, p. 395.*

Fridericus caesar primo Dorobergomum, ubi Voliphingius Goldiccius, filius Otonis, habitabat, deinde postero die Utinum deducitur. hic coeunt proceres, tribuni, duces; horum consilio ille Reginoburgium in domum Gumoberti, inde a Vichonando vicario ad Thrasonitum (arx est Nariscorum, haud longe a Naboburgio) abducitur, ubi tris annos, menses sex captivus detinetur. cumque nomen arcis, quod boia lingua, ‚ne credideris' valet, audisset: ‚vates', inquit, ‚fuit veridicus atque divinus superum interpres, qui hoc tibi nomen fatale indidit. nec enim unquam fore credidissem, uti tantus rex et in hac regione omnium opulentissimus ita captivus atque vinctus ad te deducerer'. atque hoc praelium factum quarto calendas Octobris, anno ab orbe servato millesimo trecentesimo altero et vicesimo. Ampofinis vicus antea ignobilis, ubi dimicatum fuit, hac clade emersit. extat tinnulum decastichon de hoc conflictu.

Cap. 16. Eodem anno Saraceni Armeniam vastarunt, christianos in servitutem redegerunt. porro Litavicus ubi aediculam deiparae virgini triumphalem (Satulariam vocant) extruxit, victricia signa primo Landesutae intulit. Fridericum archiepiscopum Saliburgensem proscribit, Theodomaniam supra Burgusium occupat, Voliphingio Goldiccio tradit. inde Angilostadium petivit. postea tali inclytus triumpho fines imperii lustrat, civitates, municipia, vicos, castella adit. universi victori obviam procedunt, ob res bene gestas congratulantur. qui ante eidem adversabantur, certatim deditionem faciunt sacramentaque dicunt. ita enim natura comparatum est, ut eo animus hominum, quo fortuna, inclinet.

Et sicuti laetis semper adversa interpolantur, Beatrix uxor Litavici iisdem diebus e medio tollitur. eius sepulchrum Monachii in templo deiparae virginis iuxta marmoreum mariti mausoleum monstratur. Strubiorum quoque, Vindeliciae secundae urbs insignis, duodevicesimo calendas Iulii vesperi de caelo tacta, media conflagravit. verum Lita-

1 Pholingius *B* 4 Vichomando *B* 5 tres *B* 14 hocce *A* 26 adversos *A u. B*

1 — detinetur *vgl. Streit zu Mühldorf, 163; Arnpeck 325; Andreas Ratisb. bei Eccard I, 2096* 6 — deducerer *vgl. Arnpeck 325; Andreas Ratisbon. 2097* 10 — vicesimo *vgl. Johann. Victor. V, 4, p. 395* 14 *s. die elf Hexameter in der Contin. canonicor. St. Rudberti Salisburg. 823* 16 — extruxit *vgl. Arnpeck 324* 17 Satleren *l. c.* 18 — tradit *vgl. Contin. canonicor. St. Rudb. Salisb. zu 1324, p. 823* 20 *vgl. Böhmer Nr. 480 vom 13. October 1322* 21 — dicunt *vgl. Joh. Victor. V, 5, p. 396* 24 eo — inclinet *Just. V, 1, 11; vgl. oben S. 159, Z. 16* 26 — virginis *vgl. Arnpeck 327* 29 — conflagravit *Quelle? Arnpeck 285, berichtet von einem Brande des alten Straubing am 27. Juli 1283.*

BSB

vicus ubi eluxit, ad secundas nuptias animum applicat. Margaritam Bathavam, neptem Vilelmii caesaris, filiam Vilelmii tercii, sororem reginae Angliorum, uxorem ducit, nuptias regio apparatu Agrippinae facit. auctus itaque viribus et adfinitate Angliorum opibusque locupletissimae uxoris, quae Selandiae, Phrysiae, Hannoniae, Hollandiae haeres erat, visus est Ioanni pontifici maximo, Ruperto, regi Campaniae, Carolo pulchro, regi occidentalis Galliae, potentior, quam ipsis utile foret esse; coepit ergo ob virtutes atque fortunam formidolosus atque suspectus haberi. quamobrem illi non tam adversus Litavicum quam germanam libertatem (qua salva illi salvi non essent) conspirationem faciunt; imperii nomen atque favorem ex Italia atque Roma excindere conantur, adeo ut nemo in Italia sit, qui imperatoriis rebus studeat. trahunt facile in parteis Litovaldam, captivi Friderici fratrem. decimas huic, ut Litavicum in Germania oppugnet, sacerdotes, qui in eius regno forent, pensitare Vicesimus secundus imperat. Bolaniae quoque ducem, quo immunis imperii, cui hactenus stipendiarii ac obnoxii Bolii fuerant, agat, regem adpellat. sacratos Teutonum equites, cum Lituis alienis a religione nostra, hostibus reipublicae christianae, foedus inire iubet, inducias inter inimicissimos biennio facit. et Litui eius iussu in Brandoburgios filio caesaris parenteis crebro atque impune conmeant. ultro, citro arma movent, cuncta caede, incendiis complent, greges hominum captivos abigunt, virgines, coniuges alienas stuprant, fana, aedes sacras conpilant.

Sub idem tempus primarius sacerdos Berithrandum flaminem romanum, Philippum Vallesium, qui vestriaca Francia postea potitus est, cum copiis in Italiam mittit. cives, dynastas, oppida ab imperio, ab

6 *Am Rande in A:* ..[?] Arnoldus, maximus philosophus, a rege ad papam missus, in via obiit, de Antichristo praesente et destructione romanae ecclesiae vaticinatus — Arionihh *[?]* de Villanova a Parisiorum urbe fugit ad Fridericum regem Siciliae *[Arnoldus de Villanova oder Catalanus; auf diesen, der 1310 oder 1313 auf der Reise zu Papst Clemens V. auf dem Schiffe gestorben sein soll, scheint auch der vorhergehende Satz zu beziehen]* — Michael Cesenas contra Ioannem 22. — Mapheus Bergomensis, Forestorum familia ortus, iurisconsultus, orator prudens Rusius Arcinus *[?]* Ludovico quarto, libertatibus multis ab eo donatus [Mapheus — donatus *nach Arnpeck 333]*.

1 — facit *nach Arnpeck 327? Joh. Victor. V, 3, p. 391?* 13 — imperat *vgl. Joh. Victor. V, 5, p. 398* 15 — adpellat *vgl. des Nicolaus von Jeroschin Kronike von Pruzinlant; Scr. rer. Prussic. I, p. 616, v. 27078 flgd. Vgl. auch unten die Randeinträge aus A zu cap. 17, S. 428* 17 — conpilant *aus der kaiserlichen Proclamation gegen Papst Johann vom 18. April 1328 (Baluze, Vitae pap. Avin. II, 512 flgd.), die A. vielleicht aus Martinus Minorita kannte* 24 — invadit *vgl. Joh. Victor. V, 5, p. 396.*

Litavico ad se deficere cogit, fidem servantes devovet. eosdem per Berithrandum Dominicanum, impietatis quaestorem, haereseos. nota inurit armisque invadit. Petra Mala et Matthens ab Athulpho caesare praeses Italiae datus, eius filii Lucinus et Stephanus, Marcus ac Galeatius, eloquentissimi ac gravissimi viri caeterique vi pontificiaque servitute oppressi, Turianos Veliphonesque partes pontificis Mediolano pellunt, ad opem caesaris confugiunt, maiestatem populi germani implorant, Litavici auxilium invocant.

Is Beritholdûm Nypheum, Fridericum Druidem, Beritholdum et filios eius Beritholdum et Honoricum Gryphopagos regulos, Boiariae, Franciae, Sueviae virtutibus et natalibus celebres, qui pro prudentia atque fatidica suorum cognominum divinatione pacem atque concordiam inter christianos confirmarent, ad pontificem maximum, item ad legatum eius frustra proficisci iubet. Berithrandus ille pacti turbator (id enim Berithrandus germana lingua valet) non solum legatos caesaris a pontifice ad se reiectos non audivit, sed et contumelia adfectos quasi hostes excedere Italia iussit moxque Mediolanensem agrum crudeliter depopulatur, stupris, caede, incendiis universa, uti bello fieri solet, complet.

Litavicus, quod sacramento rogatus, religione iureiurandi adactus esset, se maiestati imperii reipublicaeque nunquam defuturum, inopibus contra fas, praeter aequum armis adflictis, ad populi germani libertatem confugientibus, quos sine maximo scelere deserere non posset, superiores tetrarchas, caesareis auspiciis suppetias ferre, vim vi repellere iure gentium imperat. atque haec ex utriusque principis romani edictis, quae in Boiariae publicis bibliothecis servantur, excepimus. ea si chronicariorum mendaciis discrepaverint, illorum negligentia atque temeritas (qui amore atque odio caecutientes ac imperitia confisi fabulosa, omissa publica instrumentorum authoritate, sibi conquirere permittunt) accusetur et, ut possint illorum nugae sperni, tamen fides nostra non debet. quaecunque in diplomatibus reperi, incorrupta profero. igitur Vicesimus secundus hac bulla caesarem adflat.

3 *Am Rande in A:* Viccomites Mediolanenses imperii vicarium in Italia Mediolan ..*[?]* 4 Galeacius *B* 31 *Am Rande in A:* Ludovicus et revocavit donationem Constantini 31 perfero *st.* profero *A u. B*

3 — conplet *vgl. die Sachsenhauser Appellation K. Ludwigs, Olenschlager, Staatsgeschichte, Urkunden, S. 122, 123, 126* 4 — pellunt *vgl. auch Arnpeck 326* 27 *A. denkt hier wohl vornehmlich an die Erzählung ‚de falso Ludovici cancellario' bei Arnpeck 332; Andreas Ratisbon. 2098, 2099. Dieselbe fand er auch in jener bairischen Fortsetzung der sächs. Weltchronik, welche er in seinen Adversarien, I, ins Lateinische übersetzte; dort ist der davon handelnde Absatz (fol. 122v., 123) durchstrichen und am Rande steht:* fabula est — fabula graecanica *(vgl. das Nachwort).*

Posteaquam, inquit, a decessoribus nostris res romana, a Graecis ad Germanos translata, Carolo Magno in fidem atque tutelam commissa est, summus ille honor beneficium pontificis maximi esse solet. decretum siquidem est, ut cum germani principes regem iussissent, id demum sic ratum esse, si romanus pontifex, universi orbis christiani pater atque princeps, author fieret, nec ante cuiquam comitiis caesareis, suffragiis principum designato regi neque administrandi neque regii tituli usurpandi ius est, quam primarius sacerdos, dei optimi legatus, suo numine faveat et aspiret. praeterea summa potestas, maximum imperium, ubi orbum capite fuerit, penes maximum pontificem, cuius beneficium illud est, existit. itidem ubi septem suffragatores comitiis caesareis discordes fuerint, neuter rex est. episcopus romanus sicut communis omnium mortalium parens fasces romanos ob dissensionem destitutos, rempublicam derelictam suo arbitrio temperat, quemadmodum animus imperare, corpus illi, cuius beneficio vivit, servire debet. ita optime consultum esse rebus christianis, nemo ambigit, ubi fragilia aeternis, prophana sacris, corporalia spiritalibus subdita sunt atque obtemperant. quod tum fiet, quando pontifex maximus dignitatem utramque suo arbitrio moderatur. ecclesia dominatur; eius lege atque imperio omnis potestas regitur. et imperator religione sacramenti ei, qui terris praesidendo vicem caelestis imperatoris perfungitur, addictus est. hasce ob causas, cum post fata imperatoris Honorici septimi, duo, Fridericus atque Litavicus, reges consalutati fuerint, ambo utpote contra auspicia creati, indigni sunt summo rerum humanarum fastigio. respublica in medio derelicta atque dilacerata a nobis iure nostro administratur. proinde Litavicus maximo malo suo, non minore ecclesiae romanae detrimento, necdum a nobis dignus, qui imperet, iudicatus, sua sponte regium nomen, rerum habenas temere usurpavit atque vi in Italia atque Germania occupat. nam Brandoburgensem principatum contra leges atque intercessionem filio suo tradidit. in Italia Galeatio, eius fratribus de crimine haereseos condemnatis atque renunciatis suppetias tulit. nos igitur iuxta munus caelitus nobis datum Litavico praecipimus, ut intra menses treis sese abdicet ab regio nomine, gubernatione, functionibus publicis, rebus

14 *Ebendort:* die hauptstuck neutri pontifici decrevere *[das letzte Wort durchstrichen]* 31 Galeacio *B* 33 tris *A*

1 — Christi vero 1323, *S. 414, Z. 6, vgl. Johanns Bulle v. 8. Oktober 1323 bei Martene, Thes. II, 644. A. gibt den Inhalt trotz seiner Bemerkung:* incorrupta profero *ziemlich frei wieder; in Lünigs Reichsarchiv (1720) IV, 204 ist sein Auszug (mit der Jahrzahl 1321 st. 1323) als echter Text behandelt.*

gerendis penitus abstineat, a se hactenus acta rescindat nec posthac nisi iussu et mandato nostro dignitatem resumat. quod si obtemperare detrectaverit, patriarchis, episcopis cunctis, sacerdotibus, principibus, civitatibus imperamus, ut eundem deserant ac nobis parere cogant. data atque publicata Avinione, octavo idus Octobris, anno dignitatis octavo, Christi vero 1323.

Haec ubi in Germania comperta sunt, Litavicus divini humanique iuris consultissimos quosque in Italia, Germaniis, Galliis, praecipue Bononiae atque Luteciae iure utroque atque sacris literis peritos consulit. hi omnes rescripsere, acta et dogmata Ioannis adversus caesarem christianae simplicitati et divinae philosophiae repugnare. extant huiuscemodi consilia theologorum in bibliothecis, in membranis scripta. contra Vicesimum secundum libros quoque edunt hi amici Litavici: Marsilius Patavinus, Ioannes Gandunensis, Litovalda Beboburgensis, Andreas Laudensis, mysta Fruxinensis, augustae magister epistolarum, Hyldericus Hangenor, Augusta ortus, sacro caesaris scrinio praefectus, Dantes Florentinus, qui tum cultiorum literarum semina sparsit, quae paulatim radices egerunt, in herbam exierunt et nostro demum aevo maturescunt; tantae molis fuit, exules literas obstrepentibus undique barbaris atque tyrannis reducere.

Iisdem diebus Vilelmium Ocomensem, Franciscanum, theologum praestantissimum atque dialecticum suae tempestatis acutissimum, duos conlegas eius, Bonamgratiam Bergomensem et Michaelem Caesenatem, Franciscanorum antistitem primarium, sacrarum literarum, utriusque iuris professores, cum sacris Antonii Patavini Monachium ad Litavicum venisse reperio. Vilelmius is, Anglia ortus, sectam recentiorum

16 Langenorus *B; so auch A vor Correctur.*

7 — repugnare *vgl. Hermannus Gigas (als Martinus Minorita bei Eccard, I, 1368). Auch die Chronik in A.'s Adversarien I, f. 122 sagt:* misit et imperator legatos ad theologos Parrhysienses, qui responderunt caesarem iniuria affici a pontifice nec excommunicatum esse. *Vgl. auch Arnpeck 327, wo Prag (!) u. Paris genannt wird* 12 *A. denkt wohl vornehmlich an die Proclamationen Michaels v. Cesena und an die Schriften Occams* 13 — Gandunensis *vgl. Ann. Eistettens. p. 554* 14 *Marsilius von Padua, Johann v. Jandun, Liutpold von Bebenburg, der Kanzler Andreas v. Lauden. Den letzteren kannte A. wohl aus seinem Grabsteine in der älteren Münchener Franziskanerkirche; vgl. über diesen Riezler, Lit. Widersacher d. Päpste, S. 127* 16 — praefectus *vgl. Andreas Ratisb. 2098, Arnpeck 332. Ueber Hangenohr vgl. Riezler, K. Ludwig d. Baier, Meister Ulrich d. Wilde u. Meister Ulrich der Hofmeier von Augsburg (Forschungen z. deutschen Geschichte XIV, 16)* 25 — reperio *vgl. die bei Riezler, Lit. Widersacher der Päpste z. Zeit Ludwigs d. B., 77, Anm. 2 erwähnte Urkunde von 1395 aus dem Münchener Franziskanerkloster, jetzt im Münchener Reichsarchiv.*

peripateticorum, de quibus in sexto libro mentionem feci, ab omnibus academiis fere explosam instauravit. ad Litavicum dixisse ferunt: tu nos pugnis, ense, ferro, armis a servitute assere; nos te lingua, calamo, literis, stilo, libris, verbis vindicabimus. atque illi omnes certatim diserti in romanum pontificem sunt, ratiocinationes, captiones eiusdem confutant, argumenta diluunt, testimonio divini humanique iuris probant Ioannem libidine dominandi insanire, in Christi plaebem grassari, pontificem romanum ut infimum christianorum, si quidem id, quod cupit, esse velit, quemadmodum Christus, Petrus atque Paulus fuere, imperatori subiiciunt; tantum abfuit, ut eius bullas actaque tuerentur. qui servus servorum est, inquiunt, nemini dominari debet, recumbentibus ministret, amet, pascat, caelo habitet, spretis honore, divitiis, potentia Christum, cuius se vicarium mentitur, aemuletur, vestigia Pauli sequatur. hi contumelias, paupertatem beatitudinem, opes, imperia spinas atque scelera et cultum deorum vocant. plaeraque tum alia praecepta legesque vivendi superiores caesaris consultores libellis editis sacerdoti romano dixere. quae Ioannes ubi accepit, illorum libros (pars tamen editi atque servati, in bibliothecis cum blaptis et tineis colluctantur) exurit, Litavico diras dicit, sacra publice, privatim fieri vetat. Otonem Charionem, antistitem divi Landoperti, Tolosanum, Dominicanorum Tolossae primarium sacerdotem, praemiis inductos in Germaniam proficisci, sententiam suam renunciari iubet.

Litavicus hisce turbis adactus Reginoburgium ad conventus agendos proficiscitur, quinto idus Augusti sacra augustalia, imperii insignia, hastam, clavos, vivificae crucis magnam partem, quae Christus servator noster sanguine suo consecrarit, divae Annae bracchium, dentem divi Ioannis Baptistae, ensem atque hastam divi Mauritii, diadema aureum, ensem Caroli Magni et alia huiuscemodi penetralia, numero centum viginti per sacrificulos suos ponte in vestibulo aedis divi Haemerani facto populo monstrat. adfuere principes, episcopi Germaniae, in quibus fuisse reperio Valdovinum Treverensem, Honoricum Agrippinensem, Matthiam Mogontinum archimystam, Ioannem regem

14 *Am Rande in A:* Lakoldus dux Cracoviae fit rex Polaniae 19 *Ebendort:* Samgetae et Trassogetae a Ioanne rege Boiemiae et Teutonibus sacratis convertuntur ad fidem. *Vgl. unten, S. 428, die Randeinträge zu cap. 17.*

1 *Vgl. oben S. 200, Z. 7 flgd.* 2 — vindicabimus *nach der Chronik in A.'s Adversarien, I, f. 122 (s. Nachwort)* 18 — vetat *vgl. Annal. Eistettens. p. 554* 20 — iubet *vgl. Joh. Victor. V, 9, p. 408; V, 5, p. 396?* 23 *Die Urkunden melden nichts von einem Regensburger Aufenthalte Ludwigs im August 1324, doch lässt Ludwigs Itinerar (vgl. Böhmer-Ficker, Additam. tertium ad Reg. imp. 1314—1347, p. 432) Raum für einen solchen* 30 — extrusi sunt *vgl. Annal. Eistett. zu 1327.*

Boiemiae. fit senatus consultum, ut caesar operam det, ne germana libertas in servitutem redigatur et maiestas imperii a faucibus tyranni eripiatur. ex consilii itaque decreto vana irritaque esse Vicesimi secundi acta declaratum, quicunque ea tueretur, hostem reipublicae, bona eius publica esse placuit. Oto atque Tolosanus Germania edicto extrusi sunt. Nicolaus pontifex Reginoburgensis pacem a Ioanne emit atque aere impetravit, ut inmunis imperii pontificalis foret neve sententiam pontificiam in caesarem Litavicum promulgaret. rem gratissimam Litavico fecit. Franciscani aliique omnes sacerdotes et monachi, episcopi caesaris principumque decreto steterunt. soli Dominicani modo caesaris, modo pontificis, quocunque utilitas invitabat, rebus studebant. Argentorati, quod diu publice rem divinam fecissent, demum pecunia coempti detrectarent, urbe pulsi sunt. Reginoburgii atque Landesutae e diverso primo sacrificiis publicis aliquamdiu supersedere, huiuscemodi ceremoniis abstinuere, mox pertesi solitudinem, sponte templa aperuerunt passimque, ne egestate perirent, sacra fecerunt. nam Litavicus clementissimus natura atque princeps benevolentissimus neminem ad sacra publica adegit. sed hoc edicto publice ex consilii decreto obnunciavit, cuius exemplum, sicuti tempus postulat, subtexam.

‚Christus servator, dominus atque deus noster, eius legati primarii Petrus, Paulus, Iacobus, Ioannes tempora periculosa, ubi ad caelum migrarint, nobis inminere cantarunt et in primis admonuerunt, ut summopere atque anguium in morem astuti decreta Phariseorum, pseudochristos, pseudoprophetas, pseudapostolos, a mendacio simulatae religionis ita adpellatos, vitaremus, qui se mystas Christi ferunt, cum sint nuncii Antichristi. eos inexplebilis honorum, potentiae, pecuniae sitis atque luxus, avaricia, fastus, quae in proverbium venere, produnt.

1 — placuit *nach der Sachsenhauser Appellationsschrift* 5 — extrusi sunt *Quelle?* 6 — promulgaret *Quelle?* 9 — studebant *vgl. Arnpeck 335; Andreas Ratisbon. 2103* 12 — pulsi sunt *vgl. Arnpeck 328* 13 — fecerunt *vgl. Arnpeck 335* 17 — adegit *wohl nach der Chronik in A.'s Adversarien, I, 122 (s. Nachwort)* 19 sicuti tempus postulat: *hiemit sagt A. selbst, dass er die Sachsenhauser Appellationschrift (die vollständig bei Baluze, Vitae papar. Avin. II, 478 bis 512 gedruckt ist), nicht wörtlich wiedergebe. A.'s Text, von Böhmer, Reg. imp. Nr. 719, als eine ziemlich ungeschickte Umarbeitung bezeichnet, ist früher wohl als eine in Regensburg, 1324, August, ausgegangene selbständige Staatsschrift betrachtet worden, ein Irrthum, den u. a. C. Müller, Kampf Ludwigs des Baiern mit der römischen Curie, I, 349 flgd. berichtigt* 21 Christus: *Matth. 24, 5; 21, 24; Marc. 13, 6; 19, 22;* Petrus: *2, 2, 1;* Paulus: *Tim. 2, 3, 1;* Jacobus: *5, 1;* Ioannes: *1, 2, 18* 24 anguium — astuti *Matth. 10, 16.*

BSB

non imus inficias, ingentia fatemur, tempora nostra censuram non ferunt. iam pridem corruptis moribus simplicitas christiana sordet, longinqua consuetudo potentior veritate vincit, tamen indignatio silentium rumpit. in altissima humanarum rerum specula caelitus positi tacere non possumus, ne canes muti iuxta vatem sacrum, qui latrare non possunt, simus. et si lupos pelle ovina tectos abigere ob infelicitatem temporum non valemus, resistere tamen huiuscemodique prodere munus nostrum est. quamvis tantumdem prodesse, ut vellem, non possumus, tamen non adsecutis voluisse abunde pulcrum atque magnificum est. et ut rem in pauca conferam nec diutius ambagibus inmorer circuitioneque utar remque aperte dicam, Ioannes ille, qui se papam vicesimum secundum nuncupat, qualis sit, oviculis Christi nostro beneficio operae praecium est agnoscere, ne deceptae pelle ovina a saevissimo lupo devorentur.

Nempe sanguinem christianum sitit, discordiae, seditionum mala ubique gentium inter christianos serit. in Germania et Italia literis, pollicitationibus, auro principes, tetrarchas, episcopos, sacerdotes, monachos, cives corrumpere nititur, inducit, sollicitat, concitat, ad arma vocat. adversus divinam providentiam, supremam caeli maiestatem, unde omnis potestas existit, contra charitatem christianam pugnat, fratres in fratres armat, praecipit, ut christiani mutuum adfectum et amorem, quem solum pater immortalis a nobis exigit, exuant, arma corripiant atque in sua viscera vertant, fidem frangant, pacta dissolvant, invicem fraudent, decipiant, imponant, a sacrosancto imperio deficiant, rebellionem, conspirationem, caedes, incendia, stupra faciant. nec licet per hunc Antichristum christianis pacem a deo datam servare, tanta est hominis vel potius sathanae illius vecordia; publice pro concione scelera sua quasi bene facta praedicat. cum christiani (inquit) principes inter se discordant, tum vere romanus sacerdos est pontifex maximus, demum regnat, demum dominatur, ubi omnibus discordia, seditione, mutuo odio debilitatis formidolosa fit eius potestas, universi eius nutui obsequuntur et vel screatus observant, seditio atque discordia Germanorum salus est romanorum pontificum. proinde pro virili enitendum est pontifici maximo, si salvus esse velit, ut aeneum serpentem, hoc est Alemannorum imperium, conterat, in cineres atque favillas redigat. idem iactitat sua opera effectum esse, ut nullus neque Romae neque in Italia ultra siet, qui imperii rebus vel faveat

8 prodesse *fehlt B*

5 iuxta vatem sacrum: *Jes. 56, 10; vgl. oben S. 171, 22* 21 — exigit *Matth. 22, 39; Marc. 12, 31; Joh. 15, 12.*

vel studeat. et profecto eius fraude duo rebus impositi sumus, quos ut vel una quidem literula (cum tamen undique aurisugae atque vultures sui circumvolitarent, templa, fana, sacras aedes compilarent) in gratiam redigeret aut ut iure potius vel apud se quam armis disceptare hortaretur, tantum abfuit, ut nos ultro ad bellum civile concitaret. nullam operam dedit, ut inter nos pacem conponeret, imo magis discordiam aluit, modo mihi, modo Austriaco studebat, nunc Friderico, nunc Litavico favere se simulabat, ut quisque imbecillior erat, ita magis huic operam suam pollicebatur. ad consecrationem ultro invitabat, per fallaciam utrisque verba dedit et pronos ad concordiam rursus arma sumere persuasit. astu haec omnia egit, ut interea, dum domesticis armis cognatisque bellis adterimur, imperium pessundaret, labefactaret, urbes, castella, populos, rempublicam invaderet, in cuius perniciem conspiravit populumque Christi in servitutem redigit, adversus sanctos dei pugnat. sacerdotia maxima, infima sordidissimis quibusque, modo hostes reipublicae sint, conmittit, neminem publici boni studiosum aut pacis amantem in curiam sacerdotum adlegat.

De Phariseorum supercilio nimium sibi adsumit, nihil pensi habet, modo animo suo atque libidini per fas atque nefas morem gerat. divina, humana decreta iuxta contemnit atque conturbat, ius gentium violat, leges naturae prophanat, sacra polluit, indicta causa necdum reos condemnat. sibi licere absque mora actutum vel in nos indemnatos sententiam ferre iactitat. cum capitalis sit inimicus publicusque hostis, tamen in propria causa actor, testis et iudex est, id quod nec apud Turcas neque Iudaeos neque Saracenos neque Sarmatas fieri solet. eos, qui fidem caesari servant et Christo servatori nostro praecipienti obtemperant, nec ullam aliam ob causam haereseos nota inurit. quicquid lubet, licitum iudicat, metitur opibus licentiam. quid igitur cum illo agam? neque ius neque bonum neque aequum exequi scire studet. nihil videt, nihil facit, nisi quod lubet. sathanae spiritum sibi summit, se similem altissimo facit, se adorari (quod caelitum quidam sibi a Ioanne fieri prohibuit), pedes sibi osculari more Diocletiani atque Alexandri crudelissimorum tyrannorum permittit, cum Christus manceps, divinitatis dominus, et deus noster pedes comitum suorum piscatorumque laverit, ut nuncii sui vicissim illis, ad quos missi sunt, faciant. una maiestas atque divina providentia ipsa suis pollens opibus, nil indiga nostri, ubique praesens, universis rebus incubat,

25 actor *sic A u. B* 29 quid igitur — lubet *Ter. Heaut. IV, 1, 29.*

BSB

rebus omnibus per se consulit nec in manu factis templis habitat. nos, dei genus, in eodem vivimus, movemur et sumus. ipse caeli et terrae rector est, nisi forsitan artifex, natura effoeta supremusque rerum parens senio atque labore continuo fessus, Atlantis ritu (ut est in fabulis poetarum) Herculis (qui respiranti interea loci caelum humeris sustineat) vicaria opera atque sempiternus mortalis auxilio indigeat. sed nihil fortuito, nihil humana temeritate aut fit aut regitur. imperatores quoque terris neque forte neque casu, neque a mortalibus neque occulta fatorum potestate dantur, sed a supraemo numine eliguntur atque divinitus constituuntur rebusque humanis a patre indulgentissimo imponuntur.

Porro romanus sacerdos, cuius conversatio in caelis esse debet, urbes, castella, vicos, regiones, opes, potentiam, tantum splendorem, ius gladii ut adventicia non iure suo, sed alieno beneficio occupat, possidet, nempe benevolentia atque liberalitate, ne dicam socordia atque ignavia rectorum Germaniae. at mortalium ingratissimi de optime meritis pessime merentur. ensem, cuius manubrium nostra munificentia tenent, in nostra viscera, quorum beneficiarii sunt, stringere non verentur. obscuri, versuti, versipelles, Celtarum occidentalium freti viribus atque amicicia gentisque gentilicia infirmitate, hoc est levitate atque superstitione confisi, libertati germanae plagas tendunt, simplicitati christianae captiosis aculeis sub magna superficie pietatis imponunt. Darios, Croesos, Epicuros aemulantur, pauperiem, ignominiam, contumeliam, famem, sitim, aestum, frigus, mortes, vincla, carcerem, crucem pati (sicut Paulus, Petrus et Christus, cui se operam vicariam praesidendo terrae dare gloriantur, fecerunt et docuerunt) non solum non callent, sed et peius flagitio timent. divitias solas, imperia, regna, honorem spectant; anxius quam ulli hominum ea conquirunt, quae tamen non tantum Christus et eius legati contempserunt, verum etiam philosophi, poetae, oratores, historici alieni a sacramento verae religionis aspernanda esse viro sapienti, praecipue sacris destinato constanter praecipiunt, ut quae absque scelere et aliorum damno comparari nequeant et fere malos, nunquam bonos (ut est apud Germanos proverbium) efficiant. nec sine causa Christus sentes et spinas, Paulus rete atque laqueos principis Stigii adpellavit.

1 nec — habitat *Act. 7, 48; 17, 24* 2 nos — sumus *l. c. 17, 28* 5 in fabulis poetarum: *vgl. Mythogr. lat. II, 328 Munck* 34 Daz guot machet dicke unguot *Wälscher Gast 3459; vgl. auch Grimm, W. B. IV, 1, 2, 2905 und oben Bd. II, 183, 28* 34 *Matth. 13, 22; Marc. 4, 19; vgl. oben Bd. II, a. a. O. Paul. 1, Tim. 6, 9.*

BSB

Et ut est dissociabile regnum omnisque potestas impatiens consortis, iam egregii illi pastores, opibus et splendore a maioribus nostris aucti ferre parem nequeunt. caesarem Italia, Roma, Christum terris extrusere; illi caelum quidem permittunt, inferos atque terras sibi adseruere deusque terrarum hominumque non solum dici, sed etiam credi volunt, quasi perinde animis atque linguis (quod ne deus immortalis quidem tentat) imperare possint atque divisum cum Iove habeant imperium. repugnant et maxime diversa sunt crucifixus et summa potestas, miles et sacerdos, imperator et pastor, regnum et patibulum, corpóralia et spiritualia, arma et sacra, bellum et pax, caesar et nuncius, princeps et minister, dominus et servus. qui vult esse maximus inter vos, ait supremus arbiter caeli legatis suis, infimus omnium atque vester servus sit, caeteris recumbentibus, quemadmodum ego feci, ad cyathum ministret. unus magister et dominus vester in caelis, vos autem fratres estis.

Bellua multorum capitum, monstrum biceps est augustus et pontifex maximus. id quidem fuisse Decium atque Neronem et huiuscemodi tyrannos, falsorum deorum cultores, in nomismatis et epigrammatis legimus. quod de animo et corpore adferunt, nugae sunt et contortae conclusiunculae, ceu vero nesciamus carnem adversus spiritum pugnare et animam, nisi e corpore emicuerit, interituram. ludibrium naturae abominabile, ira dei socordia atque ignavia nostra est, principem principum servo servire servorum.

Si servus servorum dei est, cur non servit? cur non amat? cur non ministrat? cur non pascit? cur non docet? non nunciat? si id, quod cupit, esse velit, cur non Christi, Petri et Pauli vestigia in carceribus et periculis variis aemulatur? cur mentitur, tergiversatur, fallit, regnat, dominatur? aviditate potentiae, cupidine pecuniae ima summis miscet, omnia venalia, deum et inferos habet. cur vitam Christi parvi pendit, qui de haereditate a fratribus captus, etiam arbiter iudicare noluit, sed competitores ad praetores caesaris reiecit et tribunal relegavit? cum populus eidem regnum Palestinae ultro offerret, aufugit, suum regnum in hoc mundo non esse confitetur. quamobrem Vicesimus secundus non sine maxima sua atque reipublicae pernicie libidine dominandi in praeceps abit, aliena, quae nihil ad eum

5 deusque *sic A u. B* = *für modum für Gott zugelassen*

5 deusque — possint *Curt. VIII, 5, 5; vgl. oben S. 276 a. E.* 8 *Zum flgd. scheint auch Occams Dialogus, Tractatus II, lib. 2 benutzt zu sein. Vgl. auch unten in cap. 19* 12 *Matth. 20, 26; Marc. 9, 34; 10, 43, 44; Luc. 9, 48; Johann. 13* 14 unus — estis *Matth. 23, 8; vgl. oben S. 220, Z. 20* 30 — aufugit *Joh. 6, 15; Luc. 12, 13; vgl. oben S. 126, 31* 33 suum — confitetur *Joh. 18, 36* 35 aliena — curat *Ter. Heaut. I, 1, 24 (oben 179, 6).*

attinent, curat, usurpat; sua, hoc est religionem, spiritalia, mores, vitam hominum negligit, imperium terrae, mortalia vetante Christo arripit, praesides, proconsules, professus crucem atque paupertatem, in aliena ditione obtrudit.

Ubi res ad interregnum redit, penes se summam potestatem esse comminiscitur. munus praefecti praetorio Rheni, reguli Boiorum intercipere atque in se transferre conatur. nec verum est, nulli, qui discordantibus inter se principibus reges consalutati fuerint, ius esse potestatis tantae. id ignaris annalium et hisce, qui, quidnam sit mentiri nesciant, persuadere conetur. Chunradus et Lutharius, Philippus et Oto, Richardus et Alphonsus, Athulphus et Albertus et nuper ego et Fridericus, licet a diversis delecti principibus, tamen reges uterque vocabamur et eramus.

Nos quidem ceremonia solenni ex veteri priscae religionis instituto Francophori celebri loco, comitiis caesareis die praescripto habitis frequenti senatu non solum a pluribus sed a duabus classibus sacrorum et prophanorum, superis rite salutatis atque consultis, creati atque renunciati sumus atque inde in urbe, quam Aquas Graneas vocant, in penetralibus ac domicilio sacrosancti imperii rite sacra obivimus, diadema, ensem, insignia auspicato accepimus. Austriacus post comitia dissoluta, contra decus imperii, adversus leges, auspicia, contra intercessionem et institutum maiorum, non stata die nec tempore constituto, obscuro vico, duobus dumtaxat pecunia et adfinitate corruptis suffragantibus demum irrepsit ultroque se ingessit. et nostram sane causam inmortalis caeli imperator (a quo in summo rerum fastigio constituti sumus et ensem ad inopes, vi oppressos vindicandos et malos perterritandos accepimus) felicitate faustis ominibus et victoria adprobavit.

Idcirco recte, bene ac sapienter, sicuti legibus cautum est, ex consilii decreto, more maiorum Brandoburgensem ducatum (quem ille homo, qui vulgo papa dicitur, Maedoburgensem falso vocat) filio nostro Litavico in tutelam atque fidem commisimus. et cum nostri cives, amici, populares, socii pientissimi in Italia a flaminibus romanis, quod imperio et nobis fidem servarent nec ullum aliud propter facinus armis praeter aequum et bonum adtererentur, nobis eos deserere non fuit consilium. quemadmodum sacramento rogati, religione iureiurandi promisimus, regulos Germaniae clarissimos, Gryphopagos, Nypheos, Druides ad Vicesimum secundum, inde ad legatum eius in Italiam, uti pacem componerent, foedus icerent, proficisci nostro iure iussimus.

29 Brandeburgensem *B*

37 *Die Grafen und Herren v. Graisbach, Neifen, Truhendingen.*

nihilominus illis reiectis adversus maiestatem imperii populique victoris gentium legatus ille Ioannis, osor christianae charitatis, Mediolanum, Comum, Cremonam, Vercellas, Novariam, Ticinum, Laudem, Mutinam, Veronam, Vicentiam, Feliciam, Vellinam, Placentiam, Parmam, Brixiam, Alexandriam, Terdonam, Lucam, Pisas, Aretium, Cesenam, Genuae exules, item alias urbeis Italiae, insuper Mathaeum, Galeatium, Passerinum, Petraemalae, Montisferrati, Matinae, Salutiarum limitum praefectos, cives, praesides, propraetores imperii, christianissimos atque gravissimos viros, hostili animo cum copiis vastat, agros, vicos incendit, stupra, caedes, sacrilegia impune conmittit. illos, quod bella civilia abhorrerent, a nobis et imperio deficere nollent, crimen laesae maiestatis, scelus perfidiae admittere recusarent, haereseos nota inussit, romanus princeps a deo ad arcenda huiuscemodi flagitia delectus gladiumque ideo gestans, inopes, insontes cives, clientes reipublicae devotissimos (quibús etiam a propinquis opem ferre instituimus) potentia, vi, armis malignorum oppressos, sine summa infamia, absque summo scelere deserere non potuit, opem tulit fidissimis atque christianissimis amicis. accusetur illius perfidia, qui prior laesit. vim vi repellere licet. pascat bonus pastor oviculas Christi et amet, non armis oppugnet, vi opprimat. argutas cavillationes missas faciat, veritatem, simplicitatem christianam Christumque, cui verba dare difficile est, amplectatur. illius conversatio sit in caelis, spiritalibus deditus, corporalibus se non contaminet. nos nostro iure, maiorum instituto, sicut ius gentium est, sacra oracula docent, res nostras, nimirum terrena, caduca, fluxa, fragilia agere sinat et verbum inter nos non conmutabimus et tandem desinat tam impudenter mentiri, nisi forsitan omnes Germanos (ut Romanenses autumant) stultos, caudices, asinos, stipites, plumbeos existimat.

Me haereticorum (ut eius verbis utar) fautorem falso vocat. christianus sum, at ipse haeresiarches est. non enim discipulus est Christi, cuius vitam irridet, paupertatem floccifacit, pietatem aspernatur, religionem polluit, sacra prophanat, mores spernit, instituta condemnat, dogmata vilipendit. nam divum Franciscum, veritatis divinae praeconem, paupertatis christianae antesignanum, consecraneos

7 Matinae *sic A u. B* 11 lesae *A*

4 Feliciam: *in der Urk. l. c. 487:* civitati Feltrensi; *Vellinam: l. c.:* civitati Bellunensi 7 Matinae: *in der urkundlichen Vorlage (vgl. p. 488) nichts entsprechendes; neben den Edlen und Markgrafen v. Petramala, Montferrat u. Saluzzo wird dort noch* marchio de Ceva *genannt* 21 cui — est *Ter. Andr. I, 3, 6* 27 stultos — plumbeos *Ter. Heaut. V, 1, 4; vgl. oben S. 126, 26.*

BSB

eius universos Avinione sexto idus Decembris anno ab orbe servato 1322 impietatis condemnavit. audite, obsecro, quam ob causam. homo pecuniosus avidusque imperii argentum evangelio (ubi opes scelera vocantur), aurum Christi inopiae praefert, Franciscanos, fraterculos ignominioso apud se cognomine, item stolidas pecudes, perniciosas vulpeculas, quae simulata religione mundo imponant, populum fallant, nuncupat, illorum religionem excindere, quod Christum, comites eius nihil possedisse in terris doceant, asserant, praedicent, conatur. sed contra coetus Franciscanorum Perusiae celebris universis suffragantibus theologis probe eius facta depinxere veritatemque sacris literis, testimonio divino tutati sunt; quamvis magis carcere et vinclis quam disputationibus huiuscemodi genus hominum castigandum foret, tamen eundem suis depinxere coloribus atque insatiabile avariciae barathrum et simulacrorum cultorem declararunt. nam et auri pondus ingens, quod ab orbe christiano, praecipue Alemania, Arelatensi regno, Italia sub specie expeditionis asiaticae emunxit, Saracenis, ut christianis Armeniae, qui ab eo conpilari atque venire detrectarant, arma inferrent, distribuit. ut Antichristus non sit, tamen eius antecursorem atque anteambulonem esse necesse est, a quo ad propugnandum templum dei (cuius cura nobis caelitus a deo optimo maximo data est) ad universum totius orbis senatum christianum provocamus.'

Atque haec appellatio quibusdam novo atque inaudito antea exemplo periculosa et adversa simplicitati christianae visa est scrupulumque iniecit. Vilelmius Ocomensis, conlegae eius, libris de hac re editis nodum in scirpo quaerentibus satisfecerunt.

Cap. 17. Dum talia in prima Boiaria fiunt, in secunda eodem anno, nempe Christi 1324 Landesutae calendis Octobribus Honoricus tercius decimus, Oto sextus, Honoricus quartus decimus impubis, tercium decimum nactus annum, conventus agunt. proceres et cives Boiariae, quod principes inter se nondum divisa regione discordarent, tumultuarentur, grandem pecuniam omnibus provinciis reipublicae oppigneratis deberent, nepotinis sumptibus, luxu inmodico, donativis supervacuis, intempestivis largitionibus omnium prodigorum ingenia superarent, veteres regulorum amicos, Fridericum magistrum epistolarum, Chunradum Camerunum praesidem, Segifridum Ratoburgensem,

13 baratrum *B* 35 Chamerunum *B*

1 *Bulle Ad conditorem canonum v. 8. Dez. 1322, gedruckt u. a. bei Wadding, Annales Minorum 1322, 57* 22 — satisfecerunt *vgl. Arnpeck 335* 25 nodum — quaerentibus *Ter. Andr. V, 4, 38* 26 — authoresque fiunt, *S. 424, Z. 31, vgl. die Urk. der drei Herzoge v. 4. Okt. 1324; Quellen u. Erörterungen, VI, 282—288.*

item alios dignitate atque curia submovent. deinde suo arbitratu e corpore optimatum duodecim, penes quos administrandae reipublicae, imperandi potestas omnis foret, in senatum adlegunt. duodecim viri fuere: Adaloramus Hallusius, Honoricus Artobergensis, Honoricus Prisingius, Segifridus Bochobergensis, Veronardus Granso, Eburonus a Luteropago, decem millia passuum a patria mea, Chunradus Frunobergensis, Adolardus Frunovius, Arionulphus Maessenusius, Hyldericus Leofinis, aulae praefectus, Honoricus Ramanobergensis, Albertus Rustodoryphus. posthaec diploma Otonis regis Ugrorum, Boiariae inferioris reguli, prolatum, ubi rescissum id, ut vetus atque obsoletum quiritati sunt, has leges gubernandi principibus praescribunt. ante biennium atque quatuor menses Boiaria secunda non dividatur. foedera nulla neque cum externis neque indigenis sunto. absque duodecim virum consilio ducibus in gratiam redire, concordiam inire, in quemquam animadvertere vel munificum esse, senatorem abrogare vel adlegere fas non esto. praesides, praetores, se tutaturos acta Otonis Ungariae regis, eius diplomati staturos sacramenta dicunto. praeses tricenis libris, praetor denis, per quos hisce decretis fraus fiet, mulctator. regulo, qui ista tueri recusarit, nemo dicto audiens esto, nemo obtemperato, cuncti populares, cives, agricolae, sacrificuli, equites exauthorati sunto conspirationemque faciunto. hac rogatione promulgata, subscripsere Veronardus Abusinus, Theothalmus Brygobergius, Hartolivius Bochobergensis, Chunradus Prisingius, Honoricus Satelobogus, Ortolivius Maessenusius, Adeloramus Rotunus, Ioannes Varitus, Hyldericus Iccius, Albertus Neocircus, Berinogerion et Litavicus Gransones, Hartovicus Dagobergius, Epertus ab Haeduno, Vilelmius Vinozeros, Segifridus Frunobergensis a Frunobergomo, Honoricus Taringius, Suitogerion Tuschulo, item civitates primariae, Landesuta, Strubii Vindelicorum, Chamabi Nariscorum in Hercynio saltu, Boiemiae contermini, Burgusium Noricorum. neque tres rectores Boiorum resistere ausi, illa et alia talia sibi placere fatentur authoresque fiunt.

Iisdem diebus caesar arma in Burgionas (tribus est Sueviae, Austriacis tamen parens) movet atque caput pagi arctissima claudit obsidione. Burgardus Herulopagus, qui cum duobus filiis atque trecentis equitibus praesidio ibi conlocatus fuerat, fortiter limitem tutatur, donec Albertus ac Litovalda fratres, Austriae reguli, suppetias obsessis ferrent atque diem, quo aperto Marte cum Litavico confligerent,

16 tutatores *B* 22 Brygobergius *sic A u. B [v. Bruckberg].* 24 Adoloramus *B*

32 — dicerent *vgl. Joh. Victor. V, 5, p. 397* 36 Albertus *Quelle?*

BSB

dicerent. intercepere pugnam Honorici ambo, Tyrolius atque Goricius. Ulmae conventu celebrato amitinos in gratiam redigunt, omnium rerum oblivionem decernunt. Fridericus liber dimissus, regium nomen abiurat. ut Litavico gratificaretur et ne victus beneficio videretur, nunquam Austriacos Boiis candidatis imperii competitores fore dat fidem tabulisque cavet, quas Litavicus Barbatus Angilostadensis imperatori Friderico tercio, quo sibi fidem eius adversus Litavicum Gibbosum, filium suum sibi rebellantem, oppigneraret, resignasse atque reddidisse fertur. Gotofridus Carthusianus Muropagi rem divinam fecit, Litavicus atque Fridericus una hostia pacis stabiliendae ergo perlitarunt.

Litovalda Argentoratum reversus, ibi atra bili percitus periit. Honoricus quoque, frater eius, a Boiemia postliminio domum redit atque absque liberis fato concedit, dum Friderico fratri e Boiaria Austriacos fines repetenti obviam procedere parat. Fridericus nihilominus regem se nuncupat, pacta non servat. quamobrem Ioannes rex Boiemiae iussu Litavici Austriae fines depopulatur rursusque duces Oenobrigae coeunt, pacem de integro atque foedus iureiurandi religione sanciunt. Theodomania episcopo Iuvavensi redditur.

Crebri quoque legati Italiae ibidem fuerunt, Litavicum in Italiam adversus Ioannis pontificis maximi tyrannidem evocant. nam Galeatius, Castrucius, caeteri Italiae praesides cum copiis auxiliaribus Litavici partes pontificias, Florentinos atque Gallos profligarant. Ioannes accepta clade suorum Ioannem Ursinum, flaminem romanum, cum supplemento in Italiam e Galliis mittit, isque cum Ruperto Campaniae sive Neapolitano rege caesarianos persequi coepit. ideo Litavicus ab illis frequenter efflagitatus, tandem italicam expeditionem clamculum meditatur. ubi iam se ad eam rem paratum arbitratur, Rudolpho, nepoti ex fratre, praefecto praetorio Rheni, Monachium, Boiariam primam, impuberes filios, res germanicas committit. ipse cum uxore sua Margarita Bathava paucis comitantibus Tridentum petit, ibi aliquot dies undique ad eum ex Germania, Italia cohortibus turmisque provolantibus substitit.

21 Castrutius *B*

1 — Goricius *Quelle?* 2 — fertur *nach Arnpeck 325, 326* 9 — perlitarunt *vgl. Joh. Victor. V, 5, p. 398* 11 — concedit *vgl. Arnpeck 328* 13 — parat *Quelle?* 14 — depopulatur *vgl. Annal. Eistettens. p. 515;* — servat *auch Arnpeck 326* 16 — sanciunt *vgl. Annal. Eistett. l. c.* 18 — redditur *vgl. Annal. Matseens. zu 1327, p. 828* 19 — meditatur *vgl. Annal. Eistettens. p. 515, 516* 27 — committit *Quelle? Die Angabe ist in der Hauptsache richtig; vgl. Riezler, Gesch. Baierns, II, 389, Anm. 1* 29 — praeficit *vgl. Arnpeck 327, 328; Annal. Eistett. 515, 516, 555.*

Posthaec a Cane Scala, Galeatio Mediolanensi castellano, Veneto atque Aretino pontifice, Columnis Romanis, caeteris Italiae civitatibus Veronam, inde Brixiam, postea Mediolanum nemine prohibente atque adversante (pontificalibus partibus Florentiam caedentibus) festa pace deducitur. ibi quinquagenalibus ferreo diademate ex veteri instituto a Vidone Malapetra archimysta Mediolanensi ornatur. Galeatium cum filio Accio, fratribus Marco, Lucino, Stephano, quod multa avare, superbe in cives conmiserant, in vincla coniicit. Mediolanum libertati restituit, ubi Hugonem Suevum, regulum Montisfortis, praeficit.

Composita atque pacata Gallia togata, Italia omni citeriore in deditionem accepta, superato Appenino, in Ethruriam descendit. Lucae cum maximo honore a Castrucio exceptus est; duos ibi pene menses conmoratur, gratiam praecatore Castrucio Galeatio facit. inde Pisas tendenti cives portas claudunt. nec mora urbs arctissima obsidione circumsidetur nec pontificiae partes auxilio esse queunt. mense ergo Octobri Pisani Litavico se permittunt, qui eosdem in fidem acceptos, peculiari benevolentia posthac prosecutus est. inde maritima ora lustrata, Gallis, qui rebus pontificis studebant, domum redeuntibus, Stephano Columna, Beritholdo Ursino, Ruperto Neapolitano rege Roma in Campaniam caedentibus, summa tranquillitate, nemini molestus, nemine resistente, contradicente repugnanteve Romam pervenit. a flaminibus, episcopis, sacerdotibus, senatu populoque romano imperatorio apparatu, nullo honoris genere more gentis praetermisso, confluentibus undique Italiae optimatibus, pontificibus, civibus, Castrucio cum centum atque quinquaginta equitibus cataphrattis apparente, in urbem deducitur. celeberrimo epiphaniorum festo, frequentissima populi corona, in templo divi Petri nullo penitus refragante, crebris adclamationibus, more veterum imperator, augustus et pater patriae, uxor eius Margarita augusta consalutatur; a flaminibus et mystis, qui Romae habitabant, inauguratur anno ab restituta salute millesimo trecentesimo duodetricesimo.

Posthaec pontificum, procerum Italiae, Germaniae, omni die senatu coacto, Vicesimi secundi iniurias conmemorat aliorumque episcoporum romanorum fastum, ambitionem reipublicae perniciosam, veritati christianae exitiosam docet. sententiae graves, multa libere, audacter fortiterque dicuntur. tandem multis sermonibus ultro citroque habitis, ex consilii decreto Ioannes pontificatu atque dignitate abdicatur, adytu reipublicae christianae submovetur, adversus religionem nostram fecisse

23 adparatu *B* 31 *Am Rande in A:* 1328.

10 — destinatur *vgl. Arnpeck 329, Annal. Eistett. 517.*

pronunciatur. Petrus Corbarius, Franciscanus admodum sapiens, ovili ecclesiastico destinatur, posthaec ad quartum calendas Maii perscribitur senatusconsultum, quod, ut inveni, ex fide, pro necessitate suscepti operis, huc transferre debeo.

,Imperator Litavicus quartus, caesar augustus, gentis humanae, orbis christiani custos, a deo electus, Germanis et veris christianis salutem. cuius parandae atque constituendae gratia, relictis focis, aris, patria, genitali solo, pignoribus nondum adultis in Italiam transsivi, ad caput mundi, Romam, sacrosancti imperii domicilium, sedem nostram, pacifice summa omnium quiete atque favore veni ibique more maiorum, veteri instituto consecrati imperatoris praenomen, caesaris augusti cognomen rite suscepimus atque urbi et orbi dei ope et armis nostra potentia victrici et insuperabili dextra praesidemus, excisuri nostro iure divinae maiestati resistentes, pacis christianae violatores ense (quem ob id a supremo imperatore acceptum gestamus). huiuscemodi autem tumultus atque turbae discordiarum perniciosissimaque mala inter christianos a malignis pontificatus maximi occupatoribus, alioqui fame et inedia morituris seri et exercitari solent, dum alienis inhiant, aliena usurpant, falcem protervam in messem non suam temere porrigunt et, quod ab altero postulant, in se recusant. equidem hactenus, ut iusticia atque aequitate superarem, connivi. et quemadmodum pientissimum Davida (cum filius eius Adonias regnum ambiret, adversus Solomonem, sapientissimum fratrem suum a deo electum, conspiraret) factitasse legimus, scelera patienter tulimus atque dissimulavimus. verum ne tenuis et infirmi animi ignoscendo malis bonos omneis perditum eamus, letalem ambitum, crimina perditissimorum (qui requiescere, donec animi libidinem expleant, non solent) ad vivum ferro, amore reipublicae, cuius cura nobis à caelesti numine tradita est, resecabimus, lupo pellem ovinam iure nostro detrahemus.

Et, ut paucis, missis ambagibus, rem aperiam, aures arrigite, favete, omnium res agitur. universi vulgus sine authoritate, sine

8 transsivi *sic A u. B*

4 *Zum flgd. vgl. den echten Text der Absetzungssentenz vom 18. April 1328 bei Martene, Thes. III, 98; Böhmer Nr. 981. A. hat denselben — pro necessitate suscepti operis, wie er vorausschickt, d. h. um die Einheitlichkeit seines Werkes zu wahren — frei verarbeitet, insbesondere in sein humanistisches Latein übertragen und diese seine Bearbeitung ist von einigen Späteren als besondere, echte Urkunde behandelt worden (vgl. Böhmer Nr. 983). Vgl. besonders C. Müller, Kampf Ludwigs d. B. mit d. röm. Curie, I, 349 flgd.* 20 quod — recusant *Caes. b. civ. I, 32, 5* 21 ut — superarem *Caes. b. civ. I, 32, 8* 25 ne — eamus *Sall. Jug. 31, 27.*

gratia domi atque foris venales sumus; maiestas et authoritas religionis, libertas imperiumque populi christiani, leges, divina, humana prodita sunt hosti acerrimo. quies in seditionibus, in pace turbae sunt. homines sceleratissimi cruentis manibus inmani avaricia, nocentissimi et iidem superbissimi, itidem luxu effoeminati atque ambitione perditi, quibus fides, decus, pietas, postremo vicia, virtutes, honesta atque inhonesta omnia quaestui sunt, arcem reipublicae christianae occupant, tumultum ex tumultu, bellum ex bello serunt. caput factionis, Iacobus ille de Baburco, qui se papam nominat, ingentem vim pecuniae, quam undique a christiana plaebe fraudulenter corrasit, adversus sanctos dei, imperio christiano devotos, pugnantibus suasu Ruperti reguli boni publici hostis atque a divo Honorico septimo caesare augusto proscripti expendit. sicuti Abiathar sacerdos ense caesareo nobis a caeli numine conmisso abutitur, temporalibus huius saeculi curis contra divinum praeceptum incubat, regno mundano inhiat, sicuti pastor est personatus, ita mysticus est Antichristus, canis pellicula tectus, in gregem Christi lupina rabie grassatur. vendit scelera, inferos, superos, beneficia caelestia cauponatur, cum Saracenis Armenios christianos quinque annis continenter eius opem implorantes infestantibus foedus societatemque iniit. Boruscorum primarium praesidem diras inferasque conminatus, cum Lituis, hostibus pietatis christianae acerrimis,

21 *Am Rande in A:* Campi, Curionen *[?]* — David dux Lituanus, burgraf de Gartea, 5 millia virginum abducit *[vgl. die meist auf Petri de Dusburg cronica terrae Prussiae beruhende Kronike von Pruzinlant von Nicolaus v. Jeroschin; Scr. rer. Prussicar. I, p. 601, 606. Dass A. diese abgeleitete, nicht die ursprüngliche Quelle benutzte, ergibt sich am deutlichsten aus der Erzählung von der virgo ingenua und aus dem Namen Andreas Gast, was nur bei Jeroschin, nicht auch bei Dusburg sich findet].* Gedemynno *[Gedimin]* rex Lituaniae. ad hunc mittit Ioannes 22. legatos, is mittit supero David. monachos, sacerdotes occidunt, 200 pagis *[?]* intercidunt — Latcoldus *[Lokietek]* rex Polaniae cum Lituanis irruit. Lukot rex Polaniae in Casimirum petit a rege G. Loket rex Polaniae petit Gedemynnum Lituaniae regem. hic illi mittit 1200 milites, qui cum copiis Polaniae arce *[?]* Possenaw in marchia Brandenburgensi penetrarunt usque Brandeburg; conburunt 200 pagos, solo aequant multa templa et virorum monasteria et monacharum *[?]* exurunt, calices, vestes, reliquias prophanant, diripiunt, hostias pedibus conculcant *[vgl. l. c. 608, 609]* — Lotto, alii Luvoldus *[?]* — Lottonem ducem Cracoviae facit regem Ioannes 22 *[vgl. l. c. p. 616, v. 27078 flgd.]*. Hermannus sa..*[?]* — mentitus Ioannes papa Lituanum christianum fore. Rigae rex per legatos negat; sibi nunquam id in mente fuisse *[vgl. l. c. p. 605, 607]*.

1 domi — sumus *Sall. Jug. 31, 25*; maiestas — acerrimo *l. c. 9, 25* 4 homines — superbissimi *l. c. 12* 6 quibus — quaestui sunt *l. c.* 9 de Baburco *vgl. oben S. 397, Z. 15 u. Anm.*

atrocissimis latronibus inducias facere coegit, hosti religionem prodidit, fenestram invadendi Brandeburgenses christianos aperuit. Litui coniurati Baburci, ultro citro impune per fines Brandeburgensium conmearunt, christianos ferro, caede extinxerunt; vagientes in cunis, in sinu parentum crudelissime contrucidati sunt, templa, coenobia, conlegia sacerdotum, monachorum conpilata, incensa, eversa, virgines sanctae per vim stupratae, hostia sacra (quod referens horresco) hasta transfixa, insultante hoste, hoc convicio sublata, en hic est deus christianorum. liberi a conplexu parentum, uxores maritorum ad ludibrium hostium abstractae, captivorum greges velut pecudum abstracti sunt. aduc Brandeburgensis populus vulnus acceptum luget. atque haec omnia scelere Vicesimi secundi acta sunt. quin etiam classem a Franciae occidentalis rege ad opem christianis Armeniae incolis adversus Saracenos ferendam conparatam astu intercepit. eadem in Genuensium, qui devotissimi sunt christiano imperio, caede abusus est.

Imperii maiestatem, authoritatem reipublicae temere contra placita Christi usurpando labefactat, polluit. monstrum biceps, mundanus et spiritalis esse contendit. Christus, servator noster, cui omnis potestas in caelo atque terra data est, tamen imperium atque regnum terrarum a populo sibi ultro oblatum suscipere detrectavit. regnum meum, inquit, non est in hoc mundo. atque satis constat inter omnis divinae philosophiae, legum et pontificii iuris scientissimos, penes pontificem romanum nequaquam esse utramque dignitatem, sacram atque prophanam. omnis potestas ab inmortali atque suprema est maiestate,

9 *Am Rande in A:* Videre id Polani et indulgent Lituanis, qui illis quoque spectandi gratia sacerdotes et monachos capite truncabant, capita ad saepes affigebant — virgines, mulieres abigunt; conplures nobiles virgines, mulieres constupratae; inter eas formosissima a Lituano accurrente *[?]* dissecatur media, dicente contendentibus pro ea: nun last euher *[sic]* kriegen sein; quisque accipiat partem suam vn *[sic]* pleibt on zorn *[vgl. l. c. p. 609]*. virgines sacras incestant, virgo ingenua orat Lituanum gestientem stuprare; ait: iuva, ut castitatem servare possis; docebo, ut vulnerari nequeas; experire artem in me; adfer gladium, quem consecrabo verbis, ne me vulnerare nec caesim nec punctim poteris *[sic]*. adfertur gladius ..... virgo in genua procumbit, manibus in coelum sublatis orat, obsecrat Christum servatorem, conmendat illi spiritum suum, iubet Lituanum experiri; percute, inquit, vim gladii experire. Lituanus, quam maxima vi potest, vibrat gladium, uno ictu privat caput virginis *[vgl. Jeroschin p. 610]* — ut terra igni vastata. 6 millia christianorum aufferunt in Lituaniam *[vgl. l. c. p. 616, v. 27044]* Andreas Gast praepotens Massoviae ibi Lituan... ...cessere a Polanis. David ducem Lituanum occidit, condoluit necem christianorum 1326 *[vgl. l. c. p. 610:* Andreas Gost]. Rotzet [?] obiit. Lukot rex Polaniae adversus heroas .....viam Polani.... 15 caedem *A u. B*

18 Christus — mundo *Joh. 6, 15. 18, 36.*

caeleste beneficium, quod imperamus, non humanum est. comitiali conventu delecti, suffragiis principalibus conprobati, mortalis cuiuspiam astipulatione aliove hominis authoramento nullo pacto indigemus. sacrosanctum romanum imperium, cui Christus, comites eius omnes obtemperarunt et vectigales fuerunt, sacrificuli fastuosi beneficium esse pernegamus. caput orbis terrarum a suprema caeli maiestate constituti, nulli mortalium, quatenus ad huius saeculi imperium adtinet, rationem reddere debemus. alia illius Iacobi pestilentissimi pessima facinora reticeo: sacrificulos, qui canes muti latrare non audent, poenarum metu, ne veritatem dicant, perterritat; crimen ambitus, sacrilegium novumque aucupium, aes recepticium et quod Avinione habitat, saepius evocatus Romam migrare recusat. quod omnibus bonis cordi non sit, velut levissima missa facio, id, quod ad nos spectat, agamus. ius gladii divinitus nobis traditum ad eradicanda scelera exerceamus, obviam ire factionis potentiae utilitas reipublicae, amor religionis atque pietas subigit.

Iacobum igitur antea a sacrarum literarum antistitibus haeresiarchen declaratum, ex consilii decreto, more maiorum pontificatu submotum atque a Christo repudiatum renunciamus. habemus bonorum exempla, quibus nobis licere id facere, quod illi fecerunt, putamus. Oto primus cum populo romano, sacerdotum eius urbis tribu, Ioannem duodecimum ex albo pontificum romanorum ob scelera (quae si ad flagitia Vicesimi secundi comparaveris, ludus est) erasit, alium pastorem urbi et orbi imposuit. idem alios conplures imperatores optimosque principes fecisse in annales et fastos relatum est. proinde Iacobum illum crimine verae irreligiositatis, nota haereseos antea a Franciscanis caeterisque theologis inustum, contemptorem paupertatis christianae, imperii antichristiani authorem, iure nostro, consilio, sententia, consensu conmuni principum, pontificum Germaniae, Italiae efflagitantibus sacerdotibus populoque romano exauguratum, abdicatum, haereseos condemnatum declaramus, proscribimus, acta eiusdem rescindimus. universi christiani eundem in numero impiorum atque sceleratorum habeant, ab eo omnes decedant, aditum, sermonem defugiant, velut contagionem, ne quid incommodi accipiant, devitent. eidem nullus honor conmunicetur et ab his, quorum interest, opera detur, ut deprachensus more maiorum puniatur. quisquis adversus haec fecerit, hostis reipublicae esto. nos confestim cum sacerdotum curia populoque romano urbi atque orbi pastorem conmuni consilio atque veterum instituto iuxta sacrae historiae leges adlegemus. hoc edictum ab im-

32 in numero — conmunicetur *Caes. b. Gall. VI, 13.*

peratore, item sacerdotum senatu populoque romano signatum est publicatumque in celeberrimo mystarum, populi romani regulorum, dynastarum, tetrarcharum, flaminum, pontificum maximorum minorum antistitum conventu. datum et factum extra templum augustissimum, divis Petro atque Paulo, legatis Christi, dedicatum, octavo decimo die Aprilis, in urbe romana, cunctis sacrificis, universo populo romano in regione pro concione publice eius rei gratia coacto, christianae libertatis anno 1328, invictissimi imperatoris Litavici 4. caesaris augusti, principis optimi, regni 14., imperii vero primo.'

Posthaec a flaminibus et sacerdotibus, qui Romae habitabant, Petrus Corbārius ovili ecclesiastico praefectus renunciatur, Nicolaus quintus nuncupatur, a Castellano pontifice, eius conlegis consecratur. iisdem diebus augusta Romae enixa est filium, cui hancce ob causam Litavico Romano parentes dixere nomen. porro augustus ad ulteriorem quoque Italiam pacandam animum intendit expeditionemque Campanam adversus Rupertum meditatur. verum cunctando disputationibus dies, tempus consultationibus extrahens, hosti interea sese confirmandi locum fecit, rei gerendae facultatem dimisit, rem cunctando perdidit. qui si nulla interposita mora fortunaque usus, celeritate conata atque consilia hostium occupasset, Campaniam, regnum Neapolitanum haud dubie, si famae creditur, subegisset.

Interea dum haec in Italia fiunt, in Germania Gephardus Gryphopagus Aechostadensis pontifex decedit. Fridericus Leucobergensis, praesul Eburacensis, a Vicesimo secundo templo praeficitur, verum iussu caesaris nec a mystis nec a populo receptus est. Fridericus Noreiobergensis praefectus Aechostadium in fidem atque tutelam a caesare accepit. Eburacensi eodem anno defuncto Honoricus Richoneco Avinione degens, Ioanni serviens substituitur. caeterum Honoricus Stonus a caesare datus illum extrusit. Rabanus Trugassius et Albertus Hochophelisso praedia iussu imperatoris administrarunt. idem Ioannes itidem in aliis templis tentavit, sed omnes eius conatus frustra fuere.

7 eius *[?]* ei *A;* cuius ei *B*

10 — consecratur *vgl. Ann. Eistett. 517* 13 *Diese irrige Angabe (vgl. Riezler, Gesch. Baierns, II, 453) wohl nach Joh. Victor. V, 7, p. 404* 14 — subegisset *vgl. Ann. Eistett. p. 517, 518* 22 *Nach Annal. Eistett. 516 und den Vitae pontificum Eystett. (ed. Suttner, Tabula Leonrodiana, p. 6) vielmehr vor Pisa* 23 — administrarunt *scheinen die Vitae pontificum Eystettens. im liber pontificalis Gundecarianus (ed. Suttner l. c.) als Quelle gedient zu haben* 23 Fridericus de Luithenberch *(Leuchtenberg) l. c.* 27 Heinricus pincerna de Reicheneck *l. c.* 29 v. *Stein. Dieser wird in den Vitae pont. nicht genannt* 30 Rabno dapifer; Albertus de Hohenfels *l. c.*

BSB

Eadem tempestate Ioannes, Boiemiae rex, cui intima Germaniae Litavicus commendarat, Lituis, qui dolo Vicesimi secundi christianos vastabant, bellum intulit, eosdem profligavit, quendam celsissimum Lituum vivum coepit atque spectatum circumduxit. superiore anno, nempe aerae nostrae 1327, Monachium, urbs Vindelicorum maxima populosissimaque postridie iduum Februarii (is dies sextus decimus ante Calendas Martias) caesare tum in Italia considente, casu an fraude, non traditur, intempesta nocte arsit; ignis iuxta Angeronem (sacratarum virginum aedes est) erupit; templum divi Petri cum adytu, xenodochium, regio, quam Thalam vocant, regia principum, tercia pars urbis igne concremata est.

In Italia imperator ab urbe romana, relicta ibi uxore, adversus Rupertum Neapolitanum a se et ante a divo Honorico hostem reipublicae iudicatum arma movet, Tyburtes obsidet. Castrucius atque Galeatius, Italiae praesides, ex hac vita migrant. Suevi quoque ac Rhenani civili tumultu inter se ob praedam discordant. augustus itaque militari seditione pulsatus rationibusque suis morte procuratorum conturbatis, mense Augusto cum omnibus copiis Romam rediit. ibi ocii licentia, uti fieri solet, milites corrupti, iniuria atque contumelia romanos cives, alioquin Litavico, quod minus, quam sperarant, in eo auxilii foret, in dies magis atque magis obtemperare detrectanteis adficiunt. hasce ob causas caesar utcumque compositis rebus romanis, omissa cura belli Neapolitani, cum Nicolao quinto, pontifice maximo, Viterbium, inde Pisas concedit, Pistorio, Luca atque Castrutii patrimonio potitur. ibi Quintus aliquot flamines creat, habito suae sectae concilio, Vicesimum secundum rursus diris devovet, haeresiarchen renunciat imaginemque eius ligneam conburit.

At Litavicus pacata Tuscia, relicto Pisis Nicolao, Ethruriam Francisco cuidam committit, subinde Mediolanum petit atque obsidet. circa idem tempus Fridericus Austriacus idibus Ianuarii decedit. frater eius Oto Ioannis primarii sacerdotis instigatione concitatus, Argentu-

9 adytu *sic A u. B*

1 cui — commendarat *Quelle?* 2 — vastabant *vgl. Ann. Eistett. 516, 517*; — circumduxit *vgl. Joh. Vict. V, 8, p. 406* 4 — concremata est *Quelle?* 8 *Nonnenkloster St. Jakob am Anger* 10 *Das Thal, Strasse in München* 14 Tyburtes: *Quelle? oder nur irrige Auslegung des* castrum situm iuxta Tiberim ultra Romam *[Cisterna] der Annal. Eistett. 518?* 14 — migrant *vgl. Joh. Victor. V, 7, p. 404* 15 Suevi — potitur *vgl. Ann. Eistett. 518; Joh. Vict. l. c.* 21 quinta die mensis Augusti *Johann. Victor. 404* 25 — conburit *Quelle? doch wohl nicht nach Alb. Mussat., Böhmer F. I, 189* 28 — committit *vgl. Joh. Victor. V, 9, p. 408* 30 — decedit *vgl. Joh. Victor. V, 8, p. 406* 30 — circumsidet *vgl. Ann. Eistett. 518.*

ariam Germaniae, quae est in Gallia celtica oppidum, circumsidet. imperator ubi hoc audivit, Mediolano Accium, filium Galeatii, imponit, patruos illius Marcum, Lucinum, Stephanum, Canem Scalam, citeriorem Italiam, Patavium, Veronam, item alias urbeis procurare imperat. quarto demum anno, cum triennio Italiae pacandae operam navasset, in Germaniam revertitur, obsessis auxilio venit. Ioannes, rex Boiemiae, ob profligatos pulsosque Lituos triumphabundus obviam augusto procedit, eundem cum Austriaco in gratiam redigit isque Augustae Rhetorum concilio habito in verba Litavici iuravit.

Interim in Italia Stephanus Columna, Beritholdus Ursinus, caeteri hostes reipublicae, partes Ruperti atque Ioannis e latebris rursus prodeunt, coeunt, arma iungunt, caesarianos opprimunt; Pisani quoque deficiunt. Quintus a Bonifacio Pisano in vincla coniicitur, cathenatus Avinionem ad Vicesimum secundum deducitur, ubi e medio sublatus est. haec ubi Litavicus per nuncios cognovit, Ioannem, regem Boiemiae, filium eius Carolum, Moravici limitis praefectum, cum exercitu in Italiam proficisci praecipit isque Lucam liberat, Florentinos, qui eam obsederant, vastat, Brixiam, Bergomum, Parmam, Rhegium, Mutinam, item alias plaerasque urbeis in fide, conlocato ibi praesidio continet. caesariani ad eum confugiunt, oboedienter imperata faciunt.

Sunt, qui tradant eodem temporis tractu imperatorem ducatum Francorum in Boiaria, cuius caput Ambergomum, (ita Nariscos vocant) atque palatium Rhenanum nepotibus ex fratre demum reddidisse. in Boiaria quidem inferiore civilia arma intonuisse constat. nam Honoricus tercius decimus fratri suo Otoni et patrueli Honorico quarto-

4 urbes *B* 11 parteis *B* 23 *Am Rande in A:* ego, ut diplomata ostendunt, id factum Ticini in Italia reperio, anno a nato Christo 1329, samcztag vor Bartholomaei *[August 19. Der Hausvertrag v. Pavia ist aber v. 4. August 1329, Freitag vor Oswaldi; Quellen u. Erörterungen VI, 298. A. hat denselben doch wohl kennen gelernt, aber erst nachträglich, und seine irrige Angabe im Texte über den Zeitpunkt der Trennung der Pfalz von Baiern nicht mehr berichtigt. Vom Samstag vor Bartholomaei 1329 ist eine Urkunde Ludwigs aus Pavia für Amberg datirt; Löwenthal, Geschichte von dem Ursprung der Stadt Amberg, Urkundenbuch S. 12, deren Datum A. wohl mit jenem des Hausvertrags v. Pavia verwechselte]. — Ebendort:* 1330 Rudolph et Rupreht, vormund Ruprehten des iungen bruder, Adolphs sun, bestäten freihait Amberg; Gregorii *[vgl. die Urk. der Pfalzgrafen Rudolf und Ruprecht bei Löwenthal a. a. O., dort lautet aber das Datum:* Georgii].

2 — imponit *vgl. l. c.* 6 — redigit *vgl. Joh. Victor. V, 9, p. 409* 8 — iuravit *vgl. Joh. Vict. p. 410, 411; Ann. Eistett. 519* 14 *vgl. Andreas Ratisbon. 2097:* antipapae in carcere extincti 15 — faciunt *nach Joh. Vict. V, 10, p. 411?* 21 *U. a. Annal. Eistett. 518* 24 — possedit *vgl. Andreas Ratisbon. 2101, 2102; Arnpeck 286, 287.*

decimo bellum indicit hique reguli impares maximo natu opem atque fidem caesaris, communis cognati et parentis, implorant. ille duces ab armis discedere iubet, ipsis diem nono calendas Septembris Reginoburgium, ubi iure disceptent, dicit. eo et Ioannes Boiemus ex Italia, relicto ibi filio Carolo, Fridericus urbis Noreiobergae praefectus, cum imperatore veniunt cumque aliter principes reconciliari non possent, secunda Boiaria in treis parteis divisa est. Terciodecimo, genero Boiemi, Landesuta, Strubii, Scharodunum, Parochocircus et hisce contermini vici, Otoni Noricorum oppida finitima Iuvavensibus, Burgusium, Brundunum, Utinum, Tranostoni, Richalii traduntur. Quartus decimus Landunum, Digulofinem, Vilissoviam Vindelicorum, Tectodoryphos, ubi habitavit, Chamabos, Bogios Nariscorum possedit hacque divisione facta atque promulgata dynastae omnes quisque domum suam abeunt.

Cap. 18. Ioannes iussu augusti rursus cum exercitu in Italiam, ubi filium reliquerat, contendit, velut author pacis, non vindex belli inter parteis inducias componere connititur, cum legato Ioannis pontificis maximi de summis utriusque imperii rebus conloquitur. in Boiaria inferiore sicuti ante, ita post divisionem reguli in se civili bello saeviunt, a Martio capiteque ieiunii per quatuor continenter menses a Chamabis usque Iuvaviam et a Bathavia ad Monachium igne, incendiis cuncta conplentur, villae, agri, casae, vici concremantur. Honoricus minimus natu Vilissoviam moenibus lapideis de integro reficit, diviso opere inter colonos praesulum. ideo a Chunrado Adalogeriopagi antistite dirae ei dicuntur, sed ab Alberto Bathavensi pontifice maledictis solvitur.

Inde in Adaloramum Hallusium, authorem discordiae, arma movet, eundem viginti castellis atque vicis mulctat, sub ditionem vi et armis cogit. inde cum patruele Otone augusti fidem auxiliumque invocat. is Honorico maximo natu, genero Boiemi, foederis violatori bellum indicit. Iulio Strubios, qui eidem parebant, circumsidet, ponte Danubium eo loco, qui Chagarus vocatur, iungit. urbs duos menses obsessa

20 continenter *sic A u. B*

3 circa festum Bartolomaei apostoli *l. c.* 15 — conloquitur *nach Annal. Eistett. 519? Joh. Vict. 412?* 16 velut — connititur *Vell. II, 25, 1* 18 — concremantur *vgl. Andr. Ratisbon. 2102; Arnpeck 287* 20 a die cinerum usque ad festum st. Iohannis Baptistae *l. c.* 22 — opere *doch wohl nach anderer Quelle als der Urkunde von 1320; Mon. Boic. V, 417; vgl. oben S. 401* 24 — solvitur *Quelle?* 27 — cogit *vgl. Annal. Matseens. zu 1330, p. 828* 29 — obsessa est *vgl. Arnpeck 287* 32 iuxta Chalers *l. c. [Kagers bei Straubing].*

BSB

est. sub idem tempus Ioannis Boiemi conloquium cum pontificali legato Veliphones suspectum habere coeperunt. hanc ob rem Rupertus ad caesarianos deficit, deserta pontificis secta, Andream, filium Caroli regis Ungariae, nepotem suum, successorem declarat. rex igitur Boiemus pertesus factiones Italorum cum filio ex Italia in Boiariam reversus, Boios reconciliavit.

Subsequenti anno, qui Christi servatoris nostri 1333, septimo calendas Iulii continua fulgura atque coruscationes terruere mortalium menteis multosque extinxere, sacris atque victimis vici, urbes lustratae, quidam equo vehens reclinato capite in collum equi fulmen evitavit. eluvies quoque aquarum praeter solitum agros inundavit. eodem anno Honoricus quartus decimus, filius Otonis regis, dum Naterobergomi saltitando se exercet, crus fregit, in paucis post diebus animam efflavit; caelebs fuit nec liberos reliquit. sepultus est Salingothalae, in suburbano Landesutae templo. biennio post et Oto, patruelis eius, absque liberis obiit; inferior Boiaria rursus ad unius potestatem rediit.

Eadem tempestate Ioannes Boiemus, pacis studiosissimus, germana augustorum soboles summos reipublicae christianae principes in gratiam redacturus ad Philippum Valesium, regem Galliae, Luthetiam, inde Avinionem petiturus, cum literis Otonis atque Alberti, regulorum Austriae (qui itidem, ut reconciliarentur pontifex maximus atque imperator, operam navabant) proficiscitur. verum Ioannes vicesimus secundus fato concedit, ingentem pecuniarum modum, prope ut fidem excedat, reliquit, divitiis praeteritos vicit pontifices. ipsi Benedictus duodecimus suffectus est. is plaeraque acta Ioannis rescindit, legatos augusti, Rupertum praefectum praetorio Rheni, nepotem ex fratre, Vilelmium Iuliacensem benigne excipit, in gratiam cum illo redire parat.

Inter haec in Germania Honoricus, Tyrolii atque Charionum dynasta, qui titulotenus regnum Boiemiae atque Bolaniae possedit (eius mausoleum Tridenti monstratur) ex hac vita migrat, relicta unica filia Margarita, quae Ioanni, filio regis Boiemiae, nupta fuit. imperator Litavicus Otoni atque Alberto Austriacis, amitinis suis, sorore Honorici progenitis, Linzii tercio nonas Maii ducatum Carnorum atque

6 *Am Rande in A:* Elsam Siciliensem Stephanus, filius imperatoris Litavici, ducit uxorem 8 choruscationes *B* 19 Lutheciam *B* 30 Boloniae *B*

1 — coeperunt *nach Ann. Eistett. 519?* 2 — declarat *Quelle?* 7 — inundavit *Quelle?* 11 — rediit *vgl. Arnpeck 287, 288* 12 dum — diebus *Quelle?* 24 — parat *vgl. Annal. Eistett. 557, 520* 29 — renunciant *vgl. Joh. Victor. VI, 1, p. 415 flgd.*

BSB

Charionum in fidem atque tutelam ritu solenni iure suo conmendat, Tyrolios quidem Ioanni Margaritaeque permittit. porro Honoricus, Boiariae secundae regulus, gener regis Boiemiae, cui soror Ioannis Tyrolii nupta erat, huius frater, Carolus, Moravici limitis praefectus, ob praereptos Carnos atque Charionas bellum Austriacis indicunt, imperatori amiciciam more maiorum renunciant. Landesutae tum demum fulmen pontificium, ubi hactenus repudiatum fuerat, erupit.

Quinetiam ipse Honoricus nova molitur, imperium (nescio, quo fretus dolo) adfectat. Litavicum, ut gratificaretur pontifici maximo, ultro a rerum humanarum fastigio descensurum sibique summam terrarum potestatem ope soceri fatisque destinatam esse, rumore dissipat. inde accitis auxiliaribus copiis a Boiemia Moraviaque, cum mille atque quingentis equitibus Neoburgium, Austriacorum castellum in ora Oeni proxime Scharodunum, quinquagenalibus obsidet, Hyldericum Iccium cum septingentis itidem equitibus Adalogeriopagi subsidere iubet. imperator in altera parte cum exercitu Boiariam secundam invadit, in meditullio inferioris Vindeliciae Landuni castra facit, avidus pugnae, adventum hostium operitur. his copiam confligendi dare detrectantibus, Bathaviam versus contendit, Neoburgii obsidionem solvere Honoricum atque caedere cogit. commeatu exercitum recreat, annona vehicula onerat, rursus inferiorem Boiariam invadit. universa intra Oenum Isaramque depopulatur; incolomi milite Monachium revertit. quadringenti equites Bichostephaniam, suburbanum Fruxini coenobium, diripiunt atque exurunt.

Inter haec rex Boiemiae ex Gallia domum reversus, ubi filio suo intercepisse duos valentissimos Noricorum ducatus Austriacos accepit, recepto in societatem Honorico Boio, genero suo, infesto intentoque exercitu in fines Austriae, Boiemiae atque Moraviae continuos contendit, praeda, igne universa corrumpit. Austriaci ad opem augusti confugiunt. is conlectis copiis, accito Hylderico Viridobergensi, Vilelmio Iuliacensi, cui soror augustae nupta erat, Viennam navigiis defertur. ibi ex veteri instituto Iuliacensem in classem ducum transfert, inde cum Otone atque Alberto, orientalis Boiariae (quatenus cum Danubio infra Oenum extenditur) regulis, obviam Boiemis procedit, proxime

11 destinatum *A u. B*

6 — erupit *vgl. Arnpeck 335* 8 — dissipat *vgl. Arnpeck 288 und Annal. Eistett. 520* 12 — exurunt *vgl. Arnpeck 289; daneben aber hatte A. noch eine uns unbekannte Quelle (aus Aldersbach? Fortsetzung der Fürstenfelder Annalen?)* 25 — confugiunt *vgl. Ann. Matscens. zu 1336, 1335, p. 828?* 30 — luuntur *vgl. Joh. Victor. VI, 3, p. 420; VI, 4, p. 421, 422.*

BSB

hostes castra locat. sed amicis utriusque partis bella civilia detestantibus atque intercedentibus induciae fiunt ducesque Linzii, deinde Neostadii Noricorum conveniunt pacemque hisce conditionibus confirmant. sententia romani episcopi rursus exploditur, iniuria facta Boiemis damnaque inlata pecunia et auro luuntur. Otoni Austriaco, mortua Elissa Boia, Anna, filia regis Boiemiae, nuptum datur, Ioanni, filio Honorici Boii, Elissa, filia imperatoris, despondetur.

Eadem deinde tempestate augustus Boiariam peragrat, inter Cheverinos atque Gebulochoviam octo dies conmoratur. Reginoburgium, liberam tum urbem, sedem principum Boiariae veterem et avitam, recuperare clamculum atque dolo, quod vi et aperte non licebat, nititur. nam et cives in hoc bello cum Honorico senserant, auxilia eidem misisse constabat, pontificias quoque parteis, hoc est, ecclesiae, ut vocabant, demum hoc bello tueri coeperunt et, sicuti Landesutini sententiae atque fulmini Vicesimi secundi demum subscripserunt. Reginoburgensium quidam, praecipue duo, praepositus et Haemeranus, qui paucorum superbe atque avare dominantium potentia oppressi, operam suam in hac re caesari pollicentur, in aedibus Boiariae regulorum, quae muro haerent et nunc in templum divi Egidii conmutatae sunt, cuniculos, quibus caesariani irreperent, Boiemo artifice fodiunt. quartodecimo calendas Iunii depraehensi, in crucem acti sunt a moenibusque pependerunt. artifex Boiemus aufugit. consilium ac conatus imperatoris frustra fuit. aduc saxum cum epigrammate huiusce facinoris monumentum ostenditur.

Fuit is annus ab orbe servato 1337, quo et cometes dirus per treis amplius menses, Iunium, Iulium, Augustum, apparuit. et Iudaei hostes pietatis christianae pervicacissimi ob laetalem simultatem et plus quam civile bellum summorum principum caesaris atque pontificis religioni nostrae (quam alioqui vanam, falsam, confictam existimant) excidium adfore rati, in necem christianorum per universam Germa-

16 praecipue — Haemeranus *in A nachgetragen* 20 *Ebenso* Boiemo artifice 22 *Ebenso* artifex — aufugit 24 *Am Rande in A:* erchtag vor Potentianae; alii Urbani — Honoricus — extat vetus carmen *[nicht erhalten; etwa Quelle des in A Nachgetragenen, das in unseren Quellen sich nicht findet?]*

5 — datur *aus Joh. Victor. VI, 5, VI, 8, p. 426, 434 gefolgert?* 7 *Vielmehr Anna; auch geschah die Verlobung erst 1339. Elissa nennt A. die Braut nach Arnpeck 290* 9 *Köfering und Gebelkofen s. ö. von Regensburg; im Felde beim letzteren Orte urkundet Ludwig am 16. u. 17. Juli 1336; Böhmer, Nr. 1779, 1780* 18 *Zum flgd. vgl. auch Compil. chronol. zu 1337, p. 342* 20 — ostenditur *nach der von Andreas Ratispon. 2100 u. Arnpeck 335 mitgetheilten, in Regensburg noch heute erhaltenen Inschrift* 25 — apparuit *vgl. Ann. Eistett. 520, 521* 26 — adficiunt *vgl. Andreas Ratispon. bei Eccard, Corp. hist. I, 2104.*

BSB

niam conspirant, illos veneno tollere parant, sacra nostra furto sublata furnis ardentibus iniiciunt, incude contundunt aliisque ludibriis adficiunt. quae ubi prodita sunt (sicuti nulla scelera, praecipue huiuscemodi, diu latere possunt; quippe sanguine pluisse traditur), Hartomanus Dagobergius, Tectodoryphi pridie nonas Octobris Iudaeos in vincula coniiciunt, contrucidant, igne incremant, eorum opes diripiunt. idem Strubini, caeteris urbibus Germaniae atque Boiariae praeterquam Viennae atque Reginoburgii factitatum esse reperio, invitis magistratibus, tamen ob furorem vulgi tumultumque popularem opem ferre non audentibus. irato deo illis et nobis, qui neque sancta sancte, neque secreta secrete tractemus, sed religionis nostrae sanctissima mysteria, quibus silentii fides debetur, invulgando prophanemus et uniones porcorum pedibus subdamus.

Locustarum tum ingens vis ab orientis ora erupit. senas alas habebant, dentibus gemmarum in morem nitentibus armatae erant. nubium in morem solis conspectum auferebant, longitudine quinque ac triginta millia passuum, latitudine decem occupabant. acie instructa aera sulcabant, in terra vero castra metabantur. antecursores itinere unius diei, locum aptum castris occupaturi, legiones anteibant, quae in cohortes distributae, cum ortu solis proficiscebantur. nona demum super tellure sedebant; ubi annona deficiebat, alio migrabant. hiemis frigore coactae, latebris, aestate redituraе, se condebant. quarto demum anno ciconiarum, gracculorum, cornicum, monedularum et huiuscemodi volucrum agmina illas devorarunt. herbas, arborum frondes, segetes, foenum per universam, qua longe late porrigitur, Germaniam treis aestates depastae sunt; supplicationes nec quicquam decretae, frustra coelum aeris crepitu, tintinabulis lacessitum, frustra sacris arva, urbes lustratae, pars fustibus ac flamma tollere conabantur. in Boiaria ovis gallinaceis redemptus, gallinarum copias in locustarum agmen educebat.

Iisdem diebus legati caesaris, quos supra Avinionem ad pontificem maximum pacis conciliandae gratia missos commemoravimus, in Germaniam revertuntur; propensum quidem sacerdotem primarium ad concordiam esse, verum illum alieno vivere more et intercedentibus

2 *Am Rande in A:* collectanea Augustana de Ludovico quarto plus 12 procerum *st.* porcorum *B* 18 vero *fehlt B*

3 — diripiunt *vgl. die Pfeilerinschrift in der Deggendorfer Grabkirche und das Volkslied bei v. Liliencron, Hist. Volkslieder, I, 45 und bei Steub, Altbairische Kulturbilder, 146* 7 — audentibus *vgl. Andreas Ratispon. l. c.* 14 — conabantur *vgl. Joh. Victor. VI, 7, p. 430, 431, Andreas Ratispon. 2105, Arnpeck 336, Ann. Eistett. 521, 522; vgl. auch oben Bd. II, S. 600, Z. 16 flgd.* 28 — educebat *vgl. Joh. Victor. VI, 7, p. 430, 431* 30 — queruntur *vgl. Ann. Eistett. 521?*

BSB

flaminibus, maxime rege Galliae, inductum atque depravatum seque re infecta abiisse queruntur, illis suspectam felicitatem, concordiam populi germani esse, qui neminem secum dignitate exaequari, nedum superiorem ferre velint, referunt. postremo proverbium Romanensium proponunt, quibus maxime utile sit Germanos esse quam stolidissimos. hasce ob causas proceres universae Germaniae, sacerdotes, dynastae in agro Mogontino conveniunt quarto nonas Iulii, hostem reipublicae atque religionis christianae proditorem iudicant, quicunque illa acta Vicesimi secundi tutatus fuerit. sed praestat huiuscemodi senatusconsultum sensibus suis omnino, partim etiam verbis inserere.

‚Anno christianae libertatis 1338, sexto die Iulii, hora pene sexta, indictione sexta, Benedicti duodecimi pontificis maximi anno quarto, in pomario vici Rhenosei, in ripa Rheni amnis, ubi fere septem viri caesariani electores convenire atque de summis imperii rebus conloqui solent, Honoricus Mogontinus, Valentinus Agrippinensis, Valdovinus Treverorum archimysta, Rudolphus, Ruperti duo et Stephanus, praefecti praetorio Rheni, cum nondum decretum foret, quisnam eorum comitiis caesareis suffragium ferret, Rudolphus, dux Saxoniae, Litavicus, Brandeburgensis limitis praefectus, item alii plaerique, omnes sacrosancti imperii clientes et optimates, sacrati, prophani concione vocata, sacramento prius rogati, ritu solenni ex consilii decreto, accitis tribus libellionibus, qui in acta, quaecunque fierent dicerenturve, ex fide referrent, subscriberent atque in vulgus ederent, hanc rogationem sciverunt, iusserunt, decreverunt, voluerunt, promulgarunt, perpetuo sanxerunt.

Sacrosanctum imperium summa in terris potestas, caeleste donum est. imperator enim primus ante omnes, secundus post deum est et tam grande nomen a solo deo traditur, cui soli ille reipublicae administrandae rationem reddendam habet. qui a supremo duntaxat caeli numine in summo rerum humanarum fastigio conlocatus est et in terris neque parem neque superiorem habet, per quem leges, iura, regna humanae genti largitur aeterna maiestas. caesari reddite, quae caesaris sunt, praecipit Christus. is et comites eius omnes vectigalia,

13 *Am Rande in A:* siben meil unter Mainz; Kaiserstuel comitis palatini Rheni — Remis · ubi sedes caesarea.

1 — referunt *vgl. Arnpeck 334?* 4 — stolidissimos *Quelle? Occam? vgl. oben S. 187, 14* 10 *Das Weisthum von Rense v. 16. [nicht 6.] Juli 1338, Böhmer, S. 241, Nr. 72, ist also im folgenden nicht wörtlich wiedergegeben. Was Böhmer als Nr. 71 einreiht und als unecht bezeichnet, ist der von Aventin verunechtete Text. Vgl. auch C. Müller, Kampf Ludwigs des Baiern mit der römischen Curie, I, 349 flgd.* 15 Valentinus: *vielmehr Walram v. Köln.*

honorem, officium, obsequium oboedienter ac reverenter imperatoribus praestiterunt.

A curiatis igitur heptarchis rebus impositus continuo more maiorum atque iure gentium rex est et vocatur. ipsum contra maiestatem reipublicae, decus imperii, legatos ad sacerdotem romanum, ut author fiat, copiam administrandi concedat, mittere, eidem iureiurando fidem astringere atque petere ab eo usum regii diadematis religio est. nullum harum rerum ius omnino est pastori, qui servus ovium est et in consecrando domino gregi servit. quippe iure suffragiorum beneficio electorum atque populi quisque imperat. haec verissima esse convenit inter omnes annalium, rerum humanarum divinarumque peritos atque iam saepius utriusque iuris caesarei atque pontificii, caelestis thesauri testimoniis conprobatum est.

Tamen quidam (ut sunt ebrii successu rerum nimio atque impotentes sui mortalium animi, prosperis enim rebus ferocitas atque superbia augescunt) impudentissime refragari non erubescunt. et nonnulli sanctuli, qui sibi sacrarum literarum magisterium arrogantissime sumunt, per fallacias verba domini arguunt, simplicitati christianae imponunt, divinae sapientiae viva oracula polluunt, contaminant, sacram historiam falso interpraetando suae causae servire cogunt, suis moribus atque viciis, nempe ambitioni, superbiae, avariciae adcommodant, veritatem adulterant humanis nugis, caelestem philosophiam mortalium conmentis depravant, invertunt, a germano sensu ad suum negocium, suas nundinas captiosis ratiocinatiunculis detorquent; non voluntatem legi sacrae, sed legem voluntati iungunt. more argutorum hominum magis quam ex aequo atque bono disputant, praeter fas, contra naturae legem docere non erubescunt. pastoris beneficiarium esse dominum neque ante principem principum esse aut nominari oportere, quam ille servus servorum author fiat et dignum, qui regnet, iudicarit, haecque cum maxima reipublicae christianae pernicie, intolerabili populi christiani, imperatoriae maiestatis iactura, nec sine gravissimo tetrarcharum, dynastarum, clientium imperii detrimento, instigante Stygio principe, domino huius mundi, conmenta esse eventus docet, exitus probat. inde bella plus quam civilia, seditiones domesticae, tumultus intestini concitantur, populus christianus se mutuis vulneribus adterit, cognato sanguine manus polluit, stupra, periuria, adulteria, sacrilegia, peculatus, incestus, perfidia impune conmittuntur. haec ob dogmata pestifera, hisce pestilentibus erronibus classicum concinentibus caedes,

21 adcomodant *A u. B* 27 beneficiarum *B* 29 dignum, qui iudicarit, regnet *B*

BSB

paricidia, homicidia, incendia passim eduntur, excidia regnorum, urbium, regionum direptiones ubique fiunt. ima summis miscentur, divina, humana perturbantur, pietas refrigescit, lites, discordia, scelera, simulata religio, ceremoniae cassae fervent et gliscunt, iusticia, pax, concordia, simplicitas, libertas depulsae terris exulant. divitiae atque arma dominantur, fraus, dolus, ambitus ecclesiasticus corripiunt gradum. ut posthac huiuscemodi malis evitatis, augusta pace, festa quiete populus christianus fruatur, ex consilii decreto hocque plaebiscito decernimus, quae supra ritu solenni, religione adacti censuimus, perpetuo sancimus edicto, nimirum ex solo electionis beneficio omnem potestatem imperiumque proficisci nec ullo pacto pontificis romani in hac re sanctimonia, flaminio, authoritate, consensu opus esse. quicunque aliter docuerit, senserit, factitarit, crimine laesae maiestatis reus, hostis reipublicae atque proscriptus esto, capite poenas solvito, bona eius publica sunto, praedia infiscantor.'

Eodem temporis tractu in occidentali Francia, mortuo Carolo Pulchro absque liberis, duo de eo regno iure atque armis disceptant, Philippus Valesius, patruelis Caroli, et Edovardus, rex Angliorum, eius ex sorore nepos. hic iisdem diebus in Germaniam venit, nam uxor eius soror augustae erat et filia in gynecio augustali educabatur. iure igitur adfinitatis apud Confluentes Rheni atque Mosellae ab imperatore excipitur. inde Francophoron ambo principes se conferunt, ubi frequentes Italiae, Germaniae, Galliae, Angliae purpurati et pontifices coeunt. Philippus Valesius a popularibus occidentalis Galliae rex declaratus per nuncios (sicuti et nostro aevo factitare celtici rectores solent) Teutonum animos adversus Anglios auro sibi conciliat, auxilia Germanorum emit, donativa, congiaria largissima distribuit militaribus tribunis, fidem illorum perpetuis sibi oppignerat stipendiis. Carolus, Moravici limitis praefectus, iussus fide publica cum ducentis equitibus apparere, cum quingentis venit, ibi in verba Litavici iurat, se in eius potestate fore dat fidem atque inde a Francis redemptus in Galliam Lugdunensem, Luthetiam ad Philippum Valesium se transfert.

Caeterum praesente Anglio senatusconsultum perscriptum est, lex

13 lesae *A* 15 infiscantur *B*

9 — infiscantor *vgl. Ann. Eistett. 521; Böhmer Reg. Nr. 1922? unten Z. 33 flgd.* 16 *zum flgd. ist wohl auch eine Schrift Occams benutzt; vgl. auch Ann. Eistett. 521?* 19 — educabatur *vgl. Joh. Victor. VI, 8, p. 433, 434* 21 *Vgl. Joh. Victor. VI, 8, p. 432, 433?* 28 — fidem *nach einem Tractate Konrads v. Megenberg gegen Occam. Die Stelle ist im Auszuge mitgetheilt bei Höfler, Aus Avignon, S. 30, n. 2* 33 — omnibus *vgl. Annal. Eistett. 521; Böhmer, Regesten Ludwigs Nr. 1922?*

lata est, eum, qui imperatorem execratum dicat aut sentiat bullasque huiuscemodi pontificias absque consilii decreto recipiat, contra rempublicam fecisse videri, eadem quoque, quae Rhenosei a principibus constituta conmemoravi, tutanda esse summa vi atque ope iuratum ab omnibus. Anglius quoque sententia procerum rex Franciae procuratorque imperii per Gallias, ut amplitudine nominis Germanos alliceret, consalutatus est. iussi sunt equites, milites, tribuni, centuriones, duces pro viribus eidem auxiliares esse. interfuisse senatui reperio cum conlegis Vilelmium Ocomensem, Franciscanorum primarium sacerdotem, acerrimum dialecticum, philosophum theologumque acutiorem, quam ea aetas ferebat. ab illo recentiorum peripateticorum cohortes lectae sunt.

Eodem consilio acta Vicesimi secundi hoc diplomate imperatorio, quod latine extat, denuo rescissa sunt.

‚Imperator Litavicus 4., divino dumtaxat munere caesar augustus, universis christianis salutem. divus Petrus atque Paulus, nuncii aeternae maiestatis primarii, longo ante tempore praedixere, cecinerunt, sedulo nobis denunciarunt, post fata sua vafros, versutos, audaces, falsos prophetas, sacerdotes, legatos mendaces futuros, facta iam pridem illorum depinxere nobis. in templo dei (inquiunt). hoc est ecclesia, quasi sint deus, sedebunt et supra omne id, quod usquam gentium aut colitur aut cultum est, extollentur. neque dicendi neque faciendi ullum, nisi qui libeat, noscent modum, gloriam, regnum concupiscendi nec finem scient nec terminum capient. dominationem, potentiam, urbi orbique terrarum, nec minus ipsis exitiabilem, reiecta cruce Christi, arripient, confictis ad quaestum, lucrum, ambitionem, luxum sermonibus de populo christiano, abusi credulitate stolidi vulgi nundinabuntur. quae itaque vates illi veridici, arcanorum dei interpraetes nobis ante cantarunt, verissima esse experimentis animadvertimus et plane, nisi asini ad lyram simus, sentimus. non imus inficias, est genus hominum imperiosius, quam ut temporum infelicitas refragetur, ad fraudes et commenta superstitiosa, quibus vulgus imperitum facile lactari atque capi solet, ingeniosissimum existit; ad tutandos mores impudentissimum, credulitate stultorum, quorum infinitus est numerus, abutitur. meum est huiuscemodi argutias atque vaframenta, ne hisce simplicitati

10 eas *st.* ea *B*

5 — esse *vgl. Joh. Victor. VI, 8, p. 433; Arnpeck zu 1344, p. 338* 14 *Der folgende Text (Böhmer Nr. 1920) ist von A. frei bearbeitet nach dem echten vom 8. August 1338; Böhmer Nr. 1921. Vgl. darüber auch C. Müller, I, 349* 15 *vgl. oben S. 416, Z. 23, Anm.* 19 in templo — extollentur *2 Thess. 2, 4* 21 neque — capient *Vell. II, 45, 1; 46, 2, 11* 23 potentiam — exitiabilem *Vell. II, 44, 1.*

BSB

christianae imponatur, veritati divinae inludatur, detegere atque confutare. a spinis non colliguntur uvae, propheta dei non accipit munera.

‚Qui vult maximus esse, sit infimus omnium', nunciis Christus praecipit et ‚reges quidem dominantur populo, vos autem servi gregis mei, nempe pastores, non domini estis'. nihilominus tamen, quamquam illa clarissima sint, tamen pessimi Pharisei, perditissimi Antichristi, comitiis caesareis, suffragiis principum rebus impositum aiunt non esse imperatorem, nisi primarius sacerdos, qui dominus rerum et utriusque potestatis manceps sit, author fiat. id etsi pravum, ineptum, falsum, perquam absurdum, alienum a vita sacerdotis crucifixi, divino humanoque iuri, sacris contrarium nec rationi consentaneum siet, tamen illi impostores in malicia pervicatiores, quam boni in pietate existunt.

Quis, obsecro, non videt, nisi talpa plane perpetuo oculis a rerum summo opifice damnatus, terrae tenebris incubet? repugnantissima sunt nec coire possunt corporale et spiritale, terrenum et caeleste, fluxum et aeternum, caducum et inmortale, ensis mysticus atque ferreus; hic caesari a deo datus est, ut malis et pacis atque concordiae disturbatoribus neci datis, boni tranquilla quiete perfruantur. ille concioni christianae a servatore conmissus mortuos vitae restituit, neminem occidit. diversa sunt sacrificulus et augustus, uterque caelesti dono constituitur, suis limitibus clausus atque, ut sunt humana atque divina, ille servorum servus, hic princeps principum habetur et esse in bene constituta republica debet. nos solius dei beneficio curiatorum comitiorum iure, lege suffragiorum, authoritate senatus, maiestate atque viribus populi principatum tenemus. si quis ambigat, ad sacrae historiae penetralia, annaleis priscos recurrat, ita dubitare desinet. quod si ignorare perrexerit, ignorabitur.

Ut tamen sophistae illi, monstra et larvae religionis christianae abominanda, clava Herculis repercutiantur et suo ense iugulentur, veteres iuris pontificii, cui vacat, evolvat codices, ubi non semel scriptum est pontificis atque imperatoris omnino diversas esse iurisdictiones nec vices earum conmiscendas esse. quocirca liquet, quam perperam atque temere Vicesimus ille secundus imperii habenas sibi usurparit, praeter fas atque aequum Italiam a regno Germaniae separare conatus fuerit, adversus leges, instituta, morem maiorum, contra auspicia, intercessionem, authoritatem senatus, maiestatem principum atque populi romani, italici, germanici.

2 a spinis — uvae *Matth. 7, 16* 4 *vgl. oben S. 420, Z. 12, Anm.* 26 si quis — desinet *Vell. II, 4.*

Non tam nobiscum quam cum ipsa republica christiana bonus sane pastor vi et armis et manu, non iure disceptavit. sanguinem christianum lupus cruentus sitivit et hausit. idem hostis, accusator, testis et iudex atque inimicus noster publicus in propria causa tamen adversus nos absenteis, indemnatos, invocatos, iniudicatos, inauditos nec citatos, nec loco legitimo nec die dicto, contra leges, indicta causa, secundum se homo bellissimus pronunciavit. sicuti in rebus invisibilibus et divinis sacerdoti caedimus, ita iure nostro in humanis et his, quae conspici tangive queunt, superiores eo, qui temporalia, dignitatem regum nostro beneficio possidet, sumus. oportet magis Christo quam pontifici maximo obtemperare; ille imperatori suos dicto audientes esse praecipit, hic vetat.

Hasce ob causas bene, recte atque sapienter ab hoste reipublicae christianae ad futurum totius christianismi, cuius ille membrum (si tamen existit), non caput est, senatum provocavimus. orbis, inquit divus Hieronymus, maior est quam urbis ecclesia. sententiam igitur illius Alterius et vicesimi adversus nos latam vanam, irritam ex consilii decreto censemus, declaramus hoc edicto, quod Francophori in augustiore templo ritu solenni subfixum. si quispiam pertinax fuerit, qui oblatrare aut obstrepere ausit, tanquam veritatis osor, pacis conturbator, hostis reipublicae, inimicus pietatis, satelles Antichristi, mancipium sathanae, perduellionis, perfidiae, periurii reus, non philosophorum argumentis vel decretorum, sed verbere, vinclis, carcere fatigatus, possessionibus, peculio mulctabitur et ultimo supplicio more maiorum paricidium luet. datum in oppido nostro Francophoro, die sexta Augusti, anno christianae libertatis 1338, domini Litavici imperatoris clementissimi regni 24, imperii 11.'

Nono subinde die, peracto conventu Francophori, optimates imperii rursus Lonostoni (oppidum est in agro Mogontino) frequentes coeunt, postridie in pomario iuxtim Rhenoseum vicum in ripa Rheni sacramenta invicem, se maiestati reipublicae non defuturos, sed operam daturos, ne quid imperium detrimenti capiat, dicunt, desertorem periurii nota inurendum statuunt.

19 angustiore *B* 25 paricidum *A u. B* 27 *Am Rande in A:* ..... [?] rem [?] Rudolphus, Rupreht der elter, Ruprecht der iunger Martini 1338 *[etwa nach der Urkunde Quellen und Erörterungen VI, 355, die jedoch vom 11. August, nicht von Martini 1338 ist?]*

2 armis — disceptavit *Caes. b. civ. III, 107* 3 idem hostis — causa *vgl. oben S. 418, Z. 24 flgd.* 10 oportet — obtemperare *Act. 5, 29* 16 *Hieron. V, 34* 30 *Vielmehr 16. Juli; vgl. oben S. 439, Z. 10, Anm. A.'s Chronologie ist hier vielfach verwirrt.*

BSB

At imperator Francophori hiemat, ubi proximo deinceps anno Raenoldum, filium Raenoldi, Geldubiae praefectum, albo ducum adscribit et in gratiam cum Reginoburgensibus redit. Dominicani flaminicas parteis (nam Benedictus pontifex maximus amicus caesari erat) deserere, ad imperatorem desciscere, nisi urbe excedere maluissent, publice rem divinam facere coacti sunt. eodem anno Oto Austriacus relictis ex Elissa Boia duobus filiis Friderico et Litovalda ex hac vita migrat. eius aulici fuere parochus Calobergensis et Nithardus Fuxo, antiqua Francia ortus, cuius mausoleum Viennae lusibus, quibus rusticis imposuit, insculptum aduc spectatur.

Caeterum in Boiaria secunda Honoricus tercius decimus, frater coniugis Otonis Austriaci, dum imperator Francophori agit aestiva, moritur calendis Septembribus, anno servatoris nostri millesimo trecentesimo undequadragesimo. uxorem Margaritam, filiam Ioannis regis Boiemiae, filium Ioannem et ducatum testamento imperatori Litavico conmittit. qui atque autummum Francophori exegit, ibidem hiemavit. primo vere ad Boios Landesutam concedit, testamentum Honorici recitari iubet, tutelam adit, legatum imponit hasque leges, quas subtexam, administrandi praescribit: ‚praesides ab odio et gratia, ab amicicia et ira vacui publico bono consultent, inopes ab iniuria potentiorum vindicent, sedulo causas popularium gratuito, absque sumptu, xeniis, munere, accito scripturario, sapientum consilio cognoscant, prudentium suasu decernant. si qua maiora fuerint, ad nos deferantur. praetores ipsi per se ius dicant, responsa reddant, ne iuris dicundi provinciam a se (id, quod nostro aevo fieri solet) in suppositicium quemquam relegent. patrocinia ne vaeneant, causidici salario contenti sint nec clientes onerent. infames, quibus advocare interdictum, nequaquam in iudicio atque foro appareant. latrocinia conmuni ope ab omnibus conmuniter vindicentur; dent operam magistratus, ne fraus hisce legibus fiat. nemo, si quis in publica conmoda peccarit, impune habeat. culpa ferro rescindatur. nullus tamen, cui iniuria facta

2 Geldubae *A* 16 qui atque autummum *sic A u. B; vielleicht ist* aestatem *vor* atque *zu ergänzen.*

1 — adscribit *vgl. Joh. Vict. VI, 9, p. 436; Böhmer Nr. 1977?* 3 — redit *nach den Urkunden Ludwigs v. 21. Dezember 1339; Böhmer Nr. 2041, 2042? Dieselben sind aber in München, nicht Frankfurt ausgestellt* 3 — coacti sunt *vgl. Arnpeck 336* 6 — migrat *vgl. Joh. Victor. VI, 9, p. 435* 8 *vgl. oben S. 399* 9 *Ueber die Grabinschriften des jüngeren Neidhart vgl. Koberstein-Bartsch, Grundriss der Geschichte der deutschen Nationalliteratur*[5]*, I, 228, Anm. 9* 11 *vgl. Arnpeck 290, Annal. Matseens. zu 1340, p. 829* 17 — cogitur *vgl. Ludwigs Urk. vom 6. April 1340, Landshut; Quellen u. Erörterungen, VI, 358—361.*

est, si peccatum condonare, iniuriae ignoscere velit, invitus accusare cogitur.'

Dominicani, qui Landesutae habitabant, cum imperator Honorico bellum indixisset, demum templum suum clausere, rem divinam in contumeliam caesaris, gratificaturi principi suo Honorico, facere supersedere et, ne inconstantiae argui possent, ut qui omni vento doctrinae circumferrentur, hactenus, cum etiam in gratiam principes rediissent, defuncto etiam Honorico, in proposito perseverabant. ad ubi imperator Landesutam venit, pertesi solitudinem, ultro amiciciam caesaris ambiunt, fallaciam, ne levitate notarentur, concinnant, satrapam Degionem clamculum orant, sibi conciliant, quid fieri ab eo velint, edocent. is ex composito faculis postridie prima luce ardentibus ad contubernium mendicantis religionis provolat, nisi aedes actutum aperiatur, res divina, uti prius fiat, sese igne fanum cum monachis concrematurum simulat, vociferatur, clamitat, altercatur. oboedienter atque lubentissime Dominicani huius fallaciae fabri, sua voluntate coacti, obtemperant. aperto templo, nemine repulso, sacra palam, quod ante recusarant, faciunt. posthaec imperator Monachium revertitur, Fridericum Seunechonem praefectura Celeiae in confinio Pannoniae, Norici, Illyrici, Dalmatiae donat.

Interea Anglius rex, adfinis augusti, fretus auxiliariis Teutonum copiis, in Clusino Flandrorum portu classem regis Galliae, quae Favonium spectat, invadit, submergit, undeviginti millia Gallorum ferro partim necat, partim aquis obruit.

Per idem tempus in Boiaria secunda Ioannes, filius Honorici, absque liberis decedit, anno aerae nostrae millesimo trecentesimo supra quadragesimum, undecimo calendas Ianuarias, quo die ante annos undetriginta Stephanus eius avus ex hac vita migrarat. confestim equites, cives, antistites Landesutae coeunt; Fridericus et Litovalda, fratres Austriaci, Otone superiore et Elissa Boia, filia Stephani, amita Ioannis progeniti, item Athulphus, filius Rudolphi fratris augusti, praefectus praetorio Rheni, ducatum principibus orbum ambiunt. illi materna quidem origine proximi erant. nam Ioannem secunda cognatione, amita

29 *Am Rande in A:* landschaft.

3 — faciunt *vgl. Andreas Ratispon. 2103, Arnpeck 290* 6 — circumferrentur *Eph. 4, 14* 10 *Herzog v. Teck* 18 — donat *vgl. Joh. Vict. VI, 10, p. 439, 440* 18 Fridericus libertinus de Suneck *l. c.* 27 *Das Seligenthaler Necrolog, doch wohl A.'s Quelle, verzeichnet nach Mon. Boic. XV, 548, Johanns Tod unter 13. cal. Jan., Stephans unter 12. cal. Jan. Vgl. auch Annal. Matseens. zu 1341* 28 — coeunt *wohl gefolgert aus Ludwigs Handfeste v. 11. Jan. 1341; s. unten, S. 447, Z. 3 flgd.* 29 *Zum flgd. vgl. Joh. Victor. VI, 10, p. 438.*

BSB

eius procreati, contingebant; sed imperator Athulphum una stirpe prior erat; eius pater, avus Athulphi, proavi Ioannis germanus fuit. senatus Boiorum imperatorem tanquam legitimum haeredem aliis repulsis agnoscit, legatos ad eundem Monachium mittit; ut haereditatem adeat, illum efflagitant. annuit postulatis augustus, pridie idus Ianuarias Landesutam proficiscitur, sacramenta sibi equites dicere iubet, fidem dat sese legi Otonianae, qua iudicia regulorum ad equestrem ordinem transferuntur, staturum. inde Vilissoviam petit, ibi quartodecimo calendas Februarii Margaritae, uxori Honorici (quae eiusdem anni quinto idus Iulii obiit), Richardae, coniugi Otonis sexti, dotem, paraphernam pensitaturum, aes alienum, quod Honorici duo atque Oto contraxerint, dissoluturum pollicetur, tabulis cavet. praeterea decreto sancit, ut posthac rursus prima atque secunda Boiaria unus ducatus sint, quae ante annos quinque atque octoginta primum in duos principatus dissectae fuerint. quod si quis filiorum contra moliri tentarit, eundem exhaeredem esse iubet. insuper pacem ubique servari, latrocinia conmuni consilio atque ope conmuniter vindicari mandat. propraetores quoque edicto submovit.

Cap. 19. Iisdem diebus Margarita Tyrolia Mulotesca, ab oris magnitudine ita cognominata, nupta Ioanni, filio regis Boiemiae, Litholdum Schunobergium episcopum Fruxinensem (qui adversus Ioannem Verdensem a pontifice romano impositum, sed Avinione exulantem a mystis electus, Fruxino potiebatur) accersit, se virginem aduc integram esse, maritum liberis operam dare non posse, conprobat. pontifex ergo velut arbiter honorarius matrimonium non esse, nunquam fuisse nec unquam esse posse pronunciat dissidiumque iure suo facit. quapropter Ioannes simul ab uxore et principatu praeter spem excidit exactusque finibus ad Berithrandum patriarcham Aquileiensem, inde in Boiemiam se confert.

13 *Nach* ducatus rursus *wiederholt A u. B* 21 Schunoburgium *B* 28 Boiariam *st.* Boiemiam *B*

3 — augustus *wohl gefolgert aus Ludwigs Handfeste vom 11. Januar 1341; Quellen u. Erörterungen, VI, 375* 5 *Ludwig urkundet vielmehr am 6. u. 7. Jan. 1341 in Landshut, am 11. in Deggendorf, am 15. und 28. in Vilshofen* 6 — staturum *vgl. Böhmer Reg. Ludwigs Nr. 2132 v. 7. Januar* 9 — obiit *vgl. Seligenthaler Necrolog; Mon. Boic. XV, 528* 11 paraphernam: *vgl. oben Bd. II, 425, 9* 12 — submovit *vgl. die Urkunde v. 11. Januar a. a. O. 377* 13 *Bekannt ist nur eine Urkunde Ludwigs für Margarete v. 11. Januar 1341 aus Deggendorf; Oefele, Script. II, 168* 19 — castigabatur *vgl. Johann. Victor. VI, 10, 11, p. 440 flgd.* 21 *Vielmehr wohl Ludwig v. Kamerstein, dem Leutold v. Schaumberg folgte;* — exulantem *vgl. Gesta episcop. Frising., M. G. Scr. XXIV, 326; Arnpeck de gestis ep. Fris. bei Deutinger, Beiträge, III, 523.*

Caeterum Litavicus Brandeburgensis, filius augusti, cuius uxor regibus Cimbrorum oriunda pridem defuncta erat, Mulotescam, quamvis eorum avi germani fuissent, uxorem ducit, exacto Boiemo eius coniuge et ducatu potitur. se quoque Charionum regulum, quem ducatum Austriaci (quibus eundem imperator ablatum Boiemo in fidem dederat) possidebant, adpellat et dici imperat; occasionem eius regni arripiendi expectabat et titulo huiuscemodi aucupabatur. idcirco etiam augustus male audiebat et, quasi haec eius techna atque suasu fierent, vulgo castigabatur.

In eiusdem anni Septembri Boethomysiae (vicus est Lycatium superioris Vindeliciae) corvorum pulli inplumes in nido reperti sunt hique tum episcopi atque reges e medio abierunt: in Boiaria secunda Nicolaus Reginoburgensis Aldaechii, quod superius cognominant, decessit ibique sepultus est; Albertus, filius Alberti Saxoniae rectoris, consobrinus imperatoris, amitinus Austriacorum, Bathavensis episcopus mortem obiit. Honoricus Richonecco Aechostadensibus sacrificis a pontifice maximo impositus, verum a mystis repulsam passus, exul Noreiobergae fato functus est. imperator quidem hunc sacra procurare permisit, verum castella, oppida, caesarea beneficia, in Albertum Hochophelissum transtulit isque administravit.

In Italia Rupertus rex Neapolitanus vita decessit, Andream, filium Caroli regis Ungariae, nepotem suum, ad se accitum, haeredem instituit. eodem anno Carolus quoque, Ugrorum rex, parens Andreae, fato naturaeque concessit, Avinione in Gallia Benedictus duodecimus vita defunctus est; succedit in regno ecclesiae Clemens sextus.

Is secundos ludos saeculares instituit et quinquagesimo quoque anno, sicuti Octavus centesimo, celebrandos censuit. Reginoburgio Fridericum, Aechostadio Beritholdum, Teutonum sacratum equitem, germanos fratres Ioannis Noreiobergensis praefecti imposuit. verum mystae illos recipere recusarunt, Reginoburgenses Honoricum Stonum, Aechostadenses Albertum Hochophelissum episcopum de corpore suo

6 occasione *A* 26 seculares *B*

10 — sunt *vgl. Annal. Eistett. 523* in villa Pechniez *l. c. [Editionsfehler st.* Pethmez? *Pöttmes?]* 13 — sepultus est *wohl nach dem Regensburger Bischofskataloge in Clm 18776, f. 176, wo es heisst:* Nicolaus..... in Obernaltach sepelitur 14 — obiit *vgl. Ann. Matseens. zu 1342, p. 829* 16 — administravit *vgl. Annal. Eistett. 524* 18 *vgl. Vitae pontific. Eystettens. ed. Suttner p. 6:* in Nürnberg obiit 21 — instituit *vgl. Joh. Victor. VI, 12, p. 447* 23 — sextus *vgl. Joh. Victor. VI, 11, p. 445, 444* 26 — censuit *vgl. Annal. Eistettens. 558* 27 — dicarunt *vgl. l. c. 526, 524.*

BSB

legunt hique praedia, urbes, arces, agros possederunt et augusto sese in clientelam dicarunt.

Qui eadem tempestate Hymobertum Viennae Allobrogum, et Litavicum inferiorem, Utini Sueviae regulum, Hyldericum Hangenorum, magistrum epistolarum, civilia bella exosus, Avinionem legatos ad Clementem proficisci iubet; amore reipublicae iram ponit, in se praeter aequum et bonum conmissa condonat, pacem expetit, omnia patienda statuit, quoad spes aliqua concordiae stabiliundae relinqueretur. porro flamines (ut est genus hominum pervicacissimum) rati, ad quos legati mitterentur, iis authoritatem adtribui, timorem eorum, qui mitterent, significari, orationum atque consultationum ambagibus tempus extrahunt. sibi devoti animis indulgent, nullum finem nec modum nec cupiditati nec irae, nisi vincant et voti compotes fiant, neque ponunt neque norunt. aliquo manifesto piaculo impietatem in pontifices maximos, terrarum deos, temere perpetratam luendam esse causantur. Philippus quoque Valesius, romanae Franciae rector, ut animum augusti ab Angliis abstraheret sibique conciliaret, sedulo operam navavit, ut romanos praesides, pastorem atque imperatorem in gratiam redigeret. totum triennium hisce consultationibus extractum est.

Sub idem tempus Ugrorum oratores Avinione in eodem luto haesitarunt. Litavicus rex Ugrus Campaniam, haereditatem Andreae fratris sui, verum a primario sacerdote venalem proscriptam, ne germanus excluderetur regno, licitatus est atque redemit millibus marcarum auri quatuor et quadraginta, sunt unciarum millia trecenta, quinquaginta duo, id est nostratis pecuniae super sexdecim millia aureum nummum octies et vicies centena millia. haec ex Ioanne mysta Strigoniensi excepimus.

4 Langenorum *B; so zuerst auch A* 5 bèllo *B*

3 — redigeret *vgl. l. c. 523, 526; Joh. Victor. VI, 11, p. 445. Den irrigen Namen Hangenohr wohl nach Andreas Ratispon. 2098* 7 omnia — relinqueretur *Caes. VIII, 55* 19 — extractum est *vgl. Joh. Vict. VI, 12, p. 446* 27 *Etwa doch der im obigen viel benutzte und eben hier dem Ende zugehende Johann von Viktring, wiewohl A.'s letzte Nachricht, besonders die von ihm genannte Kaufsumme in unseren Ausgaben Johanns (vgl. auch die auf der Klosterneuburger Handschrift beruhende bei Pez, Scr. rer. Austr. I, 964) sich nicht findet? Wie A. dazu käme, den Cisterzienserabt als Domherrn (diess heisst bei ihm mysta) von Gran zu bezeichnen, bleibt bei dieser Annahme freilich räthselhaft. Dass A. von Johanns v. Viktring Liber certarum historiarum die Klosterneuburger oder eine verwandte Handschrift kannte, darauf deutet seine Kenntniss des Briefes Johanns von Schönfeld (s. unten S. 455, Z. 8 flgd.); vielleicht kannte er auch eine der beiden Wessobrunner Handschriften, über welche Fournier, Abt Johann v. Viktring und sein Liber certarum historiarum, S. 24—32, zu vergleichen ist (die eine ist Cod. lat. Mon. 22107, während die andere, das von Hier. Pez sogen. Chron. Carinthie, verschollen ist).*

BSB

Dum autem talia Avinione fiunt, imperator in Germania cives et equites concordiam inire, foedus icere, pacem (quam tam diutinam atque stabilem nullo alio principe in Germania fuisse haud temere invenies) iureiurandi religione more maiorum sancire praecipit. proceres ad parsimoniam frugalitatemque hortatur persuadetque, ut leges vestiarias, sumptuarias, quibus luxuriae effervescentis aestus coerceretur, et ferrent et exercerent. quippe nobilium plaerique (sicuti et mea aetate factitare solent) patrimonia amplissima helluati fuerant, supellectilem, familiam, pecuniam, praedia, agros, praeterea arces, castella proluerant.

Caeterum in secunda Boiaria Aldaechii superioris atrati druides Histrum, quod nimium vicinus templo agros, prata exederet, ab antíquo meatu, qui locus aduc vetus Danubius vocari solet, gravi impendio alio derivant, novum alveum decem continenter annis effodiunt, mille amplius libras Reginoburgenses expensas referunt.

Quarto tum demum anno legati caesaris Avinione revertuntur mandataque scripta pontificis maximi ad augustum perferunt, quorum haec summa fuit: caesar Vilelmium Ocomensem haeresiarcham, eius conlegas et socios pontifici maximo dederet, decreta adversus Vicesimum secundum, vicarium Christi, retractaret, acta rescinderet, oppro- bria recantaret, edicto perpetuo publice sanciret imperium beneficium esse primarii sacerdotis nec ante caesarem aut esse aut vocari, quam ille author fieret. haec ubi ad imperatorem relata sunt, Francophori proceres convocat, mandata Sexti recitare iubet. fit decretum, huiuscemodi postulata prava, inepta, antiquata, argutiora denique esse, quam simplicitati christianae atque maiestati reipublicae conveniret; irrita vanaque declarata sunt flaminesque Avinionenses secundis rebus ebrios, oblitos humanae imbecillitatis, nullum modum neque dicendi neque faciendi, nisi quem velint, noscere promulgatum; quicquid libeat, licitum putare, licentia sanctitatem metiri adclamatum.

Ioannes rex Boiemus, filius eius Carolus denuo in verba augusti iurant. inde in Franciam ad Philippum regem secedunt. imperator cum hisce eosdem legatos ad Clementem redire iubet, ut aequis conditionibus concordia paciscatur et bene inter bonos agatur, postulat. sed Sextus nullo pacto postulatis annuit, sua dicta velut fulmen rata esse atque observari voluit. reges Boiemus atque Francus frustra

1 — praecipit *wohl nach Annal. Eistett. 523, 524* 4 — exercerent *wohl ungenau nach Ann. Eistett. 524* 11 — referunt *vgl. Andreas Ratispon. 2106; Arnpeck 337, 338* 16 *Das flgd. wohl vornehmlich aus den nur theilweise edirten Schriften Occams und Konrads von Megenberg* 28 nullum — metiri *vgl. oben S. 442, 21.*

reconciliandorum principum sumpsere operam. consulti iussu regum theologi Luthetiae Parisiorum rescripsere responsa Clementis non solum iniqua, superba, sed et contraria aequitati christianae esse. idem Bononienses fecerunt.

Inter haec Vilelmius, frater augustae, absque liberis fato fungitur, anno Christi 1345. Bathavia, Hollandia, Caninefates, Selandi, Toxandri, Hannonii, Frisii lege ad augustam redeunt, quae eo profecta cum duobus filiis Alberto et Vilelmio haereditatem adit, principatu earum gentium potitur.

Interea Monachii sexto calendas Iulii, qui dies erat sabbatum post ferias, quae Christo triumphanti inferos arcemque caeli ascendenti celebres sunt, Honoricus infans excruciatus crudeliter necatus est, corpus venis excisis sexaginta vulneribus cultellis confossum in agro extra moenia repertum, in urbem transfertur, funus omni apparatu atque honore celebratur.

Hoc etiam anno in Apulia Andreas rex noctu in cubili laqueo necatur. Clemens germano suo regnum tradit. verum Litavicus rex Ugrus, occisi frater, cum infesto exercitu in Campaniam contendit. Ioannam, uxorem fratris, cum marito novo, fratre Sexti, item alios caedis conscios authoresque Italia exigit, regno Neapolitano potitur. literis per orbem christianum Ioannam, item pontificem romanum, quatuor flamines paricidii incusat. Ioanna cum coniuge fuga sibi consulit; Avinionem evasit ad primarium sacerdotem.

Cuius auro et pollicitationibus (sicut amicus Avinionensium, Chunradus Maedobergius, quasi benefactum iactitat) in Germania Valdovinus Treverum archimysta, Rudolphus Saxoniae regulus corrupti, Gariolacus Nassavius Mogontini pontificatus (quem alter tamen huiuscemodi conatus ac perfidiam detestans tenebat) spe inescatus, in agro Treverensi coeunt, Carolum, Moravici limitis praefectum, filium regis Boiemiae caesarem designant quarto idus Iulii, anno salutis 1346. Carolus, qui tum in Galliis cum patre Ioanne Philippo regi adversus Anglios suppetias ferebat, ab flaminibus sacramento, quo fidem Litavico astrin-

25 Valolovinus *B*

1 — fecerunt *vgl. oben S. 414, Z. 7 flgd. u. Anm.* 5 — potitur *vgl. Ann. Eistett. 527; Arnpeck 340* 8 cum duobus filiis *wohl gefolgert aus Ann. Eistett. 530* 10 — celebratur *Quelle? [etwa Fortsetzung der Fürstenfelder Annalen?] Die Nachricht Johanns v. Winterthur über denselben Vorgang (ed. v. Wyss; Archiv f. Schweizerische Gesch., XI, S. 231, 232) ist es nicht* 16 *Zum flgd. vgl. Ann. Eistett. 527* 22 — sacerdotem *vgl. Annal. Eistett. 560* 24 — 1346 *vgl. Annal. Eistett. 528* 24 *Konrad von Megenberg in seinem Tractatus de translatione imperii, von dem Höfler, Aus Avignon, S. 26—29, Auszüge mitgetheilt hat.*

xerat, solutus, annuit, nova molitur, totis viribus imperio inhiat. augustus ubi haec comperit, ad Rheni oram cum exercitu contendit, Augustae Nemetum concilium cogit, concionem procerum advocat, perfidiam paucorum, maxime Valdovini Treverensis (quo consultore et authore universa hactenus a se gesta sint) arguit. pontificum maximorum insolentiam, fastum, omnium temporum iniurias in se eorum conmemorat, a quibus inductum depravatumque Carolum, item alios conqueritur, Caroli quoque periurium proponit, senatus authoritatem, populi christiani libertatem, maiestatem imperii, fidem religionis proditam, pollutam docet, liberos esse Germanos asserit, rogat, sene, cuius clementiam, benignitatem, fidem, constantiam, munificentiam iam pridem tot adversitatibus conprobatam senserint, imperare an Carolum, perfidum caput paricidamque, qui avum, optimum imperatorem, impietatis condemnet, regnare velint. absque cunctatione tota concio conclamat, Litavicum rerum potiri, Litavicum a deo imperatorem constitutum esse seque in eius potestate futuros. perfidiam deinde paucorum execrati Caroloque inominatis verbis male praecati, denuo Litavico sacramenta certatim dicunt dantque fidem operam daturos, ne huiuscemodi flagicia inulta sint et germanicae virtuti ab hostibus etiam laudatae tanta macula illinatur.

Vilelmius Ocomensis librum (qui extat) adversus Carolum atque Clementem scribit, ubi hunc haereseos nota inurit, ipsum Antichristum, paupertatis christianae osorem, hostem reipublicae, coniuratum celticorum tyrannorum, Germanorum, gentis christianissimae, inimicum, sectatorem Clementis quinti, Ioannis vicesimi secundi, falsorum pontificum et saevissimorum luporum adpellat, Carolum periurii, laesae maiestatis, paricidii, impietatis in avum et parentem postulat, quod fidem iurisiurandi, qua Litavico astrictus sit, frangat, quod legibus Confluentiae, Francophori, Leostoni ex consilii decreto perlatis perfide fraudem faciat, obiectat. mancipium Avinionensium sacrificulorum, a quibus imperium emerit, compellat, contra decus imperii, maiestatem populi germani, in loco obscuro et ignobili, contra morem, a perfidis electum exprobrat, inauspicatissimum eius fore christiano orbi

33 exprobat *B*

3 *vgl. Arnpeck 350* 6 omnium — conmemorat *Caes. b. civ. I, 7, 1; vgl oben S. 162, Z. 17* 10 — futuros *vgl. Arnpeck 340; das folgende, auch vorausgehende, wohl unter Benützung Occams; vgl. auch Annal. Eistettens. 528* 21 *Doch wohl Occams sogen. Tractatus de electione Caroli IV. Vgl. darüber Höfler, Aus Avignon, 13; Riezler, Die liter. Widersacher der Päpste, 271; C. Müller, Kampf Ludwigs mit der Curie II, 251. A. kannte wohl die Handschrift des Eichstädter Domkapitels.*

BSB

imperium ominatur.. postremo indignum esse, qui in Germania, nationum regina, imperet, docet, maxime quando amicus sit regi Francigenarum, qui perpetuo hostis sit Alemanorum et reipublicae christianae tyrannus, disturbator pacis, author discordiae et seditionum, cuius levitate atque superstitione et viribus freti pontifices romani libertatem christianam oppresserint, imperii maiestatem labefactarint, rempublicam antiquarint, germanicam virtutem discordiae malis debilitarint, adtriverint, populum christianum in servitutem redegerint durissimam. et cum alios (inquit et pergit Vilelmius) gallicus rector ad imperium orbis terrarum iam pridem aspirans, fastu et gentilicia aviditate perdiderit, se ipsum tamen non fefellit, dum sese et pontificem maximum et imperatorem in suo regno esse praedicat.

Idem Vilelmius cum conlegis alium libellum edidit, in quo pastorem romanum atque rerum dominum diversa esse argumentis probat. hunc terrae dominari, illum dispensare spiritalia; illius munia amare oves, pascere gregem, crucem egeni et mendici Christi ferre, huius imperare, strictum ensem gestare, belligerari asserit. item docet imperium nequaquam sacerdotis, sed dei optimi maximi beneficium, cuius populus sit, esse. caesarem continuo esse et vocari, posteaquam a septem viris delectus sit, ad caesarem regna, imperia, divitias, bella, huius saeculi potentiam spectare, sacerdotem romanum nihil horum contingere ac procurare debere, nisi Antichristus esse velit. caeteri theologi, item utroque iure periti, in eandem sententiam plaeraque disputarunt, in libellos redegerunt, quae opera cum blattis in bibliothecis colluctantur. Litovalda episcopus Babobergensis de hac re scripsit; eius opusculum ante annos tredecim Iacobus Vinophelingus, sacrarum literarum professione et disciplina inclytus, excudendum curavit Fridericoque, Saxonum rectori, musarum patrono et omnium eruditorum Moecenati dedicavit.

Alium quoque librum Vilelmius Ocomensis, eius conlegae publicarunt, cui Vindex pacis christianae titulus est. ibi sacrae historiae testimoniis arguunt romanum pontificem, nisi Antichristi fastum, quam Christi et eius comitum paupertatem aemulari malit, infimi cuiusque christiani, nedum supremae potestatis servum esse; tantum abesse, ut cum maxima reipublicae christianae iactura dominari, quicquid libitum

11 pontificis *B* 29 Mecaenati *B* 31 *Am Rande in A:* defensor.

13 *Die flgd. Anführungen deuten auf das zweite Buch des II. Tractats des Dialogus von Occam; bei Goldast, Monarchia, II, 902 flgd.* 26 *Lupold v. Bebenburg, Bischof von Bamberg 1353—1363, Tractatus de iuribus regni et imperii, ed. Jacob. Wimpheling, Argentor. 1508* 31 *Am ‚Defensor pacis', den Marsilius von*

BSB

fuerit, factitare, deus non solum dici, sed credi postulet. atque Franciscani illa et imperatorias parteis constanter tutati sunt. Dominicani modo pontificales, modo caesariani, quo conmodum invitabat, erant.

Chunradus Maedobergensis, parochus et mysta Reginoburgensium, septimo demum post fata Vilelmii anno, illi et Litovaldae, multa ad imperatorem Carolum quartum praefatus, respondere conmititur. Vilelmium Ocomensem authorem scelerum, cultorem tenebrarum, haeresiarcham, depravatorem philosophiae nuncupat, qui suis argutiis nobilissimae simplicitati imperatoris Litavici principis alioqui optimi imposuerit. quicquid enim is in romanam peccarit ecclesiam, Vilelmio acceptum refert, quo authore atque consultore universa conmissa sunt. et tandem homo suavis modos significandi, alia plaeraque huiuscemodi sophistarum conmenta nugasque nugacissimas ab eodem Vilelmio grammaticae pomerio explosas plus quam tragice conqueritur atque deplorat. homo omnium rerum imperitissimus, qui tamen tacere non posset et ne id quidem sciret, quod nesciret. chronica quoque scripsit, ubi fabulosissima quaeque conquisivit. ea, quae de Carolo Magno et Reginoburgio, divo Veronardo, eius urbis episcopo, et Scotis vulgo protrita referuntur, primus confinxit impudentissime et invenere similes lactucas labra; adeo nullum tam impudens est mendacium, quod teste careat.

Sed ad Litavicum augustum revertor, qui peracto conventu Augusta Nemetum egressus Francophoron migrat ibique habitat et adventum augustae operitur. per idem tempus vita defungitur Hyldericus Hangenorus, scrinii imperatorii praefectus, sapientia insignis, Augusta

24 Langenorus *B; so zuerst auch A*

Padua, unterstützt von Johann v. Jandun verfasste, hatte Occam keinen Antheil. A.'s Irrthum ist auf die Angaben bei Arnpeck 334. 335 zurückzuführen. In einer nachgetragenen Randnote (oben S. 398, zu Z. 8) wusste er später den Verfasser richtig als Patavinus zu bezeichnen 1 — erant *vgl. Arnpeck 335 und oben S. 416, Z. 9 flgd.* 4 *Konrads v. Megenberg 1354 oder 1355 verfasster Tractat gegen Occams De electione Caroli IV.; Auszüge bei Höfler, Aus Avignon, S. 29—31* 16 ue — nesciret *Hier. III, 92 B; IV, 3 A; 4 A u. s.* 16 *U. a. die Chronica Konrads v. Megenberg, woraus bei Eccard, Corp. histor. II, 2243 das breve chronicon episcopor. Ratispon. veröffentlicht ist. Ueber einen hl. Bernhard, Bischof v. Regensburg, findet sich jedoch in diesem Stücke nichts. Vielleicht meint A. den hl. Erhard, dessen von Paulus Judäus verfasste Biographie Konrad umgearbeitet hat* 18 vulgo protrita referuntur: *zu A's. Zeit lag auch schon gedruckt vor die ‚Legend von Kaiser Karls Streit von Regensburg', Nürnberg, Fritz-Creussner, s. a.* 19 invenere — labra *Hieron. ad Chrom. I, 98 D* 20 adeo — careat *Plin. n. h. VIII, 82; vgl. Bd. II, 447, 29; 571, 4* 24 — condidit *vgl. Annal. Eistett. 528 und oben Anm. zu S. 449, Z. 3.*

BSB

civitate Rhetorum ortus, cuius opera, consilio, domi, foris, in pace, civilibus rebus, ocio, negocio plurimum est usus imperator Litavicus. testamento cavit, veritus talionem ab Avinionensibus Antichristis (ita adpellabant) et effossi corporis contumeliam, ne in asylo, sed extra humaretur. verum Honoricus Schonecho Augustanus episcopus, cum fratre Hylderico, decessore suo, Avinionensium hostis, in templo eundem magnifice condidit.

Dum haec in Germania geruntur, in Belgica secunda et Picardia inferiore prope Ambianos atque Abovillam Anglius Philippum regem Francigenarum atroci praelio vicit, copias eius profligavit, sabbato, sexto calendas Septembris, quo die ante annos octo et sexaginta Odagrius rex Boiemiae ab imperatore Rudolpho pugna interemptus est. caesa triginta millia Gallorum referuntur; proceres auxiliares hi cecidere Ioannes rex Boiemiae, rex Balearicarum, frater regis Franciae, regulus Luthareae, Litavicus, Flandriae praefectus, Rosobergius Boiemus, quatuor episcopi, duodetriginta dynastae haecque Ioannes Schonovelta Boius ex Brugis, Morinorum oppido (qui partium Anglii praelio interfuit et vulnus adversum in mala dextra, item aliud sagitta percussus in capite accepit) Godofrido Vissenechoni Bathavensi episcopo scribit. rex Philippus, Carolus, filius regis Boiemiae, noctu Ambianos aufugiunt, inde Luteciam petunt.

Sextus amicior Gallis quam Angliis, Edovardo diras inferiasque dicit. ille a personato vicario tyrannoque ecclesiastico ad iustum christiani populi pastorem provocat. porro Carolus in Germaniam, ut Lucilloburgium, Boiemiam, avitos paternosque ducatus adeat, redit, ad Aquas Graneas non admissus, a Leodiensi episcopo recipitur. verum cives episcopum urbe pellunt, auxiliariis Angliorum copiis adiuti, illum cum Gallis, Boiemis urbem obsidentem maxima clade adficiunt, duodetriginta mortalium millia contrucidant, civitatem obsidione liberant. Carolus accepto istoc vulnere Bonnam ad Valdovinum Treverorum, patruum suum magnum, et Valdoramum Agrippinensem, Gariolacum

4 appellabant *B* — *Am Rande in A:* Hangenor, patricii Augustae — Senones, Gelones 5 *Ebendort:* von Scheneck, Schenvelt, Suentaw, Seno 15 *Ebendort:* Adolphus 31 Valdovinum Agrippinensem *A u. B, wohl verschrieben für* Valdoramum.

8 — petunt *vgl. l. c. 529 und den Bericht des Ritters Johann v. Schönfeld bei Böhmer, Acta imperii selecta, p. 750. A. kannte denselben wohl aus der Klosterneuburger Handschrift des Johann v. Viktring (Pez, Scr. rer. Austr. I, 967, 968)* 11 *Vielmehr am 26. August;* — interemptus est *so auch die Chronik in A.'s Adversarien, I, f. 122 v.* 24 — liberant *vgl. Annal. Eistett. 528, 529* 29 *Quelle?* 30 — deducitur *vgl. Ann. Eistett. 530.*

titulotenus archimystam Mogontinum septimo calendas Decembris contendit.

Iisdem diebus augusta Francophoron ad maritum relicto Vilelmio filio in ducatibus paternis revertitur. ambo subinde coniuges in Boiariam migrant. Carolus ob perfidiam omnibus invisus, nusquam receptus, pollicitus se concordiam servaturum, publica fide per Francorum fines in Boiemiam deducitur nec vivo Litavico aut Galliis aut Hercyniae latebris prodire nec habenas rerum usurpare ausus est. clamculum et dolo populares eius Hazigostono, Nariscorum prope Chamabos castello, potiuntur. arcis praefectus Chunradus Camerunus securi ab augusto percussus seu perfidiae seu socordiae poenas capite dedit.

Monachii tum ex hac vita migravit Vilelmius ille Ocomensis Anglia ortus, quarto idus Aprilis, anno ab orbe servato millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. in adytu templi Franciscanorum ad levam aree sepelitur, ubi eius ossa marmoreo saxo, cui superius epigramma incisum, conteguntur. itidem duorum conlegarum et consecraneorum Bonaegratiae Bergomensis et Michaelis Caesenatis ibidem monumenta ostenduntur.

Eodem anno dum imperator Litavicus, quod senectus ipsa, quemadmodum vulgo dici solet, morbus sit, valetudini suasu medicorum venatibus indulgendo consulit ac inter Monachium et Augustam Rhetiae proxime Furstoveltas et vicum Bochos, ubi diva Edigna (quam accolae furtis praeficiunt) humata colitur et ovilia sunt in prato, venationi operam dat et quod augusta puerum enixa foret, laetatur, quinto idus Octobris circiter meridiem de equo lapsus repentino atque inopinato fine (apoplexian vocant) naturae concedit. vixit annos treis et sexaginta, imperavit treis atque triginta, minus diebus sex. locus, ubi mortuus est, Caesaris pratum inde vocatur. corpus a monachis Furstoveltas translatum, ut cum parentibus conderetur, tercio deinde die Monachium a civibus deportatur, ubi in templo deiparae virginis

9 — dedit *vgl. Annal. Eistett. 531;* Haizstein iuxta Cambium; Chunradus de Kamerawe *l. c.* 13 — ostenduntur *nach den nicht erhaltenen Grabsteinen in der zu Anfang dieses Jahrhunderts abgebrochenen Münchener Franziskanerkirche. Vgl. Riezler, Die liter. Widersacher der Päpste, S. 126 flgd.; vgl. auch oben S. 200* 20 senectus — sit *Ter. Phorm. IV, 1, 9* 20 — concedit *vgl. Ann. Eistett. 531* 23 *Puch bei Fürstenfeld-Bruck. Ueber die dort verehrte heil. Edigna, die für die Wiederbeibringung gestohlenen Gutes angerufen wird, vgl. A. S. Boll. Febr. III, 668 flgd.* 30 tercio deinde die *so auch die hier mit der zweiten bair. Fortsetzung der sächsischen Weltchronik, S. 339, übereinstimmende Chronik in A.'s Adversarien, I, fol. 123v., deren fabelhaften Bericht über Ludwigs Tod A. übrigens durchstrichen und mit dem Zusatze:* fabula graecanica *gekennzeichnet hat.*

eius mausoleum marmoreum magnifice regio apparatu extructum cum dignitatis insignibus monstratur.

Omneis Litavico corporis animique virtutes et quantas nemini cuiquam principum contigisse, quippe quod ne inimici quidem negent, satis constat. maiestatem corporis, staturam eminentem, eximiam venustissimamque formam, fortitudinem egregiam, perpetuam in prosperis modestiam, in adversis constantiam, aequam utraque sorte mentem, literarum peritiam (ut captus est principum), non vulgarem pacis conciliandae, amoris popularium civiumque promerendi, latrocinii extirpandi, concordiae stabiliendae, Germaniae pacandae (licet circumstreperent acerrimorum hostium turbae) mirum atque efficax studium.

Tranquillissimo ocio, quiete augustissima, quanta alias non temere, Germania hoc rectore perfruita est. hostes maximi, potentes, dites, factiosi, fortunati, nobiles, ipse pauper, ut qui primam dumtaxat Boiariam, cuius urbes primariae sunt Monachium atque Angilostadium, possedit; tamen curavit unum, hoc quidem, ut sibi esset fides. Avinionenses bullae undique inturgescebant, varia ad conturbandam Germaniam discordiae mala serere tentabant, nihil inmotum, nihil denique in eodem statu relinquere connitebantur, comitia pontificia, caesarea in se transferebant, sed industria Litavici atque optimorum sane et eruditissimorum amicorum consilio obtemperantis contra omnia quieta, omnia tranquilla fuerunt, benignitate superum tanti principis prudentia conata atque consilia Avinionensium pseudochristorum (ita vulgo nuncupabantur) frustra fuere.

Animi sub vulpe latentes nec civeis nec equites nec sacerdotes neque monachos fallere potuerunt; tantum valuit virtus, cura atque vigilantia boni pastoris, et ut principem salubrem reipublicae ex hisce notis (quae aduc in animis et memoriae hominum nostri aevi notissimae inhaerent) agnoscas atque plane scias, Albertum, regulorum nostrorum parentem, quem eloquentissimum sapientissimumque nostra aetas (sicuti etiam Itali fatentur et aeternitati literarum commendarunt) vidit principem, quam simillimum corpore, ingenio, vultu, moribus atavi fuisse et eius virtutes quasi traditas atque ingenitas retulisse reperio, quemadmodum annalium scriptores et picturae indicant.

Procuratorum rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria promovisse a monachis quibusdam creditur; sunt tamen, qui contra opinentur ad hoc, ad pacem retinendam, necessitate reipublicae, tenuitate fisci, inopia aerarii compulsum. primus enim imperatorum

18 nihil — relinquere *Vell. II, 6, 3* 30 *Herzog Albrecht IV., der Vater Wilhelms IV. und Ludwigs* 35 — creditur *vgl. Annal. Eistett. 531.*

privatis opibus, peculio atque aere proprio ac censu suo rempublicam administravit. frequens domi habitavit, ne provinciales oneraret, quibus etiam temperatissimi principis familia gravis esse solet. et semel dumtaxat, quod equidem sciam, tot annorum spacio, tot hostibus, tot adversis petitus, Boios ungulario aere extra ordinem oneravit. equus sex atque triginta, bos viginti, pecora, ovis, capra, sues octo assibus censa sunt. Angilostadii, Monachii, Noreiobergae fere concilia celebravit, quamobrem illae urbes divitiis et moenibus auctae in eam amplitudinem eumque splendorem, sicut modo enitent, praeter vicinas urbes crevere.

Idem veteres leges Boiorum correxit, novas tulit. instituta gentis in libellos retulit, quibus aduc Boii uti solent et secundum eas, codice proposito, ius dicunt. plurimum civitatibus tribuit, eas legibus, rogationibus peculiaribus donavit; Boiariae regnum, quod lacerum, egenum accepit, locupletissimum reliquit, adeo ut eius cura aduc sentiatur, opera aduc appareat. accessione et fortuna tetrarchiarum quarundam, quas referre operae praecium est, ditatum fuisse reperio.

Maessenusium vicus est inferioris Boiariae, Rhodano amni conterminus. eius dynasta Arionulphus zelotypus uxorem suam, filiam Otonis Gryphobergensis, cum ministro, a quo falso suspicabatur adamari illam, Carnobergomi conbussit. mulieris innocentis impraecantisque viro matrimonia infecunda vota superi audivere. eius progenies defecit, opes infiscatae sunt. sepultura horum Landesutae in templo Dominicanorum existit.

Hirsobergomum vero arx est Alemanorum, qui pagus est Boiariae veteris atque Nariscorum. eius regulos locupletissimos curatores Aechostadensium mystarum fuisse comperio, ex quibus orinndus fuit Victor secundus pontifex maximus. Plancostadium divo Benedicto condiderunt.

5 equis *A u. B* 16 *Am Rande in A u. B:* stad noch hinder der thyr 18 Massenusium *B*

2 — solet *vgl. oben Bd. II, 207, 28* 3 — censa sunt *vgl. Ann. Eistett. 526* 11 *Kaiser Ludwigs wahrscheinlich 1334 entstandenes Stadtrechtbuch und sein umgearbeitetes Landrecht, das am 7. Januar 1346 veröffentlicht wurde* 18 *Maessenhausen zw. Freising und Dachau, nicht an der Rott in Niederbaiern. A.'s Irrthum hat schon Hund, Stammenbuch, I, 271, bemerkt* 19 — audivere *Quelle? Hund, Stammenbuch, I, 214, der dasselbe berichtet, scheint ausser A. noch eine andere Quelle gehabt zu haben* 21 *Zu Kranzberg (nach A.'s Chronik, wenigstens ältere Ed., und Hund)* 25 *Hirschberg bei Beilngries* 28 *Ist wahrscheinlich richtig; vgl. Riezler in den Forschungen zur Deutschen Geschichte XVIII, 535. A.'s Quelle ist wohl die Randbemerkung des 14. Jahrh. z. Gundechari lib. pontif. Eichst., M. G. Script. VII, 245, n. c.* 28 *Plankstetten, Berching, Beilngries a. d. Altmühl.*

BSB

nam Barochios, Baerogryssios, Alemani oppida atque vicos, possederunt. ultimi fuere Gephardus, maritus Sophiae, amitae imperatoris Litavici quarti, et filii illorum Gaerionardus et Gephardus. hii ante genitorem ex hac vita migrarunt, cum matre Aechostadii in templo Dominicanorum, quod condidere, humati sunt. caeterum parens omnium suorum superstes, orbus uxore et liberis, decessit anno christianae salutis millesimo trecentesimo super quintum 4. nonas Martii. Rebodoryphi in suburbano Aechostadensium coenobio conditus est. oppida, vicos, praedia, castella episcopo Aechostadensi legavit, at iurisdictionem, ubi plaeraque Nariscorum nobilitas assistens iudices sunt, imperatori Litavico quarto, Boiariae primae regulo, testamento addixit, quam aduc principes nostri exercent et bello boiarico antiquatam instaurarunt industria et cura Leonardi Aequi. ut de P. Crasso Mutiano a Sempronio Asellione dictum est, romanae historiae scriptore, Boiorum ditissimus, nobilissimus, eloquentissimus, iurisconsultissimus est.

Gryphopagus arx Boiariae primae, tetrarchia ad hostia Lyci, unde Lechomundus, hoc est Lycostoma, quoque et Burgiochamorum vocata est. eius dynastae a praefectis Schirorum atque Babone Abusino originem ducunt, sicuti monumenta imperatoris Honorici quarti, quae Schirae extant, indicant. Isenoviam, quae postea Schiram translata est, condiderunt. primus, quem reperio, est Beritholdus. huius filius (sicuti Matheus Maresalicus a Fibropago et Callatino, iureconsultus et harum rerum peritissimus, mysta Augustanus, mihi haec et alia huiuscemodi tradidit) Honoricus cum uxore Litogarda, filiis Honorico 2. et Boloratho Caesaream divo Veronardo aduc viventi contubernium monachorum ditissimum dedicavit anno Christi 1131. soboles Volorathi Theodovalda atque Honoricus tercius; Theodovaldae filius Beritholdus secundus; is cum uxore Adolaeda Schonoveltas sacratis foeminis construxit christianae aerae anno 1241. his Honoricus quartus atque Gariodruda Abusina, uxor Hylderici primi, illo Beritholdus tercius

18 Schyrorum *A* 20 Schyrae *B* Schyram *B* 28 Schoveltas *A*

6 — Martii *wohl nach dem Rebdorfer Grabsteine* 8 *Zum flgd. vgl. die Urk. bei Falckenstein, Ant. Nordgav., cod. dipl. p. 124* 13 *Der Kanzler Leonhard v. Eck; vgl. auch oben, Bd. II, S. 72, Z. 34 flgd. u. S. 456, Z. 16 flgd.* 14 *Gell. N. A. I, 13, 10* 16 *Graisbach, Lechsmund, Burgeck, Eisenhofen* 18 — conderunt *vgl. Chuonradi chron. Schirens., M. G. Script. XVII, 618; Scheirer Urk. M. B. X, 402 (441, Urkunde Heinrichs V., nicht IV.), 458; XXIX, a, 154?* 22 *Matthäus Marschall v. Biberbach u. Kallentin (v. Pappenheim). Ueber ihn und sein Verhältniss zu A. vgl. Wiedemann, Turmair, 70 flgd.* 25 *Volkrat, Kaisheim. A. scheint einer noch nicht veröffentlichten Kaisheimer Urkunde zu folgen* 28 *Kloster Niederschönenfeld bei Rain; vgl. die Urk. v. 1241, M. B. XVI, 259.*

BSB

progenitus, qui Gephardum episcopum Aechostadensem Beritholdumque quartum procreavit. ab hoc sunt Beritholdus et Honoricus ultimi, qui absque liberis decesserunt; opes ad imperatorem Litavicum quartum redierunt. haec partim ab Mathaeo Maresalico harum rerum diligentissimo, partim ex diplomatibus Schirae atque Schonoveltarum excepimus.

Lungiones tribus est Charinorum in Norico ultra Taurum montem. Dorobergomum Vindelicorum quondam arx, nunc templum divo Hylderico dedicatum monstratur in monte, qui Isenisco inminet, ad quintum lapidem ab Utino. Leobergomum, itidem Vindeliciae secundae arx, proximo bello boiarico exusta, prope Landunum atque Digulofinem, in ora Isarae cubat. horum reguli Theodomarus, filius Babonis Abusini, quadragenaria prole inclyti, Elsenopagum atris druidibus proxime Neomartum, quod Rhodanus praeterfluit, condidit. eius nepos Voliphoramus Dorobergensis ad montem divo Vito dedicatum transtulit. huius filius Eburonardus Dorobergensis; nepos Berinogerion, Leobergensis primus; is genuit Veronardum Gaenocophiae et Berinogerionem Vichopagi, ubi eorum sepulcra ostenduntur; conditores illius, filii Veronardus atque Honoricus, cum parente Gaenocophiae humati traduntur. huius proles Honoricus et Veronardus Neomarti sepulti sunt, absque sobole decesserunt; imperator Litavicus quartus successit.

Iuliopagus item arx inferioris Boiariae iuxta Brundunum suos tetrarchas habuit, a quibus oriundi reguli Noricorum ditissimi, quos Schunoburgionas vocamus. nam Eburonardum Iuliopagum et Honoricum Schunoburgensem fratres fuisse et avunculos Eburonardi Dorobergensis reperio.

In superiore Boiaria sub radicibus Alpium Peninarum ad Ambronis arva Belaunorum quoque tetrarchae defecerunt. et haud inde procul in faucibus Alpium Aesculochii praefecti absque liberis decesserunt. Parthani, Berophelisii episcopo Fruxinensi parent; Aesculochium, Murodunum, Staphulensem lacum atque Baelaunos nostri principes possident.

5 Schyrae *B* 14 Neormartum *A* 17 Genocophiae *B* 22 suas *B* 28 Balaunorum *B*

5 *Vgl. oben Anm. zu S. 459, Z. 18 u. 28* 7 *Lungau, Dornberg, Leonberg* 13 *Ueber Elsenbach u. St. Veit vgl. oben S. 38, 231* 18 *Gangkofen, Vichbach. Das flgd. wohl nach Grabsteinen* 22 *Julbach, Schaumburg* 24 Eburonardum Iuliopagum: *bei den Julbachern findet sich der Name Eberhard nicht; wahrscheinlich meint A. Gebhard v. Julbach, der u. a. Mon. Boic. IV, 44, 45 als Bruder eines Heinrich genannt wird* 28 *Weilheim, Eschenlohe, Partenkirchen, Werdenfels, Murnau, Staffelsee.*

BSB

Porro istaec templa imperator Litavicus condidit. Monachii Angerone virgines conlocat, Franciscanos ad aliud templum a se extructum migrare iussit. Augustinianis quoque mendicis aedem ibidem construxit et Emicho episcopus Fruxinensis uno die ambo templa Franciscanorum et Aurelianorum praesentibus Litavico et fratre eius Rudolpho inauguravit. idem Litavicus Angilostadii xenodochium, sicut Litavicus Barbatus, pronepos eius, recitat, condidit. item Pettodoryphos haud longe a Reginoburgio inter hostia Rheni et Nabi Nariscorum sanctarumque virginum contubernium dedicavit. Haeopagum mystarum conlegium a Seoveltis adtritum vindicavit, Vichopagum auxit. Roma reversus in celsissimo Alpium Peninarum iugo, ubi fontes Ambronis, Ethalam divi Benedicti consecraneis a fundamento construxit, quatuordecim sacerdotes, quatuordecim decuriones equestres cum uxoribus ibidem habitare, rebus divinis operam dare iussit. templum fornicatum una pila sustinetur.

In Boiaria aquilonari, contermina Boiemiae in Hercynio saltu Scopholocnii proxime Brennobergonum Roemari, arcis dynastae, consensu atque ope Mariaecellam auspicatus est Godofridus Bochus cum Godofrido Strubinensi et Alberto Stuphio, Fridericus Augius perfecit. druides ab Aldaechio superiore acciti; Nicolaus et Fridericus, episcopi Reginoburgenses, authores facti.

Cap. 20. Iustis corpori defuncti imperatoris solutis, filii eius (quos sex reliquerat) Litavicus Brandoburgius, Stephanus et Litavicus Romanus kalendis Novembribus Landesutae conventus agunt, sacramenta Boios sibi dicere iubent. ipsi vicissim (sicuti fieri solet) in Otonianam rogationem iurant, censum extraordinarium omnem perpetuo abiurant, item indigenas tantum ad officia evectum iri dant fidem.

2 *Kloster St. Jakob am Anger in München* ad aliud templum: *nach der zu Anfang unseres Jahrhunderts abgebrochenen älteren Franziskanerkirche, die an Stelle des jetzigen Hoftheaters stand* 4 — inauguravit *vgl. die bei Meichelbeck, Hist. Frising. II, a, 100 erwähnte, noch nicht veröffentlichte Urkunde. Hiernach geschah die Weihe in beiden Kirchen durch Bischof Emicho 1294 am ersten Sonntag nach Philippi u. Jacobi* 6 *S. die Stiftungsurkunde König Ludwigs vom 25. Juli 1319; Oefele, Scr. II, 136; Mederer, Geschichte v. Ingolstadt, 41. Eine Urkunde, worin Ludwig im Bart der Schenkung seines königlichen Ahnen gedenkt, ist bisher nicht bekannt geworden* 7 *Pettendorf scheint keineswegs eine Gründung Ludwigs* 9 *Hegbach; die Herren von Seefeld* 11 *Ueber Ettal vgl. Hund, Metrop. Salisb. II, 296 flgd.? Arnpeck 332?* 16 *Frauenzell oder Marienzell im Walde Schopfloch, einer Fortsetzung des Donaustaufer Forstes; Reinmar von Brennberg; Gottfried Pucher;* — facti *vgl. die Urkunden von 1324 u. 1351; Hund, Metr. Salisburg. II, 468, 469.*

nisi haec, ut rata sint, operam navaverint, adversus se conspirandi Boiis potestatem faciunt. alii duo filii augusti, Vilelmius, Albertus, in Bathavia atque Hannonia principatum obtinebant Albertusque certior factus de morte parentis, relicto fratre Vilelmio, cui Mathylda Anglia nupsit, in Germania atque Gallia belgica inferiore, in Boiariam se confert. Oto postremo natus et aduc impubis Monachii ab augusta educabatur.

Subsequenti deinceps anno octavo calendas Februarii in Norico, qua Pannoniae, Illyrico, Dalmatiae, Carnis Histriaeque continuatur, maximus terrae motus vespertinusque fuit; durabat nec ante dies quadraginta sistebatur varieque terra quatiebatur miraque edebantur opera. Moravia, Boiaria superior sensit, Juliacum, Voliphobergomum, sex atque viginti urbes et castella prostrata esse in acta eius anni relatum est. homines cum pecoribus interierunt, moenia, templa, aedes subversa sunt, totae urbes corruerunt, montes abrupti cladem insuper eam pressere. nam duo montes concurrerunt, urbibus devoratis agrorumque tractu hausto, villae elisae, animalia permulta, quae intra fuerant, exanimata sunt. hiatus subsecutus partim remansit, partim cuncta sorbuit, ita inducto solo, ut nulla vestigia extent. quinquaginta amplius homines, villicas mulgentes, cum vaccis extinctas diriguisse et corpora a spiritu terreno in salarias statuas redactas apud Charinos haecque simulacra sibi et cancellario Austriaco conspecta esse, refert Chunradus Maegiobergensis, eius tempestatis insignis philosophus et mathematicus. saevissima mox in universum orbem terrarum grassatur pestilentia; plaerique mortalium extincti sunt, quarta pars vix superstes fuit, et subito lue raptati, subito dicto citius interibant, pueri, puellae, laeti, mira referentes, animam efflabant. caeleste auxilium frustra quaesitum, a pontifice maximo sacrificium peculiare adversus hanc pestem Institutum; pagi, vici ad solitudinem redacti sunt. quidam irae caelesti haec tribuebant, alii vi syderum fieri existimabant, vulgus a Iudaeis fontes in perniciem populi christiani intoxicatos credidit, quam-

24 universam *B* 30 alii — existimabant *fehlt in B*

2 *Urkunde v. 4. Nov. 1347 (nur für Niederbaiern); Quellen u. Erörterungen VI, 392* 8 — extent *vgl. Plin. n. h. II, 191—199; 147; die bairische Fortsetzung der sächsischen Weltchronik in A.'s Adversarien, I, f. 123 v. (M. G. Deutsche Chroniken II, 340), Andreas Ratispon. 2109* 8 in die conversionis Pauli *l. c.* 12 *Wolfsberg wird in den erwähnten Quellen, auch bei Megenberg, nicht genannt. Ueber Villach s. auch Annal. Eistett. 532* 22 *Meister Pitrolf, Herzog Friedrichs Kanzler; s. Konrad v. Megenberg, Buch der Natur (ed. Pfeiffer), S. 113 (Konrad sagt aber nicht, dass auch er es geschen) u. A.'s Adversarien a. a. O. (s. Nachwort)* 24 — redibat *vgl. Annal. Eistett. 560, 561, 534.*

obrem in plaerisque vicis, oppidis Iudaei igne concremati sunt. duodecim millia Iudaeorum poenas crudeliter dedisse in regionibus nostris horum temporum scriptores referunt. Pyssarii tum, hominum genus dirum, superstitiosum, subito apparuere. quingenti nonnumquam, aliquando mille viri, mulieres convolabant; oppidatim bini procedebant, nudi superiora usque ad umbilicum se verberibus duriter caedebant tot dies, quot quisque annos natus erat; hinc quasi expiatus omni crimine domum redibat. sanguine quoque pluit et rivi cruenti manarunt; sacra ibi recondita esse vulgus credidit. sacrificuli spe quaestus adfirmarunt, decem millia passuum a patria mea, iuxta hostia Alemani, apud Chelamos in ripa Danubii torrens sanguinolentus (qui iuxta conscios secretorum naturae nil aliud est quam vapor uvidus, qui confusus halitu terreno igneoque rubescit) erupit. cives signum a Deo lecti loci credentes, confestim aediculam ligneam ibi condunt. nunc ibi extat templum lapideum, cui est a sacro sanguine cognomen. veteres religionis nostrae assertores efficaciae desertorum spirituum illa quoque, ut hominibus stolidis imponant, adtribuunt.

Dum autem talia post mortem imperatoris Litavici fiunt, Clemens sextus pontifex maximus Carolo diploma dat postulatque, ut Germani Carolum ecclesiae fidum recipiant, et nullum posthac prius fore caesarem, quam primarius orbis christiani sacerdos, vicarius Christi author fiat, iurent, insuper abrogationem pontificis maximi ad imperatorem adtinere, haeresim omnium perniciosissimam esse profiteantur. at Germani partim tergiversantur, partim aperte detrectant atque proclamant: usque adeo ne servus ille servorum fastu libidineque dominandi furit, insanit atque in praeceps abit, ut omnium saevissimorum tyrannorum, quos unquam fuisse legimus, crimina, superbiam vincere propalam perfricata fronte contendat?

Caeterum Carolus nunciata sibi morte Litavici Reginoburgium concessit. cives ubi eius conatus atque postulata romani pontificis intellexere, armis correptis, ianuis obseratis, vicis cathenis ferreis conclusis, eundem Sazenovio consule, Honorico Zanthone, urbis praetore, et Gumoperto principe senatus, deducentibus atque tutantibus, ne a plaebe insultante, circumfremente, convicia coniectante vis in

32 *Am Rande in A:* Chunradus 33 *Am Rande in A:* Leopoldo.

3 *l. c. 534 Pyssarii-Büsser* — redibat *vgl. oben S. 322, Z. 28 flgd.* 8 *Quelle zum flgd.? vielleicht eine lokale Aufzeichnung bei der Kirche zum hl. Blut?* 15 *Zum heiligen Blut bei Kelhaim* 19 *Das flgd. wohl nach Occams Tractat de electione Caroli IV.* 29 — ciiciunt *vgl. Andreas Ratispon. 2112, 2113. Der Vorgang ist von Aventin zu früh angesetzt; vgl. Gemeiner, Regensburgische Chronik, II, 98.*

eum fieret, urbe eiiciunt. ipse inde Noreiobergam petit, honorifice a patribus exceptus est. populus vero concitato tumultu illos civitate exturbat; Litavicum Brandoburgensem filium, Litavici imperatoris amicissimi Noreiobergensibus, recipit.

Posthaec principes coeunt, dignitatem Carolo abrogant, Edovaritum regem Anglium, adfinem Litavici quarti, rebus imponunt. is quidem gratias ingenteis, quod se potissimum supremo humani generis fastigio dignum censuissent, Germanis agit; verum causatus se gravissimo Francorum bello premi, tantam molem subire detrectavit. Honoricus deinceps Moesiaci limitis praefectus, cui Mathylda, filia Litavici augusti, nupta erat, caesar salutatur. sed ocii appetentior et detestatus bella civilia, acceptis a Carolo sexdecim millibus drachmarum auri, ultro dignitati caedit. sub idem tempus Albertus secundus Austriae regulus, cuius filius, Albertus tercius, gener Caroli erat, accitis ad se Gariolaco, filio Gariolaci Nassuni, pontifice titulotenus Mogontino, Babobergensi et Viridoburgensi episcopis, cum Ortholpho atque Godofrido fratribus Vissenechonibus (hic Bathaviae pontifex, ille Boiorum archimysta erat) cum legatis regis Ungariae, cuius fratri filia Quarti in matrimonium data erat, Bathaviae conventus agit, paci operam navat. apparuit et Arionistus archiepiscopus Pragae, orator Caroli; filii quoque augusti cum maximis praesto fuere copiis; ob pertinaciam partium re infecta discessum est. Chunradus Haedechius iussu Caroli Noreiobergensibus bellum indicit, cives capit, in crucem suffigit.

In Brandoburgensi regno pistor quidam se Valdomarum, Litavici decessorem, cui quam simillimus erat, simulat; ope et armis Caroli adiutus, quasdam urbeis capit. eo Litavicus, filius augusti, cum Ruperto praefecto praetorio Rheni, patruele suo, infesto exercitu contendit, adversus Pseudovaldomarum pugnat. Saxones, Boiemi iussu Caroli suppetias impostori ferunt, Rupertum capiunt, Litavicum regno caedere cogunt. is se Francophoron confert, ibi Honoricus Mogontinus archimysta, Rudolphus praefectus praetorio Rheni, Litavicus Brandoburgensis, reguli Boiorum, dux Saxoniae comitia caesarea habent, Guntherum Suarizoburgium (quo nemo tum melior in Germania existimabatur, unde et optimi cognomen meruit) caesarem constituunt. is

15 pontificis titulotenus Mogontini *A* 16 Viridobergensi *A*

1 — exceptus est *vgl. Annal. Eistett. 532;* — recipit *l. c. 533* 13 — discessum est *vgl. Annal. Eistett. 533* 14 *Vielmehr Rudolf* 19 *Kaiser Ludwigs Tochter Margarete, vermählt mit Stephan von Ungarn* 22 quidam nobilis de Haydegk *l. c. 534;* Ch. de Haydek *l. c. 544* 24 — migrat *vgl. l. c. 533—536, 540 und wohl Urkunden.*

Francophoron venit, urbe finitimisque civitatibus menses ferme duos potitur, subinde adversa valetudine corripitur. Carolus adest et, ut prudens atque eloquens erat, Boiorum vires, sine quorum ope se rerum potiri non posse animadvertebat, sibi coniungere parat. Litavicum Brandoburgensem ad conloquium de summis utriusque rebus evocat, benigne adpellat, primus de pace mentionem facit, amiciciam pontificis maximi pollicetur, filiam Rudolphi praefecti praetorio Rheni sibi despondet. itidem Margaritam Boliam, Litavici Brigensis filiam, neptem suam, Alberto Boio, filio Quarti, dat in matrimonium. Litavico Brandoburgensi, huius fratri, Tyrolios, unde is fratrem Caroli Ioannem ducta eius uxore exegerat, in fidem committit; Brandoburgensem principatum proscripto Pseudovaldomaro reddit, Rupertum redimit. quamobrem ipsi in Hercinio saltu Boiariae, qua Boiemiae continuatur, plaeraque castella dotis atque pignoris titulo tribuuntur, Luphia, Haerobryga, Sulsopagus, Richoveltae, Hirsodunum, Berunum, Rosobergomum, Videnae. hisce inescatus Litavicus sedulo paci operam navat, persuadet Gunthero alioqui valetudinario atque regnum fatis urgentibus propere relicturo, ut acceptis duodequinquaginta millibus unciarum argenti Carolo cedat. paret Guntherus in paucisque post diebus ex hac vita migrat.

Carolus itaque posthaec ab omnibus receptus in Boiemiam cum Alberto Boio proficiscitur, neptem illi suam connubio iungit. cum qua Albertus in Boiariam redit Monachium. ubi iisdem diebus Paulus Guricensis Fruxinensisque pontifex mandato Clementis sexti pontificis maximi primarium sacerdotem cum Boiis in gratiam rediisse, inter Boiemum atque Margaritam Tyroliam nunquam matrimonium intercessisse triduanumque discidium inter eandem atque Litavicum Boium promulgat. quarto deinceps die rursus auspiciis sacerdotis romani hi ritu solenni, cum iam septem annis coniuges fuissent, simul rem habuissent, nuptias maximo apparatu faciunt. Litavicus deinde Brandoburgius Noreiobergae Carolo insignia imperii reddit, cives et eum in gratiam redigit, cum eodem Aquasgraneas proficiscitur. ubi cum Iuliacensi regulo disceptat. Iuliacensis, in cuius clientela Aquaegraneae sunt, novo principi sceptrum praeferre conabatur; Litavicus resistebat, id sui muneris esse dictitabat. Carolus litem diremit, Brandoburgensem quidem, cum caesar inauguratur, caeterum Iuliacensem, ubi princeps erga clientes munificus siet, sceptrum praegerere

2 valitudine *B* 13 Hercynio *A*

23 — faciunt *vgl. die Urkunde bei Meichelbeck, Hist. Fris. II, b, p. 177 flgd. Ann. Eistett. 566, 567* 30 — imperat *vgl. Annal. Eistett. 536, 537.*

BSB

imperat. postea in Boiemiam redit, ipsum comitantur Rupertus praefectus praetorio Rheni, qui post imperavit, et Litavicus Brandoburgius; principatum hic, quem pene perdiderat, recuperat. Valdomarus impostor ad pistrinum relicto regno redit.

Per idem tempus Sextus ludos saeculares secundos (quos centesimo quoque anno celebrandos ante Bonifacium octavum instituisse retulimus) aperuit, quinquagesimo quoque anno in posterum agendos censuit; festum quoque diem insignibus imperii quotannis in Germania habere iussit. mystae Reginoburgenses astutiam caesaris timentes, suspectam amiciciam eius atque filiorum Litavici augusti habendo, quod adversus Ioannis vicesimi secundi, Clementis quoque scita, imperatorem Litavicum pro execrato nunquam habuerint, Ioannis mystae divi Ioannis consilio ultro veniam petunt, a Vidone Ceciliano flamine atque Petro praesule inferioris Aldaechii expiantur hoc pacto: primum octo dies sacris abstinere iussi; deinde iurarunt neminem posthac pro principe habituros, nisi quem primarius sacerdos iusserit; tercio reipublicae christianae curam gerere, concilium christiani senatus cogere, dignitatem pontifici maximo ex consilii decreto abrogare, istaec imperatori adserere, haeresim omnium perniciosissimam esse subscripsere.

Porro Litavicus Brandoburgensis regno ad obsequium coacto in Boiariam redit, ipse et fratres eius Reginoburgii pridie idus Augusti conveniunt; Rudolphum praefectum praetorio Rheni, patruelem suum, Ioannem urbis Noreiobergae praefectum accersunt, principatus bifariam dividunt. Litavicus Brandoburgius, Litavicus Romanus et Oto primam Boiariam, Tyrolios, Brandoburgios possident; Hannonii, Frisii, Hollandi, Selandi, Boiaria inferior Stephano, Vilelmio, Alberto tribuuntur. atque hi rursus Landesutae Novembri coeunt, pacem more gentis publice iuramento sanciunt, praedonibus, incendiariis, homicidis, latronibus asyla praecludunt. quisquis hosce hospicio receperit sive conniverit, hostem reipublicae iudicant; latrocinia communi consilio, ope coercenda decernunt hocque foedere Richardam, uxorem Otonis sexti,

4 *Am Rande in A:* Litavicus Romanus eum in Anhalti oppidum Dessau pepulit; ibi occubuit 13 *Am Rande in A, wie es scheint, an unrichtiger Stelle:* Neoburgii Litavicus 4. dedit filio Brandoburgium, coniunxit ei Angilopyrgam Danam. marchio vertit in fugam regem Boiemiae ob raptam uxorem filii.

1 — redit *vgl. l. c. 538* 5 *Papst Clemens VI;* — iussit *vgl. Ann. Eistett. l. c. 562 und oben S. 362, Z. 5* 9 *Das flgd. nach dem oben erwähnten Tractate Konrads v. Megenberg?* 23 *vgl. die Urk. Quellen u. Erörterungen VI, 431 flgd., die aus Regensburg, jedoch vom 3. Juni 1353 datirt ist* 27 — partiuntur *vgl. die Landfriedensurkunde vom 19. Nov. 1352, Landshut; Quellen u. Erörterungen, VI, 420 flgd.*

BSB

et Margaritam augustam comprehendunt, inde haereditatem partiuntur. augusta cum filio Vilelmio Toxandros, Bathavos, Caninefates Frisiosque obtinet. Albertus et Stephanus Boiariam secundam dividunt, ille Nariscorum oppida Theodophoron, Chelamos, Chamabos, Tectodoryphon, Vindelicorum Strubios, Vilissoviam, Digulofines, Landunum, Noricorum Scharodunum accepit. Vindeliciae urbes et vici Moseburgium, Ariodunum, Rosenaemi, Landesuta, Otonisveltae, Piburgium, Parochocircus, Noricorum Burgusium, Utinum, Brundunum, Tranostoni, Hallii, Thrasetobergomum Stephano contigere. Litavicus suffragium in comitiis caesareis atque cubicularii aerariique dignitatem, Tyrolios, Boiariam primam retinet, Brandoburgium Litavico Romano Otonique fratribus reddit.

Hocque anno octavo idus Aprilis Chunradus regulus Dechii, intimus Litavico Brandeburgio, Monachii in aedibus suis, quae turri Putrichiorum et vico Sentholmario coniunctae sunt, a Suitegerione Gundelefine ferro necatur; quam ob causam, nondum reperi nec inveni, qui sciret. percussor sexto deinde anno obiit, Scaphulariae sepultus est.

Per idem tempus imperator Carolus quartus caesar augustus Roma revertitur Reginoburgium, Stuphium arcem et vicum Danubianum a Friderico pontifice, ex urbis Noreiobergae praefectis oriundo, ignorantibus mystis emit, regno Boiemiae infiscat; quinque millia aureum nummum illi mutuo dederat, oppigneratum vero undecim millibus drachmarum auri atque octingentis triginta sex aureolis a Friderico Augio Brennobergensi et Rugerione Richo cive Reginoburgensi redemit, alia castella in Boiemia se redditurum pollicetur.

Proximo deinceps anno, qui fuit Christi servatoris nostri 1356, Margarita augusta e medio abiit. Vilelmius filius in Gallia belgica atque Germania secunda succedit. Carolus tum Noreiobergam ad conventus agendos proficiscitur. Litavicus Romanus magnifice instructus

6 urbeis *B* 15 Senthelmario *B* 16 Suitogerione Gundelofine *B* 25 et — Reginoburgensi *fehlt in B* 28 *Am Rande in A:* sepulta apud Valentianas Hannoniae.

1 *a. a. O. § 15 der Urkunde* 2 — reddit *vgl. a. a. O. 425 flgd.* 13 *Quelle? Nach den Annal. Eistett. 539 geschah die That 5. Sept. 1352 — Herzog v. Teck-Schweiger v. Gundelfingen* 15 *Am Püttrichthurm und der Sendlingergasse (jetzt Ecke des Rindermarktes)* 18 *Wohl nach einem Schäftlarner Grabsteine oder Necrologe* 19 — pollicetur *vgl. Andreas Ratispon. 2112; Ann. Eistett. 542 und die Urkunde des Bischofs Friedrich v. Regensburg vom 12. Juli 1355; Böhmer-Huber, Regesten Karls IV., Reichssachen, Nr. 238* 24 11835 Goldgulden *in der erwähnten Urkunde* 27 — succedit *vgl. Ann. Eistett. 539* 29 — accipit *vgl. l. c. 542.*

BSB

16. 2. 5V Bam

apparet in verbaque augusti iurat, ab eo Brandoburgium in fidem atque tutelam accipit. interea terra tremuit, Basilea corruit Angliique capto Ioanne rege occidentalis Franciae, genero imperatoris, Elisatium Helvetiorum quondam, Galliae celticae fines depopulantur cum ingentique praeda incolomes in Galliam occidentalem revertuntur.

In Boiaria Petrum Ecconem Naterobergomi (arx est Vindelicorum ad confluentes Isarae et Danubii) Albertus et Stephanus perfidia suspectum obsident; eius socordia seu proditione Boiemiae latrunculi Boiariae agros (uti aduc solent) vastarant. quippe etiam nunc Boii atque Boiemi in Orcinio nemore mutuo metu separantur; ut quaeque gens invalescit, aliam invadit, agros urit, villas incendit, praedas agit, pecora abigit, vivaria expiscatur, prata secat. imperator Carolus ex Boiemia egreditur, Stuphii Danubium transsit, ad Naterobergomum contendit, duces et Ecconem in gratiam redigit. posthaec augustus domum redit. Albertus Hilgerobergomum, latronum receptaculum inter Tectodoryphos ac Vilissoviam, expugnat.

Porro Litavicus Tyrolius Moenardo filio suo filiam Alberti secundi Austriaci despondet sponsaliaque regio apparatu Bathaviae celebrantur. quibus confectis undetricesimo postea die Albertus parens sponsae ex hac vita migravit./ per idem tempus Stephanus Boius cum filiis suis Stephano, Friderico, Ioanne, quos ex Elissa Sicula progenuit, quinto nonas Maii conventus censumque extra ordinem Landesutae agit. posthaec privilegio Otoniano de caetero se staturum, dicta mulcta praetoribus in istud peccantibus nunquam nec vi nec precio nec quovis alio modo tributo Boios oneraturum, indigenas secundae Boiariae tantum ad officia promoturum pollicetur. circa idem tempus Albertus Strubiorum urbe regiam a fundamento extruxit. Reginoburgii turris praetoria conflagravit. Rugerion Richo civis admodum locuples Chunradum Brundunensem, philosophum et mystam praesidentem ludicro pontificali, quinto calendas Ianuarias ferro occidit. quotannis novi mystae et recenter in album adscripti ludum personati episcopi, puerorum scholasticorum delectu, prisco more edebant moxque caedem superiorem graviter atque invidiose in curia quaestis huiuscemodi spectacula edendi finis factus.

10 motu *A u. B* 12 expiscantur *A* patra *A u. B* secant *A*
2 — revertuntur *vgl. l. c. 543* 6 — redit *vgl. l. c. 544; Andreas Ratisp. 2113, 2114* 15 — expugnat *vgl. Andr. Rat. 2114* 17 — migravit *vgl. Annal. Eistett. 545* 19 *Herzog Albert der Lahme von Oesterreich starb 1358, 18. Juli* 20 — pollicetur *vgl. die Urkunde vom 3. Mai 1358; Quellen u. Erörterungen VI, 458 flgd.* 26 — factus *vgl. Andreas Ratisponens. 2113, 2114* 29 Reicher civis Ratisponensis — magistrum Cunradum de Pronovia *l. c.*

BSB

Cap. 21. Eadem tempestate Litavicus Romanus absque liberis anno ab orbe servato 1359, biennio postea alter quoque Litavicus Tyrolius praefectus cubiculariorum caesaris quartodecimo calendas Octobris fato naturaeque concedit Zorngolting, Monachii relicto filio impubere Moenardo moxque ob tutelam tumultus civilis in Boiaria excitatur. Oto quidem frater Litavicorum utrique fratri in parte succedit, Brandoburgium, Romani principatum universum, Tyrolii vero dignitatem, suffragium nempe in comitiis caesareis, titulum praefecti aerarii imperatorii fisci, reipublicae procurationem usurpat. at Hyldericus tercius Abusinus, Hadomarus Lavarus, Hyldovalda Stonus, accito in societatem Friderico duce, filio Stephani, in quorum potestate ut amicorum parentis Moenardus erat, suo arbitrio rempublicam, posthabitis patruis pueri, administrabant, se testamento tutores datos a Litavico iactitabant.

Contra Rupertus praefectus praetorio Rheni, Stephani duo, pater et filius, reguli Boiorum, Albertus tercius Austriacus, cuius soror desponsa Moenardo erat, adire tutelam et in potestatem Moenardum redigere connitebantur. quaedam civitates hisce, aliae superioribus studebant. Stephani copias cogunt, Monachium petunt, Moenardum cum Hylderico Abusino fugam Noreiobergam versus capessentem insequuntur, Verduni, quod in ripa Ilmi super Gisaloveltas cubat, obsidere parant. verum Moenardus ope Friderici simulantis cum patre atque fratre inducias elabitur, ambo Vocciobǔrgii pontem transeunt Aechostadiumque se conferunt. eius urbis episcopus Beritholdus ex urbis Noreiobergae praefectis oriundus, clamculum Moenardum cum paucis per Boiariam ad fines Athesinos deducere conatur; sed Vocciobǔrgii agniti atque ab agricolis capti Angilostadium deportantur. Moenardus in potestatem patrui redactus, iussus est sub tutela eius Monachii adolescere.

Iisdem diebus druides Adalogeriopagi (ut est genus hominum religiosum) tum demum, post mortem imperatoris Litavici quartodecimo anno, nuncio Romam misso, quod imperatorem Litavicum quartum caesarem augustum adversus sententiam romanorum pontificum christianissimum censuerint, a Francisco, Innocentii sexti pontificis maximi piaculario, divi Marci flamine veniam petunt atque impetrant.

4 Zerngoltingii *B* 21 Gisoveltas *B*

4 *Vgl. Seligenthaler Necrolog, Mon. Boic. XV, 537 Zorneding östlich von München. Quelle?* 9 — adolescere *vgl. Andreas Ratispon. 2114; Annal. Eistett. 548; und besonders Ebran v. Wildenberg, chron. Bavariae bei Oefele, Script. I, 308* 21 Rittersword *Wildenberg* 30 — impetrant *Quelle? eine Aldersbacher Urkunde?*

Altero deinceps anno Moenardus occulte Monachio dilapsus, ad Athesinam vallem pervenit ibique Tyrolii, quartumdecimum agens annum, absque liberis decedit, anno Christi servatoris nostri 1363. ubi eius mors divulgata est, primo eius anni vere Boii superiores Fruxini conveniunt, Stephanum Landesuta adsciscunt, eidem se in clientulos commendant in fidemque dant. ipse vicissim legem Otonianam adprobat, incolis dumtaxat primae Boiariae se delegaturum officia promittit, iudicia ad equites transfert, alia plaeraque statuit, quae scrupulosius referre taedio plenum existimo. deinde Landesutae pridie calendas Decembris immunitatis a Litavico augusto parente datae sacerdotibus author fit; Friderico filio gratiam facit.

Mater Moenardi Mulotesca Rudolpho Austriaco nubit, cum nuru ex Austria oriunda Tyrolios ad Austriacos transfert. Boii occidentales ob praereptum sibi principatum bellum orientalibus indicunt. Pilogrimus Bochaemus, Saliburgensis archimysta, coniuratus Austriacorum, Norici fines Oeno conterminos hostili animo de improviso invadit, agros vastat, plaerosque incautos capit. imparati erant equites regulique. quamobrem episcopus incolomis abacta praeda domum redit.

Porro Boii correptis armis ultimo Iunio Mylodoryphon, municipium Iuvavense, obsident. Rudolphus, Albertus, Litovalda, fratres Austriaci atque Norici orientalis reguli, cum exercitu Norici occidentalis fines ingrediuntur, Ritonem vicum in utriusque Norici atque Boiariae confinio circumsident. Stephanus et Albertus reguli Boiorum cum auxiliaribus copiis praefecti praetorio Rhenano et Noreiobergae burgiographi, Nassuni et Herulomundi et Suarizoburgii dynastarum, manus cum hoste conserturi, intento infestoque exercitu ad Austriacos contendunt. qui soluta obsidione, cum Mylodoryphon, propter quod arma sumpserant, obsidione liberassent, domos abeunt Rudolphusque ex hac

3 *Am Rande in A:* 1369 in crastino Valentiniani obierunt hic in torrente Margaretha Hausnerin, Kungunt Ruezzin, Elisabeth Hertzogin, moniales Felicisportae *(stehen nicht in der Ausgabe des Seligenthaler Necrologs, Mon. Boic. XV)* 12 *Ebendort:* Non est verum; Austriacis ut proximis tradit. — Voluit tradere Stephano seniori; is Haidelbergum profectus, rem differt; Rudolphus occupat Austriacus; Stephanus concilium vocat zue Mynchen, mitwochen nach Bartholomaei 1365; nachst suntag gein Landßhuet von ..... den hertzogen von Osterreich von des gepyrges wegen 14 orientalibus Boiis *A* 23 *Am Rande in A:* cum filiis Stephano et Friderico, cum amicis equitibus ac militibus, civibus, oppidanis ex superiore ac inferiore Boiaria.

1 — 1363 *vgl. Ebran v. Wildenberg a. a. O.* 4 — existimo *vgl. Urkunde vom 26. Februar 1363; Quellen und Erörterungen VI, 477* 11 *Reg. Boic. IX, 91* 13 — constituunt *vgl. Annal. Matscens., M. G. Scr. IX, 831 flgd.; Ebran von Wildenberg 308, 309; Arnpeck 352, 353, 348, 349.*

BSB

vita migrat. at Vindelici Noricum Alpibus, Oeno Athesique amnibus cinctum, Veronae atque Como et lacui Benaco conterminum invadunt, Cophostonos, Chizopychilos, Ratoburgium ad obsequium redigunt, per iuga Pyrenea Stiratios usque cum copiis penetrant, praeda magna potiuntur, certatim incolis advolantibus atque deditionem facientibus. castella quaedam vi in ditionem cogunt, diem, quo cum hoste aperto Marte totis viribus confligant, constituunt. cumque is appeteret, rex Cimbrorum intercedit, imperator quoque, qui tum in Italia Mediolanum obsidebat, duces ab armis discedere, apud se potius iure disceptare iubet.

Vindeliciae Boii atque Narisci sibi Tyrolios quondam a maioribus suis conditos, sicuti et Austriacos, Stirios, Charionas iniusteque sibi vi ac dolo praereptos reddi postulant; unum quondam ducatum unumque regnum Vindelicorum atque Noricorum fuisse Boiosque ex his provinciis Romanos armis exegisse, vi occupasse, colonias deduxisse Boiarianique communi vocabulo, sicut vetusta diplomata ostendunt, cognominasse. contra Austriaci ante Boiariae regnum archiduces Austriae fuisse asserunt, prolatis Iulii atque Neronis edictis id comprobare nituntur. verum ea diplomata tanquam ficta ac falsa Franciscus Petrarcha iussu imperatoris confutavit. Pilogrimus deinde, archimysta Boiorum, et Rupertus, praefectus praetorio Rheni, mandato Caroli augusti pacem hisce conditionibus sanciunt. Tyrolios Austriaci possident, millia drachmarum auri centum Stephano Boiorum regulo solvunt, qui et Chizopychilos, Cophostonos, Ratoburgium retinet, incolaeque utriusque ducatus perpetuo foedus ineunt, ne adversus se vel ducibus discordantibus suppetias ferant. Ioannes, filius Stephani, cui Catharina Goricia nupta erat, praefecturam eam, licet haeres, abiurat, exhaeredem Goriciae se fore tabula cavet.

Circa eundem temporis tractum Landesutae parochia, uti vocant, divi Iudoci instituta; primus eius fani pastor Honoricus Pilamus. Reginoburgii augusta aedes ampliata, templum divi Ioannis nimis vicinum solo aequatum, ipse fano excedere, ad sacellum tabularium migrare coactus est. Carmelitae quoque ex aede divi Osovaldae a Chunrado Haenoburgio episcopo, quod eundem viva et vera dei templa

7 *Am Rande in A:* Austriaci pluribus copiis per comitatum Goriciae adsunt.

19 *Das sogen. Henricianum maius, eine Fälschung aus der Kanzlei Herzog Rudolfs IV. von Oesterreich, schon von Petrarca auf die Frage K. Karls IV. als ‚lahme Lüge' erklärt* 22 *Frieden von Schärding, 29. Sept. 1369; Quellen u. Erörterungen z. bayer. Gesch. VI, 499* 30 *Urk. im Stadtarchiv Landshut; 1369, St. Lucien Tag* 31 — coactus est *vgl. Andreas Ratispon. 2115* 34 *Quelle?*

construere in concionibus cohortarentur, pulsi Strubios migrarunt, ibi templa condunt, ubi aduc habitant. Albertus regulus ibidem Novembri censu exacto Otonianam legem se tutaturum promittit, inde Boiariam egreditur, Hannoniam petit. cuius primariae urbes, quas ego quidem perlustravi, Bergii, Valentianae, Hallii, deipara virgine insignes, quo frequens supplicandi gratia coit populus; multa ibi opulenta regum et populorum visuntur munera et donativa, quae magnificentia sui reddentium vota gratam voluntatem, dei opem responsaque manifestant. Alemanus, praesul Aldaechii inferioris, eo tum profectus, hodoeporicon, hoc est, itinerarium scripsit.

Eadem tempestate Stephanus, filius Stephani, Thadeam, Bernabovis Mediolanensis filiam, uxorem ducit. dos fuit aureum nummum, quos ducatos vocant, centum millia. Augustam deinde, quod cives Fridericum Fribergensem praesidem occiderant, Boii obsident. augustus ex Italia rediens discordes in gratiam redigit. Brandoburgium ab Otone Boio aureolorum millibus ducentis emit Otoque curiati principis dignitatem praerogativamque suffragii retinet in Boiariamque migrat. quinque millia passuum infra Landesutam Voliphostoni (arx est Isarae inminens) habitat, genio indulget, pecuniam ab augusto acceptam prodigit, Gretulam pistoris uxorem adamat; quippe mola aquaria castello subdita etiam nunc Gretularia inde cognominari solet. hanc ob causam idem Oto Finnius, id est ignavus, vulgo cognominatus est. eius statua Landesutae pro hostio sacelli, quod ad dextram in asylo templi divi Martini conditum est, extat. Stephanus, fratris socordiae iratus, sexto atque vicesimo post uxoris fata anno, qui est servatoris nostri 1375, sexto idus Maii Monachii moritur.

Hoc anno et Litovalda, Hallusii ultimus regulus, mortem obiit. Ioannes Licobergensis, praeses inferioris Boiariae Alberti, succedit; is novam coloniam in secunda Vindelicia in vico Podiorum deduxit, fossa

4 *Am Rande in A:* Boiariae inferiori praesidere iubet Ioannem Lycobergensem Hallusiumque 11 Bernabouis *sic A u. B; ebenso Arnpeck 394.*

3 *11. Freiheitsbrief; 1365, 12. Nov., Straubing; Quellen u. Erörter. VI, 485* 5 perlustravi: *wohl von Paris aus 1503 oder 1504; in seinem Tagebuche hat A. diese Reise nicht verzeichnet* 6 multa — manifestant *Just. 24, 6, 10* 9 *Iter Altmanni abbat. Altah., M. G. Scr. XVII, 420* 11 — ducit *vgl. Arnpeck 369* 13 — obsident *vgl. Arnpeck zu 1372, p. 368* 18 — solet *vgl. Arnpeck 354 und Füetrer cgm. 43, p. 342* 22 *Schmeller-Fromann I, 722 kennt keinen andern Beleg für das Wort:* Finner 23 — extat *so auch H. Ziegler in seiner Reimchronik, Cod. bav. Monac. 1600; vgl. Haeutle, Genealogie des Hauses Wittelsbach, S. 110, Anm. 102* 24 — moritur *l. c. 344* 27 — obiit *Arnpeck u. Füetrer l. c. und Andreas Ratispon. 2117* 28 — cognominavit *Quelle?*

BSB

et lacu munivit, Austeroviam a proximo mystarum contubernio cognominavit. Oto quoque superior unum annum dumtaxat fratri superstes fuit, Salingothalae humatus est.

Proximo deinceps anno Vilelmius, frater eius, in Bathavia, quae nunc Hollandia, e medio sublatus, et in Boiaria secunda Honoricus Tuschulo cum filio Suitogerione duodecim mystarum conlegium Vilissoviae instituit atque mox sequenti anno duodecimo calendas Octobris decessit. Albertus tum, secundus filius Alberti primi, nepos imperatoris Litavici quarti, ex Hollandia ad Boios migrat, paternam haereditatem adit atque possidet, Strubiis habitat. porro tres filii Stephani, quos ex Elissa, Siciliae regina tulit, Stephanus, Fridericus, Ioannes, septemdecim annos summa concordia absque herciscundae familiae actione Boiariam administrant; cuique dos sua fuit. Ioannes venatibus aucupioque deditus, simplicitate, quae aevo rarissima nostro, Stephanus disciplina militari, Fridericus rerum civilium prudentia inclytus fuit, sicuti aduc proverbium in usu est: hic pecuniae studiosus, vitibus montes Landesutae consevit, ille laudis avidus extitit.

In Italia Romae Urbanus sextus, in Gallia Avinione Clemens septimus a patribus pontifex maximus legitur; huic Galliae, Francia paruit haecque christiani orbis discessio demum in concilio Constantiensi anno quadragesimo sopita est. nam tres pro uno tandem erupere personati pastores et tot annos gregem christianum dilacerarunt. eodem temporis tractu, anno Christi domini deique nostri 1378, tercio calendas Decembris imperator Carolus quartus caesar augustus, eruditus, sapiens, astutus, eloquens, multarum literarum peritus, ex hac vita migravit; reliquit tres filios, Vincissolaum caesarem designatum et regem Boiemiae, Segimundum Brandoburgensem, regem Ungariae, et Ioannem Garolizium. legem de comitiis caesareis habendis, quam rogationem Caroliam et auream bullam nuncupant, tulit, promulgavit. et ut annalium scriptores passim notant et aduc male audit, sacerdotum furorem alioqui intolerabilem illis inserviendo magis instigavit, illorum licentiae inmodicae non solum aperuit viam, sed etiam stravit. libertatem germanam, maiestatem imperii romani, populi victoris gentium fortunam, christianam simplicitatem hostibus reipublicae prodidit. ea lege Romae augustus consecratus est, ut continuo Italia excederet nec eam absque mandato romani pontificis adiret. Galliam Narbonensem, quam Viennae principatum, Delphinatum, regnum Arelatense

2 — humatus est *vgl. Arnpeck 354* 7 *Urk. bei Hund, Metrop. Salisburg. III, 424* 12 herciscundae — actione *Cic. de or. I, 56, 237* 17 *vgl. Arnp. 394* 18 — dilacerarunt *vgl. Andreas Ratisponens. 2117, 2120* 23 — Garolizium *vgl. l. c. 2117* 36 Galliam — navabam *vgl. oben Bd. II, 142, 29—33.*

vocamus, ab imperio abalienavit, Ioanni, sororis suae marito, eiusque filio Carolo quinto, regibus occidentalis Franciae, tribuit. Segimundus, eius filius, qui post rerum potitus est, adprobavit. diploma in bibliotheca Parisiorum amplissima, quae in templo suburbano divo Victori dedicato extat, legi, anno abhinc duodevicesimo, dum Luthetiae philosophiae operam navabam. sed ad Carolum redeo.

Idem septemviris conplura pollicitus est, et cum solvendo non esset, vectigalia imperii, nervos reipublicae, illis distribuit. imperium alioquin in ruinam pronum pessumdedit. Gariolaco episcopo Mogontino, cuius suffragio adversus Litavicum rebus impositus est, egregiam sane gratiam retulit. pontificem Pragensem archimystam creavit regemque Boiemiae inaugurari ab eo constituit, quod munus hactenus archimystae Mogontini fuerat. contra auspicia et intercessiones, adversus leges avitas et patrias, contra morem maiorum, novo, inaudito et pessimo exemplo imperium sibi primum, deinde filio Vincissolao mercatus est. quae omnia quam cordi fuerint deo inmortali, hodiernus probat exitus: Boiemiam, genitale solum, quod tollere voluit, perdidit, templa eversa, monasteria incensa, monachi, mystae, sacerdotes contrucidati, sacratae foeminae exactae sunt; regio Germaniae opulentissima, in meditullio eius sita, dissensionibus intestinis aduc laborat et atteritur. incolae diversi religione sunt, pars Teutonas, pars Hussios, alii Iudaeos, illi Pictonas sectantur. nobiles, cives invicem saeviunt, discordia domestica, mutuis vulneribus sese debilitant; aliena ope egent, externo sustentantur auxilio adeo, ut ultra e corpore suo atque indigenam regem creare nec valeant nec audeant. id, quod et caeteris Germanis, nisi caverint (vanus sim, praecor, augur) eveniet.

Per idem aevi spacium in Italia Franciscus Petrarcha et Ioannes Bocatius cultiorum literarum semina sparserunt. in Germania interiore in latebrisque Hercyniae sylvae Athenea et coetus iuvenum studia aemulantium Hercynophori et Pragae instructi sunt. Marsilius Bathavus, Ioannes Buridanus, discipuli Vilelmii Ocomensis recentiorisque sectae peripateticorum adsertores, Luthetia pulsi ad Germanos migrarunt; ille Haedulobergomi, ubi sepultus est, hic Viennae in Norico ludum literarium publico salario aperuit, ubi eius autographa commentaria in Ptolomaei astronomica ostenduntur. Beritholdum

35 *Am Rande in A:* Swartz.

6 *Im J. 1503; vgl. Bd. I, S. 660* 26 *vgl. Bd. II, 48, 29* 31 *Marsilius von Inghen, gest. 1396 zu Heidelberg* 34 — ostenduntur: *unter den vielen Handschriften des Buridanus, welche die Wiener Bibliothek noch jetzt besitzt (vgl. Tabulae cod. mspt. Vindobon., bes. IV, 347) wird eine solche nicht aufgeführt.*

BSB

quoque novitate inventi a se operis nobilem eadem aetate fuisse non ignoremus. Teuto is fuit genere, religione Franciscanus, professione philosophus et magiae et metallariae, artium fallacissimarum (si modo artes et non uniuscuiusque vanissimi ludibria dicenda sunt) cónsultus; invenit tormenta aerea, quibus iaculamur globos ferreos et lapideos et homines, pecudes, moenia, muros, arces, urbeis, castra solo quasi fulmine atque tonitru (unde bombardis nomen est) prosternimus.

In Britania, quam Angliam dicimus, aemuli Vilelmii Ocomensis Thomas Longastrius, Ioannes Vigilephus, Oxoniensis theologus, parochus Cantuariensis, in vicia sacerdotum diserti fuere, graviter atque invidiose romanorum pontificum, quod duo, Urbanus sextus, Clemens septimus, ovili incubarent, ambitionem perniciosam, fastum letalem quaesti sunt atque caninam (ut aiunt) exercuere facundiam. Sextus namque ac Septimus inter se gregem committebant; ille Angliis ac Ugris, alter Gallis favebat. Septimus regnum Neapolitanum Litavico Andium regulo, Sextus Carolo Parvo Ugris oriundo tradit. in Hibernia Richardus, insulae eius patriarches, primarius Hermicanorum flamen, adversus mendicantem religionem librum edidit, Innocentio sexto pontifici maximo dedicavit, ubi testimoniis sacrarii caelestis conprobat, religionem mendicantem velut cultorum falsorum deorum propriam, adversam esse veritati et pietati christianae Christumque et eius comites non solum non emendicasse stipem hostiatim victumque emendicando quaesisse, sed ne cuipiam quidem vel christianorum licere sua sponte profiteri mendicitatem. sed de hisce satis superque delicatis stomachis ptochotyrannorum; ad ordinem historiae redeo.

Cap. 22. Imperatori Carolo quarto, sagacissimo atque cordatissimo principi, dispar filius-Vincissolaus, ineptus, probrosus, saevicia et ignavia infamis, successit. in latebris Hercyniae veluti serpens delituit nec unquam caeteros Germaniae imperiique fines adire sibi permisit. canem ferocissimum atque carnificem, quem lustricum patrem vocabat, comites eius semper fuisse et, quemcunque ille indice denotasset, abs-

8 *Am Rande in A:* 1399 Augustae 24 Hussitae *[sic]* conbusti 9 *Ebendort:* Item Ioannes de Rupescissa Franciscanus captus, quod de Antichristis duobus, de romanorum flaminum, sive, ut ipse appellavit, romanae ecclesiae excidio, de eversione ordinum omnium et conversione ad Christum praedixerit.

2 *Berthold Schwarz, Erfinder des Pulvers* professione — dicenda sunt *Curt. VII, 4, 8* 9 *Thomas v. Bradwardina? Joh. Wiclef* 13 caninam — facundiam, *wahrscheinlich aus Hieronymus IV, 160 B (oder Lactantius J. D. VI, 18)* 18 *Richard Fitz-Ralph, 1347—1360 Bischof v. Armagh. Seine Defensio curatorum neophytorum contra eos, qui se dicunt privilegiatos, steht bei Goldast, Monarchia, II.* 30 *Zum flgd. vgl. Andreas Ratispon. 2121.*

BSB

que cunctatione invasisse atque eundem, dum deambulatum procederet, obvium quemque corripere ac distento sago impositum, in sublime iactare solitum, narrat Ioannes archimysta Mogontinus in oratione, quam adversus illum in celebri conventu fecit. complura de eo alia scelera referuntur, quae ego falsa atque conficta (ita sunt ingenia hominum) ab inimicis esse reor.

Monasterium tum divi Haemerani Reginoburgii, cubicularium conclave socordia Voliphardi Beritholdodoryphi, Iuvavense quoque templum conflagravit. crebro caelum tota nocte ardere visum sidusque crinitum clades futuras portendit. quippe continuo, ubi imperator Carolus ex hac vita migravit, Boii duces, praefectus praetorio Rheni, tres fratres Stephanus, Fridericus, Ioannes, et horum patruelis Albertus Bathavus caesari bellum indixere, urbes, arces, castella Boiariae aquilonaris (quae Boiemiae continuatur et in Hercyniae saltu cubat), ab augusto parente Vincissolai titulo dotis atque pignoris occupata, vi et armis repetunt.

Iisdem diebus Fridericus Magdalenam, Bernabovis Mediolanensis filiam, sororem coniugis Stephani fratris sui, uxorem ducit; dos itidem aureum nummum Italiae centena fuere millia. Theodericus Reginoburgensis pontifex, ex Abusinae patriae meae regulis oriundus, filius Hylderici tercii, Stuphium, Sulissopagum Nariscorum, Agilophaemos, Vindelicorum castella a Boiemis hactenus possessa, asseruit et sub eodem anno moritur. Stuphium civibus Reginoburgensibus oppigneratur, qui fossam utrimque muro communiunt; quatuor mensibus opus propere extructum. Urbanus sextus urbi Ioannem, filium Stephani, pontificem praeficit.

Eadem tempestate urbes caesareae Reginoburgium Boiorum, Rhetorum atque Sueviae Augusta, item reliquae Rheno conterminae, iussu Vincissolai foedus adversus Boios ineunt, Rhenanum vocant ducesque eius societatis a caesare declarantur Hyldericus Elephantostonensis dynasta et Pilogrimus Bochaemus, archimysta Iuvavensis, coactisque copiis fines palatini Rhenani ingrediuntur, agros vastant, villas succendunt. Rupertus filius correptis armis hostem in Nemetum agro adoritur, ducentos occidit, trecentos capit, caeteros in fugam vertit in Augustamque Nemetum caedere cogit. quadraginta grassatores, qui latrociniis et flamma longe late fines suos clam adtriverant, in latera-

16 Bernabouis *sic A u. B, auch in der Folge* 29 Elephandoryphi *B*

7 — portendit *Quelle?* 10 — repetunt. *Dass dies irrig, weist nach Lindner, Gesch. d. deutsch. Reichs unter K. Wenzel, I, 402* 16 — ducit *vgl. Arnpeck 394* 18 — praeficit *vgl. Andr. Ratispon. 2122, 2123* 26 *Zum flgd. vgl. Arnpeck 395; Compil. chronolog. zu 1371, p. 343?* 32 — conburam *vgl. Arnpeck 296.*

riam candentem proiicit. ‚vos in me', inquit, ‚clamculum noctu igne saevistis, at ego vos propalam, alto die atque meridie conburam.'

Dum haec apud Rhenum geruntur, in Vindelicia Rupertus minimus natu, qui postea rerum potitus est, cum patruelibus suis Alberto Bathavo et tribus fratribus, Stephano, Friderico, Ioanne, castra in monte, quem civium cognominant, proxime Reginoburgium facit, pecora urbana abigit. cives de improviso ex porta divi Iacobi erumpunt, triginta caesis, viginti captis in civitatemque deductis praedam recuperant. tumultus quoque in castris concitatus, duces caedere coegit. hac victoria elati cives archimystaque Iuvavensis intento infestoque exercitu in Boiariam contendunt, in aquilonari Danubii ripa ab hostiis Lyci usque Reginoburgium nemine prohibente hostiliter incendiis omnia complent, Marichionas, caetera castella equitum expugnant, diripiunt, conburunt, solo aequant. Reginoburgii Histrum traiiciunt, ab Abudiaco Augustam usque Rhetorum simili clade Boios adficiunt, in meridionali ora nobilitatis aedes, Roropagum aliasque solo aequant. in campania legionum, qua Lycus Rhetos atque Vindelicos separat, nonnihil incommodi a Stephano duce Boiorum ex insidiis prodeunte acceperunt. Fridericus quoque Pilogrimum archiepiscopum in Norico coepit, captivum Burgusium duxit. Hyldericus Elephantodoryphus, alter foederatorum dux, simili fato functus, ab Eburonardo Viridobergensi capitur. quem cum socii sex millibus aureum nummum redimere pararent, in carcere necatur. cives caesariani necem ulturi, hostili animo Viridobergensem agrum invadunt, cuncta caede, incendiis complent. Viridobergensis regulus accitis auxiliaribus copiis a Boiis ingenti strage cives adficit, castris exuit, in fugam vertit.

Stephanus in Boiaria nono calendas Februarii Peisobergomum apud Lycatios castellum Vilelmii Seoveltae, qui partibus civium pronior erat, Belaunos vicinos obsidere iubet; praesidium, quod intus erat, quinto obsidionis die deditionem facit, arx igni concrematur, diruitur. Ioannes Zengarius eques Boius suburbanum Reginoburgensium oppidum Neoburgiumque Danubio conterminum pignoris titulo possidebat; drachmarum auri millibus quatuordecim oppignerata erant; et Zengarius coniuratus civium erat. Stephanus tribunos militares, Petrum Ecconem, Vilelmium Bochobergensem, Ioannem Varitum, Neo-

20 coepit *sic A u. B* 26 *Am Rande in A:* 1388 in vigilia Bartholomaei iuxta civitatem Weil, Beilam.

6 *Burgerberg. Vgl. Andreas Ratispon. 2122; Arnpeck 396* 17 *Auf dem Lechfeld;* — duxit *vgl. Arnp. 395* 20 *v. Helfenstein; Quelle zum flgd.?* 27 — traditur *vgl. Compil. chronol. bei Oefele, Script. II, 344; Andreas Ratisponens. 2122.*

BSB

burgium castra transferre iubet urbsque duodecimo calendas Marcii, qui tum erat quartus quadragesimae dies, circumsideri coepta, septimo die a Vilardo Zengario traditur. post haec Stephanus cum filio Litavico, Fridericus, Ioannes, eius filius Arionistus, Albertus Bathavus Rupertusque Rhenanus vires iungunt, suburbanum Reginoburgensium oppidum capiunt, diripiunt. mense Septembri castra ad Stuphium, arcem Danubianam, quae firmo praesidio civium tenebatur, movent, oppidum vi cum templo expugnant, uvas colligunt, vites excindunt, vineas extirpant.

Erat in castris Georgius Overaemus, eques Boius; haud longe a Brunduno Norici urbe habitabat; huius comes Andreas cum duobus sociis in altera ripa templum Sulsopagi intrant, sacrarium vi effringunt, sacra hostiamque (thecam auream rati) sacrilegis manibus suffurantur, proxime arcem, ubi nunc templum extat, quod accolae eius rei gratia venerantur, condunt; holosericam crumenulam, qua victima servari solita, septem assibus scorto diobolari vendunt; sed sacrilegii poenas mox eodem die pendunt. Andreas subito furiis actus, misere in castris quiritando omnibusque ad huiuscemodi spectaculum convolantibus expiravit. alter sceleris socius, dum aquatum equitat, ab equo excussus aquis obruitur. tercius ferro caesus occubuit.

Sub idem tempus Albertus Austriacus Boiemis atque Boiis adfinitate coniunctus, pacem inter eas genteis conponit. Sophia, filia Ioannis Boii, virgo ut pulchra, ita prudens Vincissolao caesari despondetur. urbibus mulcta irrogatur. Augusta Rhetorum mille aureolos sexies tribuit. Reginoburgenses Neoburgium atque suburbanum oppidum redimunt ducibus atque Ioanni Zengariò satisfaciunt.

Dum haec in Boiaria geruntur, in intima Germania Jagello Lituus spe regni Bolaniae inescatus, fit christianus, Vladissolaus nuncupatur. Vilelmius Austriacus regno pellitur, Haedovica coniux eius Iagello cum regno traditur. in Bathavia Albertus, filius imperatoris Litavici quarti, obiit, tres filios Vilelmium, Albertum, Ioannem, tres quoque filias, Ioannam, Alberti quarti Austriaci, Margaritam, Ioannis Burgundi, Catharinam, Edovariti Geldubensis coniugem, reliquit, quas ex Margarita Bolia, filia Litavici Brigensis tulit. in Ungaria

30 Jagello *sic A u. B*

3 — extirpant *vgl. Andr. Ratisp. 2121; Regensburger Chronik bei v. Freyberg, Samml. V, 86* 10 *Quelle zum flgd.?* 28 *Arnpeck 396; Andr. Ratisp. 2122* 30 — tulit *vgl. Arnpeck 354, 357* 32 *Albrecht I. hatte zwei Töchter des Namens Johanna; das obige gilt von der jüngeren; die ältere war König Wenzels erste Gemahlin.*

mortuo Litavico rege Segimundus (Vincissolai frater), eius filia sibi connubio iuncta, regnare coepit, verum a Carolo Campaniae rege, nepote ex fratre Andrea Litavici, exactus illoque eodem anno a reginis, matre atque filia, interfecto, Ungaria potitur. in Italia Ioannes Galeatius a Vincissolao dux Mediolanensis adpellatus, Bernabovem patruum, socerum Boiorum capit regnoque potitur. in Galliis Anglii debachantur et Litovalda Austriacus a Suitonibus caesus est.

Post haec Franciscus Cararia, Patavii praeses, ad Stephanum virtute bellica clarissimum in Boiariam cum Florentini populi oratoribus concedit; eundem adversus Galeatium, auri montes pollicendo, concitant. Stephanus cum fratre Friderico arma in Italiam movet, proxime Mediolanum Galeatio in arce se continente castra locat. a Florentinis stipendiis promissis defraudatus, cum Galeatio novam adfinitatem contrahit, Elissam, neptem illius, Arionisto nepoti suo despondet cumque ultro citro sermo protraheretur atque mentio de popularium fide forte incidisset, admirantibus Galeatio atque purpuratis eius Stephanus adseverat, nullum Boium esse, cui non audeat vitam suam credere atque in eius sinu solus et inermis dormitare.

Hisce confectis a Carolo sexto Galliarum rege adversus Anglios evocatus in Gallias proficiscitur. auxiliariis igitur copiis Angliis profligatis, Franci Boiorum (qui tum in Germania potentissimi maximique censebantur) opem et adfinitatem necessariam atque utilem sibi adversus acerrimum hostem rati, foedus cum hisce ineunt connubiaque faciunt, regi suo Elissam, filiam Stephani, despondent. Ioannes, patruelis regis, filius Philippi Burgundi, Margaritam, Vilelmii, patruelis Stephani, sororem, unde Philippum Burgundum Flandrumque et Antonium Brabantinum, patrem Ioannis Brabantini, maritum Iacobae, filiae Vilelmii, progenuit. itidem Vilelmius Margaritam, sororem Ioannis, sibi connubio iungit. haec Iacobam, de qua iam dixi et conplura dicturus sum, peperit. nuptiae magnifice regio luxu Cameraci fiunt.

Nostri principes ex Galliis domum reversi Andechysii sacra, quae ibi condita diutius sub terra latuere (inde locus Heliobergomum, id est sacer mons adpellatur), a Iacobo Dachuno Franciscano reperta septimo calendas Iulii, quarto idus Octobris Monachium transferunt anno ab orbe servato millesimo trecentesimo duodenonagesimo. qua item tempestate morte defunctis Clemente septimo Urbanoque sexto,

35 *Am Rande in A:* undenonagesimo *u.* 1392 *[sic].*

8 — defraudatus *vgl. Arnpeck 368* 13 — despondet *vgl. Arnpeck 438* 15 — dormitare *vgl. Andreas v. Regensburg; Freyberg, Samml. II, 447* 31 *Zum flgd. vgl. Arnpeck 436* 35 — tercius decimus *vgl. Andreas Ratispon. 2123.*

rursus duo regno ecclesiae imponuntur, Romae Bonifacius nonus, in Galliis Avinione Benedictus tercius decimus. ille, ut Boiorum animos sibi conciliaret, tribus fratribus Stephano, Friderico, Ioanni, nepotibus imperatoris Litavici quarti, saecularem omnium criminum, scelerum, suppliciorum veniam condonat. quicunque Monachium voti reus proficiscatur, septem ibidem dies conmoratus, quatuor templa, deiparae virginis, divi Petri, sacratarum foeminarum, xenodochii supplicandi gratia intret, quotidie dona faciat, ab universis inferis ereptus, caelo adseritur. quadraginta piacularii constituti sunt. erat res tum nova atque inaudita in Germania. quamobrem ex Boiemia, universa Germania frequens populus quotidie coibat, sexaginta millia hominum quotidie confluxisse in acta relatum est. durarunt hae nundinae ecclesiasticae a Martio per quinque continenter menses, inventa sacra ter septimana monstrabantur.

Eo anno Ioannes calendis Octobris (mortua superiore anno Catharina uxore, liberalitate in pauperes insigni) egestate coactus, quod ob probitatem exclusus gubernaculis sperneretur et omnis honos atque utilitas penes Stephanum atque Fridericum foret, regiam Monachii faventibus sibi civibus adversus fratres occupat moxque concilium Boiorum Monachium convocatur. ibi de divisione consultatum, quae tandem eo pacto ex sententia Friderici, qui astutior erat, facta est. inferior Boiaria universa (praeter eam, quae Bathavis addicta fuit, regionem) longe fertilior atque populosior prima, Noricorum Richallii, Tranostoni, Burgusium, Brundunum, Utinum, Thrasetobergomum, Ritus, Vindeliciae primae Rosenaemi, secundae Landesuta, Moseburgium, Ariodunum, Otonisveltae, Parochocircus, Piburgium, Doryphi, Neomartum, Rotoburgium, cum finitimis vicis Friderico traduntur; ipse se quotannis fratribus octona aureolorum millia pensitaturum pollicitus est. deinde Boiorum proceres primam Boiariam bifariam reliquis duobus fratribus partiuntur: Stephanus Noricorum urbes Ratoburgium, Chyzopychilos, Cophostonos, Vindelicorum Bathavoburgium, Sueviam vicum, Burgiochamos, Neoburgium, Raenos, Fridobergomum, Aecham, Schirobusium, Sueviae Laugionas, Hochostadium, Verdunum, Nariscorum Angilostadium (ubi habitavit et unde cognomen cum prole sortitus

7 xenodochium *B* 15 calendas *A* *Am Rande in A:* 1391 Petronellae, ultima Maii.

2 *Bulle v. 13. November 1389, Reg. Boic. X, 255* 5 — monstrabantur *vgl. Arnpeck 435, 436* 15 *Zum flgd. vgl. Arnpeck 436, 437* 17 ob probitatem: *nur gefolgert aus Arnpeck 438:* hic dux dictus fuit Probus et Simplex 30 *Urkunde v. 19. Nov. 1392; Quellen und Erörterungen VI, 551.*

est), Stonos, Frigiostadium, Gamarosaemos, Videnas possedit, Ioannes Tunicatum Vocciobnrgium, Neostadium, item Paphios, Monachium, Gisaloveltas, Maioburgium, Brennorum Amblicos et Tullusium, Lycatiorum Belaunos, Landobergomum, Schongiam, Murodunum, in aquilonari Boiaria Ritoburgium, Haemodunum, Legioveltas, Sulsopagum, Suitodoryphos, Calomontem, Veltodoryphos accepit haecque divisio facta est undecimo calendas Decembris ab orbe servato anno 1392. Landesutae Fridericus et posteri eius, Angilostadii Stephanus, Monachii Ioannes, abavus nostrorum principum, habitarunt ab illisque aedibus cognomina accepere. Ioannis quarta iam soboles Boiaria potitur, caeterum progenies defecit. Stephanus quarto post divisionem die Monachio egreditur, Angilostadium se confert.

Munachii vero praesente Friderico in verba Ioannis iurant, vectigal vini perpetuo, quod tamen aduc penditur, abrogant. cives equitesque Boiorum se privilegia a maioribus data tutaturos, authoribus Ioanne secundo Albertoque, Abusinae patriae meae dynastis, conspirant. Fridericus et Ioannes clamculum excluso Stephano paciscuntur tabulisque cavent, defuncti absque liberis maribus superstitem ex asse fore haeredem. deinde Ioannes feriis brumalibus ad se cives, equites, sacerdotes Monachium accersit, eosdem in verba Arionisti atque Vilelmii filiorum suorum iurare iubet, nulli externo officium delegaturum, censu extraordinario vectigalique Boios nunquam oneraturum, sine consilio illorum nemini bellum indicturum promittit, facit illis ibidem ultro coeundi copiam.

Strubiorum hoc anno urbs duodevicesimo calendas Iulii de coelo tacta conflagravit. iisdem diebus Fridericus Boiemiam intrat, Sophiam neptem suam, filiam Ioannis, eo deducit caesarique dat in manum confectisque nuptiis domum reversus, pridie nonas Decembris Landesutae moritur, relicto filio impubere Honorico cum matre Magdalena Mediolanensi, anno Christi 1393. proximo deinceps Februario sacerdotes, cives, equestris ordo Landesutae concilium celebrant, sacramenta Honorico puero dicunt; foedus quoque ab ipsis ictum est, diplomata a principibus data, instituta maiorum, libertatem a patribus acceptam tutandam esse tabulis cautum. Honoricus et tutores eius atque patrui, Stephanus et Ioannes, authores facti sunt.

13 Munychii *A* 26 *Am Rande in A:* ire Lituaniam; clementior hiems.

13 — abrogant *vgl. Arnpeck 437* 17 *Am 16. Sept. 1393, Quellen u. Erört. VI, 558; vgl. auch Arnpeck 437* 24 *vgl. den 16. Freiheitsbrief; 4. Januar 1393; Lerchenfeld, S. 36* 25 — conflagravit *vgl. Andreas Ratisponens. 2124* 29 *Seligenthaler Nekrolog, M. B. XV, 546* 30 — facti sunt *vgl. den 17. Freiheitsbrief; Lerchenfeld, S. 38.*

Post haec Ioannes amiciciam atque societatem facit, inconsulto fratre suo cum Austriacis, Beritholdo cancellario eorum, episcopo Fruxinensi, quem Bonifacius Saliburgensi pontificatui praefecerat; verum mystae Eburonardum Neothusium elegerant isque Iuvavia potitus, Benedicti tercii decimi, Gallorum pontificis maximi rebus studuit Litavicumque Angilostadensem Gallis adfinitate coniunctum arctissimo amoris vinculo sibi conciliavit. caeterum Ioannes eodem temporis tractu Arionisto filio suo dat in matrimonium Elissam, Bernabovis Mediolanensis filiam; quinque et septuaginta ducatorum millia dos fuit. Stephanus quoque cum Elissa filia sua et Ioanne filio, episcopo Reginoburgensi, in Gallias proficiscitur, illam Carolo sexto regi Celtarum nuptum conlocat.

Interea filius eius Litavicus Angilostadensis copias cogit Fruxinumque, quod eius episcopus hostis Iuvavensis, amici sui, erat, atque se Saliburgensem nominaret pontificem, occupare conatur. erat ibi praetor Vinomanus, is ministro uno conscio urbem non adeo munitam octavo calendas Ianuarii noctu, quam natalem Christo servatori habemus et pervigilio celebramus, dum populus frequens in templo sacrificat, tradere parat. verum indicio ad Beritholdum episcopum delato Ioannes dux Boiorum ex pacto Fruxinum praesidio firmat. Vinomanus in vincula coniectus capitaliter punitur, comes eius membratim dissectus more patriae proditorum punitur. Litavicus igitur spe potiundi Fruxini frustratus, iram atque arma in Ioannem convertit, eius oppidum Neostadium (quinque millia passuum a patria mea) octavo idus Ianuarias vesperi de improviso adgreditur, sagittariorum multitudine moenia defensoribus nudat, oppidum civibus compluribus occisis expugnat, diripit; Friderici Coloni locupletissimi, item aliorum pecunias non numero, sed galeis metitur atque inter suos dividit; ingenti praeda, quam carrucis imposuit, potitus Angilostadium revertitur. Ioannes et Arionistus, posteaquam hoc accepere, cum exercitu Aecham petunt, urbem bis oppugnant, bis repulsi sunt. exustis ibi molis Fridobergo-

1 *Am Rande in A:* Warmundus Pienzenawer ab Ernesto letaliter vulneratus duce, concitavit Stephanum ac filium eius Ludovicum Angilostadensem et cives Monacenses contra Ernestum. is Pienzenawer magister curiae Stephani; ei impignorat Stephanus Ratenburgium; id aegre fert Aernestus. Ludovicus Pienzenawer frater Warmundi prioris [?] fuit 17 noctu *sic A u. B*

1 — Fruxinensi *vgl. Arnpeck 437* 3 — studuit *vgl. Arnpeck, Gest. episcop. Fris. bei Deutinger, Beiträge, III, 528* 7 — filiam *vgl. Arnpeck, chron. 438* 10 *Wohl nach dem Heirathsvertrag, vgl. Oefele, Scr. II, 200* 10 — conlocat *vgl. Arnpeck 369* 16 — punitur *vgl. Arnpeck, Gest. episcop. Fris. l. c.* 23 — revertitur *Quelle?* 29 — claudunt *vgl. Arnpeck Chron. Baioar. 437.*

mum castra movent, urbe potiuntur, Sueviam quoque vicum prope Monachium diripiunt, igne concremant arcemque obsidione claudunt.

Eodem temporis tractu Baiozetus Turcarum rex Moesias, ungarici regni fines vastat; pater huius Amirates primus Turcarum in Europam vocatus a dissidentibus Graecis traiecit, Graecorum seditionem aluit, debilitatos discordia oppressit, Thraciae plaeraque oppida pulsis Graecis in ditionem redegit. inde huius filius reges Ungariae primus armis lacessere ausus est. Segimundus rex Ugrorum furori Turcarum principio obstaturus, opem Gallorum, Germanorum omnium implorat. Ioannes, filius Philippi Burgundi, cum Francorum manu atque cum Stephano Angilostadensi, patruele uxoris suaes, ocero rectoris Galliarum, in Boiariam contendit, Munychios atque Angilostadenseis regulos in gratiam redigit. inde Strubios petit, ubi ab Alberto, coniugis suae fratre, septimo calendas Decembris magnifice regio apparatu excipitur. multi proceres Boiorum nomina dant ad orientemque militatum proficiscuntur. Rupertus quoque, qui et Pipinus, dux Boiorum, filius Ruperti, praefecti praetorio Rheni, eodem arma movet hique coniunctis viribus in Strubiorum civitate, in Pannonias Danubio navigantes ad Segimundum devehuntur atque cum eo in Moesia Nicopoli (quam nostri Schilodunum vocant) copias exponunt, verum a Turcis ingenti clade adfecti sunt. Segimundus navim nactus Byzantium aufugit. Ioannes Burgundus captus est magnaque pecunia redemptus, domum redire permissus. Pipinus impedimentis ac pluribus amissis cum paucis fuga sibi consulentibus evasit, egenus in Boiariam rediit, Ambergomi in paucis diebus animam exhalat, anno ab orbe servato 1395. caeteri omnes caesi sunt, pars aquis obruta, pars securi percussi, pars praelio interiit. Ioannes Schilitobergius tum puer Monachio oppido Boiariae ortus, captus, ob elegantiam formae ab filio Baiozeti servatus in aula Turcarumque educatus et victo Baiozeto a Tamerolane, rege Persarum, arma victoris secutus est et tandem mortuo Tamerolane in patriam postliminio reversus, a cubiculo Alberto, avo principum nostrorum, fuit. illud praelium, alia a se in Asia visa et gesta literarum memoriae mandavit.

Circa idem tempus Ioannes regulus Boiorum Monachii vita functus est, sexto idus Augusti, anno servatoris nostri millesimo trecentesimo

26 anno — servato *fehlt in A* 27 Schilotobergius *B* 31 postlimio *B*

10 *Quelle zum flgd.?* 15 — interiit *vgl. Andreas Ratispon. 2124; Arnpeck 297* 20 *Schiltau; vgl. Bd. II, 238, 23 flgd.* 27 — mandavit *vgl. Johann. Schiltbergers Reisen, ed. K. Fr. Neumann, München, 1859* 32 *Herzog Albrecht III.* 34 *Zum flgd. vgl. Arnpeck 438.*

BSB

nonagesimo septimo. duos filios, Arionistum atque Vilelmium reliquit, qui simul maxima concordia Boiariae quintam regionem administrarunt. nonnihil adversitatis a Litavico Angilostadensi perpessi sunt. quippe cum iussu huius atque Stephani parentis eius proceres Boiorum quique anno subsequenti Augusto Monachii convenissent, in verba illorum iurassent illique more gentis vicissim se privilegiis, decretis, legibus maiorum staturos tabula cavissent, eodem tamen anno patricii Monachii a Litavico Angilostadensi veluti maiore natu ac legitimo haerede praecibus, auro, pollicitis inescati, Vilelmium et Arionistum cum uxore atque liberis concitato tumultu eiiciunt moxque in urbem Litavicum accipiunt. is aerario tablinoque vi effracto, instrumentis, gaza, supellectile, urbe potitur, deinde Paphios ad obsequium cogit. exules Landesutam ad Honoricum et Magdalenam, matrem eius, quae soror erat uxoris Arionisti, se conferunt, ubi eos tris annos exulasse reperio.

Cap. 23. Eadem tempestate Albertus Bathavus coelebs et absque liberis Chelami fato concedit tercio decimo calendas Februarii post natum Christum anno millesimo undequadringentesimo. corpus Strubios deportatur, ubi in templo Carmelitarum, in adytu eius mausoleum marmoreum monstratur. atque istius anni Septembri Ioannes, frater eius, Leodiensium designatus pontifex, a fratre Vilelmio legatus in Boiariam venit, kalendis Octobribus conventus censumque Strubiorum urbe agit, Boios suae ditionis, ad utramque Danubii ripam adcolas, sacramenta dicere iubet, legem Otonianam comprobat, Honoricum Notthaphthum, eius aevi sapientia in pace, bello fortitudine clarissimum, praesidem imponit, cum Litavico Angilostadensi in Gallias Leodium revertitur.

Litavicus ad sororem, reginam Franciae, cum antea a Munychiis vectigal emulsisset, proficiscitur. ubi a rege Franciae, Constantiarum celticae Galliae praefectura (quam Mortaniae sive Moritonii in Nordomania comitatum vocant) donatus est. Annam Borboniam uxorem

1 *Am Rande in A:* 1399 freitag vor Lucie Ernst und Wilhelm zu Haidelberg 17 *Ebendort:* 1399 — ante parentem — als der elter und wirdig ist 19 *Ebendort:* Boiorum annales Ranaitenus *[?]* 23 conprobat *B* 27 Munichiis *B* 28 Constantiarum *in A corrigirt aus* Constantina.

3 — convenissent *vgl. den 21. Freiheitsbrief; Lerchenfeld, 48* 17 *Das Todesjahr vielleicht aus dem Datum des 22. Freiheitsbriefes, gefolgert* 19 *Abgebildet u. a. M. B. XIV, nach p. 346. Hiernach das Datum des Todes; die Jahrzahl auf dem Grabsteine aber ist 1397* 19 — comprobat *vgl. den 22. Freiheitsbrief; Lerchenfeld, 49* 27 — abduxit *vgl. Arnpeck 397, 380; Andreas v. Regensburg bei Freyberg, Sammlung, II, 448.*

BSB

ducit, unde Litavicum Gibbosum genuit. ea mortua Catharinam Alasonam, sororem Carolae, reginae Cypri, connubio sibi iungit. ambas in Gallia amisit Luthetiaeque in templo Dominicanorum cum liberis condidit, solum Litavicum secum in Germaniam abduxit.

Eiusdem aevi spacio, anno ab orbe ab inferis liberato millesimo quadringentesimo tres archimystae Germaniae, qui in Gallia habitant, dignitatem Vincissolao abrogant, Rupertum praefectum praetorio Rheni, Boiorum legatum, pronepotem ex fratre imperatoris Litavici quarti caesaris augusti, rebus imponunt isque Septembri in Boiariam Reginoburgium se contulit, ubi expeditionem italicam meditatur, delectus agit, copias cogit. posteaquam paratum se ad eam rem videt, arma in Italiam movet, cum eo Stephanus Angilostadensis, Arionistus Austriacus, abavus imperatoris Caroli Maximi augusti et Ferdinandi, Austriae reguli (qui eo die, quo haec scripsi, Angilostadium Austriam petiturus venit) proficiscuntur. sed a Ioanne Galeatio Mediolanensi et a caeteris, qui nondum a Vincissolao defecerant, profligati, domum cum ignominia redire coguntur.

Sub idem tempus Landesutae templum divi Judoci cum sacris conflagravit. Monachii Angero templum virginum 5. idus Octobris hora secunda corruit. refectum est quadriennio; mille librae signatae pecuniae duodecies expensae sunt. Honoricus tum Landesutensis, Arionistus atque Vilelmius fratres infesto exercitu coactis undique ex Boiaria secunda copiis Monachium contendunt, castra in loco, quem Castegam vocant, faciunt. deinde urbem obsidione claudunt; plaebes correptis armis, effractis portis, parte moenium iuxtim portam Schiveram, ubi leo aduc pictus est, (ut more hieronicarum introirent duces) disiecta, principes in urbem cum exercitu recipiunt. nondum enim fossa pomeriove munita erat. senatus, authores defectionis diffugiunt, pars fimo tecti, pars sacerdotalibus vestibus evasere. caeteri capti, in vincula coniecti sunt. Drynus, Stromarus, Implius, Haedofocus

6 *Am Rande in A:* 1400. *Ferner:* Wir Rupreht rhemischer kynig zu datum: im velt vor Franckfurt exaltationis sanctae crucis 12 *Ebendort:* dinstag nach Francisci Ludwig churfurst bestet seins vaters freihait seiner stat. Amberg 1410 19 Anger *in B später corrigiert* 23 quam *st.* quem *A u. B* 30 *Am Rande in A:* quatuor senatores *In A folgt durchstrichen:* Sentalarii, Ridialarii *(Münchener Geschlechter: Sendlinger, Ridler).*

5 — movet *vgl. Andr. Ratispon. 2125* 15 *1521; vgl. Buchholtz, Geschichte Ferdinands I., I, 181 flgd.* 18 — expensae sunt *Quelle?* 21 — claudunt *vgl. Arnpeck 438* 24 *Der Gasteig* 25 *Das Schifferthor im Angerviertel, an der Ecke der früheren Taschenthurmgasse* 29 *vgl. Arnpeck l. c.* 30 — adfecti *nach den Tegernseer Notizen in clm. 18776, f. 177 (vgl. das Nachwort). Der Urtheilsbrief*

capitali supplicio adfecti; aliis clementia principum ignovit; ad luendum tamen paricidium collo funem insertum per annum ferre iussi sunt. Neostadium Honorico, quod copiis pecunia iuvisset fratres, traditur.

Moritur per idem tempus Magdalena Mediolanensis, mater Honorici, sextodecimo calendas Augusti, anno Christi 1404. quo anno Bonifacius nonus Romae obiit; sufficitur illi Innocentius septimus. is pulsus Roma a Ladissolao rege Campaniae, Viterbium conmigrat, inde Romam revocatus, altero pontificatus anno decedit. Gregorius quartus decimus regno ecclesiae ea lege imponitur, ut rursus ultro cedat, si Benedictus tercius decimus se abdicaret, cumque duo pontifices maximi convenissent nec, ut polliciti fuerunt, magistratu abirent, sed gregi christianae inluderent, flamines ab ipsis deficiunt, Pisae coeunt. inter haec Ladissolaus rex Apuliae reversus, Romam occupat.

Dum autem talia in Italia fiunt, in Boiaria civilis tumultus Landesutae oritur. Honoricus impubis utrumque parentem amiserat aetasque aduc inmatura imperio a Caspare Frunovio, Erasmo Prisingio, Ioanne Clusino, Segimundo Aphothalo, Georgio Achaemaro gubernabatur. dux Stephanus Angilostadensis titulotenus primarius tutor nuncupabatur. omnes magistratus et praefecturae oppigneratae erant; nemo populo atque reipublicae, omnes sibi consulebant; penes paucos opes, imperia, pecunia erant, aerarium conpilabatur, fisci peculatus fiebat; Honoricus ad egestatem redigebatur. cum aere alieno premeretur, suadentibus purpuratis, quos conmemoravi, onerare tributo cives decrevit. cives contumacius, freti institutis et legibus maiorum libertateque avita, a Friderico quoque, parente Honorici servata reluctantur, purpuratorum credulitatem obiiciunt, avariciam praetorum exprobrant, aetatem Honorici miserantur, non tam ab eo, quam a consultoribus eius ad caesarem denique provocant. iuvenis huiuscemodi suorum (ut nobilitas interpraetabatur) rebellione irritatus, quatuor ex senatoribus civium, Fridericum Pelichingum, Martinum ab Aschio, Leonardum Cathenam, Ioannem Moseburgium, qui duces multitudinis videbantur, proscribit, in exilium agit, bona eorum infiscat. caeteri

2 funi inserto *A*

vom 8. Nov. 1400, Mon. Boic. XXXV, b, 223—225, nennt nur: Conrad Trienor, Ulrich den Stromayr, Thomas den Haitfolk, nicht auch Impler 1 — iussi sunt *vgl. Arnpeck 438* 5 — 1404 *vgl. Arnpeck 395* 7 — cocunt *vgl. Andr. Ratisp. 2126, 2127* 13 — occupat *vgl. l. c. 2137* 17 *Die flgd. Namen nach Arnpeck p. 397, 398, wo jedoch* Alban Closner 25 — solet *besonders nach Arnpeck l. c., aber ausgeschmückt.*

BSB

quidem impraesentiarum metu poenarum territi, acquiescunt, iram et dolorem dissimulant, verum clamculum coeunt et consultant et vindictam de proceribus, qui puericia principis abutebantur, summere statuunt. ad exules nuncios mittunt, redire occulte ad domum, ad liberos, ad coniuges iubent, operam suam offerunt dieque constituto noctu illi ad portam veniunt, Theodorici Raecoli auxilio, cuius aedes moenibus haerebant, per vallum murumque evadunt, in urbem domumque Raecolinam penetrant. confestim senatus intempesta nocte ibi frequens coit, eos, qui omnia sua utilitate metiebantur et principi dominabantur, peculatum committebant, in vincula coniicere, ut rationem reddant, alios tutores, fidos bono publico, civium studiosos dare deliberant.

Sed in omni re fortuna plurimum momenti habet. uxorem Raecoli Hyldericus Eburonus, eques boius, adamabat isque eadem penitus hora forte fortuna (uti suus mos erat) ad amicam viam adfectabat. mulier prius silentii fide exacta amatori rem pandit, ad coenaculum, ubi cives consistebant, eundem deducit. is absque cunctatione ad regiam properat, facinus indignum se comperisse clamitans, Georgio Achaemaro, praefecto aulae, Segimundo Aphothalo, quae viderit atque audierit, nunciat. illi quoque continuo rem exaggerantes, ad Honoricum deferunt, periculum inminens aperiunt. cives in necem principis conspirasse, exules in urbem admisisse, omnes, ni occupentur, in armis fore, grande periculum esse docent. aulici mox excitantur, arma summunt, de improviso in cives impetum faciunt. miserandus oritur tumultus, multi per moenia evadunt, complures latebris se condunt, pars capti, luminibus orbati, pars cum uxoribus et liberis in exilium acti sunt. bona omnia infiscata, Litogebum aliosque more maiorum poenas dedisse adhuc memoriae mandatum est; tercio die ante paschalia factum esse eiusque rei postea Honoricum semper cum gemitu meminisse fama iactitari solet.

Bene et sapienter Alexander ille Magnus apud Quintum Curtium: regum clementia, inquit, non in ipsorum modo, sed etiam illorum, qui parent, ingeniis sita est; obsequio mitigantur imperia; ubi vero reverentia excessit animis et summa imis confundimus, vi opus est, ut vim repellamus. id verissimum esse docet, quod eodem anno Leodien-

3 sumere *B* 6 portum *B* 35 Leodensibus *B*

14 *Ulrich Ebran v. Wildenberg; der Name des Verräters ist A. eigenthümlich* 27 *Christen Leitgeb, vgl. Chron. d. deutschen Städte, XV, 268* 28 In die paraseeves; *Andreas Ratispon. 2128* 31 *Curt. VIII, 8, 8* 35 — liberant *vgl. Andr. Ratispon. 2128, 2129; Arnpeck 358.*

BSB

sibus quoque evenit. qui Ioannem Boium, pontificem suum designatum, quod sacra facere, rem divinam procurare detrectaret, Traiecti Mosae obsidione claudunt. Vilelmius, frater Ioannis, et sororis eius maritus, Ioannes Burgundus, copias iungunt, obsesso auxilio veniunt, sexdecim amplius millibus Leodiensium occisis, idibus Septembris anno Christi 1400 super octavum, urbem atque Ioannem obsidione liberant.

Nuncio huius victoriae in Franciam delato, Carolus sextus, Galliae rector, insolentiam Burgundi metuens, Luthetia, quae rebus illius studebat, cum uxore Elissa Angilostadio, oppido Boiariae, orta et liberis excedit, Turonos se confert. nec fefellit Sextum opinio; Ioannes victorem exercitum in Gallias ducere nitebatur. Vilelmius utrique affinitate coniunctissimus, intercedit. Vilelmii soror Ioanni, huius soror utraque Margarita dicta, Vilelmio, et Iacoba, unica filia Vilelmii, Ioanni, filio regis Galliarum, nupta erat. quin etiam regina, Stephani, patruelis Vilelmii, filia erat. proneptis autem imperatoris Litavici quarti caesaris augusti fuit. Vilelmius igitur ultro citroque missis oratoribus ducem atque regem in gratiam redigit principesque in urbe Carnutum, quae regio totius Galliae media habetur, conveniunt, de summis rebus conloquuntur, pacem iureiurandi religione feciale atque patre patrato Vilelmio Boio sanciunt, foedus feriunt.

Per idem tempus duo pontificatui maximo incubabant. cum crearentur, uterque ad omnia se descendere paratum atque omnia pati reipublicae christianae causa promiserat iureque iurando caverant, ut coirent atque per conloquium controversia huiuscemodi componeretur. verum avidissimi honoris tergiversantur, populo christiano inludunt. flamines igitur ab utrisque deficiunt, Pisae conventus agunt, utrique diras inferiasque dicunt atque dignitatem abrogant, Alexandrum quintum ovili romano imponunt. is Litavico Gallo, filio Litavici, Andium regulo, adversus Ladissolaum Ugrum multorum periculo regnum Neapolitanum tradit. praeterea Rupertus caesar, qui rebus Gregorii duodecimi favebat, per edictum obnunciat, irrita huiuscemodi comitia

23 *Am Rande in A:* Henricus, filius Henrici de Ratenburg, capitaneus de Caltarn, Monachium venit, concitavit Ernestum contra Fridericum Tyrolensem 1410. Stephanus, Ernestus, Vilelmius arma movent versus Halios *[?]*. Georgius episcopus Bathavensis inducias facit. exeunt induciae 1412.....Stephanus usque Hall.....Augustanus episcopus inducias.....inter haec Stephanus obiit. Litavicus filius amicissimus Friderico; is obiit 1439 Segimundo relicto, cuius tutor Fridericus iunior post imperavit *[vgl. Arnpeck 373—375]* 31 *Am Rande in A:*

17 in urbe — conveniunt *Caes. b. Gall. VI, 13* 21 — reiicit *vgl. Andreas Ratispon. 2127, 2129, 2131* 22 ad omnia — componeretur *Caes. b. civ. I, 9; oben 164, 32.*

BSB

neque libera, Duodecimum verum pastorem decernit esse christiani gregis, Alexandrum veluti suppositicium reiicit.

Rursus tumultum in Germania maximum fastus atque ambitio huiuscemodi pastorum excitat. Rupertus et filii eius Gregoriani erant, Mogontinus archimystes, Albertus Stuphius, Reginoburgensis pontifex Alexandro studebant; Ioannes Chattus partium Duodecimi, iussu caesaris et filiorum eius Ambergomi apud Nariscos et finitimis oppidis sacrificia publica, privata procurat, posthabito episcopo Reginoburgensi, sacerdotes sufficit. idem fit in Mogontina dioecesi iisdemque diebus cum latius flamma discordiae perniciosae proserperet, Alexander atque Rupertus caesar naturae concedunt, anno ab orbe servato 1410.

Curiati principes Francophori caesarea comitia habent, Mogontinus atque Agrippinensis archimystae Iudocum, Brandoburgensis atque Moravici limitis praefectum, filium Ioannis, Treverorum vero pontifex et Litavicus, praefectus praetorio Rheni, filius Ruperti caesaris, Segimundum, regem Ugrorum, rebus imponunt. fuere itaque ea tempestate tres caesares, Vincissolaus rex Boiemiae, frater eius Segimundus, rex Ungariae, et horum patruelis Iudocus, omnes pronepotes domini imperatoris Honorici septimi caesaris augusti. item tres de pontificatu maximo letali ambitu disceptabant.

In tantoque rerum omnium tumultu, in Boiemia Ioannes Husso (id est anser) theologus, cum Hieronymo aliisque conlegis, hinc occasione licentiae arrepta, fretus familiaritate et opibus Sophiae reginae ex Boiariae regulis oriundae, cui a sacro piaculario erat, in avariciam, fastum, libidinem, conmunia mala sacerdotum, quae in proverbium vulgo venerant et aduc sunt, graviter invidioseque publice concionatur, vicia carpit, scelera arguit nec a pontificibus maximis linguam protervam petulantemque abstinet, maledicta in eos congerit, Antichristos nuncupat eosdemque caesari sicut caeteros christianos ac episcopos subiicit; rerum fluxarum atque caducarum curam sacerdotibus omnino adimit; omnem administrationem ad prophanos relegat, plaeraque huiuscemodi favente regina equestrique ordine licenter, sive, ut ipse putavit, libere disseruit.

Circa idem tempus Iudocus, dum Francophoron petere parat, abs-

Ioannes et Chunradus fratres Cochylii Matichoviam dedicant, 1438 perficiunt; patronum Honoricum ducem nuncupant 9 diocesi *B* 11 *Am Rande in A*: 1438 Hanns Hangenor rentmaister Ingolstat Barbati.....1434.

3 — 1410 *vgl. l. c. 2131, 2132* 12 — augusti *vgl. l. c. 2143, 2144* 22 *vgl. l. c. 2142* 23 *Wohl nach Arnpeck 441* 34 — conmigrat *vgl. Andreas Ratispon. 2144, 2145, 2137.*

BSB

que liberis moritur, Brunnae in templo Augustinianorum sepelitur. Brandoburgium ad Segimundum, Moravia ad Vincissolaum redit. et Francophori rursus septemviri coeunt, Segimundum denuo caesarem consalutant. Romae Alexandro defuncto Ioannes tercius ac vicesimus sufficitur. arma in Ladissolaum, Campaniae regem, movet, copias eius profligat. Ladissolaus recuperatis viribus Romam infesto exercitu contendit, urbe potitur; primarius sacerdos fuga sibi consulit, Florentiam conmigrat.

Eodem temporis tractu Honoricus quintus decimus, Landesutensis tetrarches Boiorum, ex intima Germania revertitur, ubi octo annos apud sacratos Teutonum equites stipendia fecit adversusque Lituos, Bolios, contra Ladissolaum Bolaniae, eius patruelem Vitoldum, Lituorum rectorem in Sarmatia (ubi millia hominum centum atque undesexaginta caesa fuisse idibus Iulii in fastos relatum reperio) continenter tot annis meruit. quippe grandem pecuniam debebat, impubis parentes amiserat, omnes praefecturae se puero a tutoribus abalienatae fuerant. ubi igitur ex ephebis excessit, purpuratorum gregem exauthorat; egestate ac penuria coactus ad sinum Codanum Venedumque militatum longissime proficiscitur. administrationem in sacerdotem quendam, cuius nomen excidit, parcum, rei familiaris diligentissimum relegat isque interea, dum abest Honoricus, obligata, oppignerata redemit, aes alienum dissolvit, vectigalia annua, item impendia in libellos, qui aduc monstrantur, redegit. Honoricus autem nono anno domum reversus, Margaritam Austriacam, filiam Alberti quarti et quinti, qui imperatoris Segimundi gener fuit et rerum potitus est, sororem uxorem duxit, rei familiaris studiosissimus esse coepit; divitias ingentes conparavit, divitis cognomen, quod ad posteros transmisit, consecutus est.

Civilitate summa atque popularitate alios principes superavit. primum principalium eius operum fuit supplices audire, popularium quorumlibet causas accurate cognoscere celeriterque responsa reddere et ius dicere. quemlibet, cui quidpiam rei in aula esse suspicabatur, ultro rogabat, ultro ad communionem sermonis provocabat et, de quo vellet, diceret, ultro adhortabatur, pecuniam, quam candidati (uti fieri

11 *Am Rande in A:* ibi in Lituania Baierborg in monumentum condidit. *[Verwechselung mit Herzog Heinrich XIII. v. Niederbaiern]. Ferner:* wider den anherren dises rychs von Poln, Sigmund 12 Boloniae *B*

9 — proficiscitur *vgl. Arnpeck 398* 19 *Die flgd. Erzählung, die sich bei keinem Vorgänger Aventins finde, verwirft Kluckhohn (Ludwig der Reiche, S. 6, Anmerk.) als Fabel. Sie wird auf den erwähnten libelli, vielleicht auch mündlicher Tradition beruhen* 23 — coepit *vgl. Arnpeck l. c.* 27 *Heinrich der Reiche.*

BSB

solet) cum suffragatoribus suis pepigerant, ipse huiuscemodi prudentia atque opera intercipiebat. nimium ad rem attentus fuisse, cervorum greges periculo incolarum, saepibus excisis, adempto insuper canum praesidio, pavisse notatur. pacis tamen studiosissimus fuit; omnes regionis suae angulos a latrocinii metu servavit inmunes. ne lupis quidem (ita equites germani cavillabantur) impune grassari licuit, quin mox laqueo suspenderentur. negociatores ubi eius terram (quam Rosogardam, hoc est rosarum hortum nuncupabant) adtigerant, se in vado esse atque portu navigare dictitabant.

In Gallia eodem tempore Anglii ubique debacchantur, maximam Franciae occidentàlis partem obtinebant. Carolus sextus, rex Francus, nonnunquam mentis alienatae valetudine laborabat. quamobrem duae sectae rem gallicanam dilacerabant, Aureliana atque Burgundiana; huius caput Ioannes Burgundionum, illius Carolus Aurelianorum regulus; uterque regis patruelis erat. rex et regina, frater eius Litavicus Angilostadensis, qui tum, ut dixi, in Galliis habitabat atque adeo omnes purpurati, item delphinus, (ita successorem et haeredem regiae maiestatis nuncupant) Aurelianis rebus studebant. Lutetia Parisiorum, caput regni, ad partes Burgundionum pronior erat.

Petrus Esarus, Parisiorum praetor, in societatem laniis Parisianis, quod sanguinarii essent, soli arma ferrent, accitis, authore Burgundo civeis Aureliano faventeis, locupletissimum quemque in vincula coniicit deinde bonis eorum publicatis in crucem agit. Carolus Aurelianus ultum suos pergit, Ioannes quoque Burgundus advolat, uterque cum infesto intentoque exercitu Luteciam contendit. Burgundus in urbem recipitur isque Carolum regem cum uxore, liberis, delphino et Litavico Angilostadensi et caetero famulicio aulico in potestatem redigit legesque dat regi. lanii quoque eo authore, dissimulante tamen concitato tumultu in aulam irrumpunt, purpuratos omnes, quorum quidem nomina scripta habebant, in quibus et Litavicus Boius, frater reginae erat, capiunt, ad supplicia deposcunt, in vincula coniiciunt. delphinus fidem atque opem Burgundi implorat atque hic quosdam, quemadmodum libuit laniis, ad se receptos in suas aedes deducit.

Posthaec delphino clamculum evocante Aurelianus atque dux Borbonius, socer Litavici Angilostadensis, in urbem cum exercitu admittuntur. Burgundus domum in Germaniam inferiorem caedit. lanii omnes in castella, quae Burgundo parebant, diffugiunt, Esarus superior

22 cives *B*

2 — dictitabant *vgl. Arnpeck l. c.; Ebran v. Wildenberg, chron. Bav. bei Oefele, Scr. I, 312* 10 *Zum flgd. vgl. Arnpeck 379, 380; Wildenberg 310, 311.*

securi percutitur. Litavicus Boius, item alii ab inminente nece eripiuntur. factum id anno Christi 1413, die lunae ante Urbani. Carolus subinde rex arma in Burgundum movet, Attrebatium civitatem Metacum in Pictonum regione, finitimam Ambianorum, Samarobrigae, Tornacensibus, Cameracensibus obsidet. Vilelmius dux Boius, Bathaviae, Hannoniae regulus, utrisque, sicuti dixi, sanguine et adfinitate iunctus, Margarita, coniux eius, soror Burgundi, caduceatores intercedunt, dissidentes in gratiam redigunt. rex soluta obsidione Luthetiam Parisiorum redit.

Eodem anno Stephanus Angilostadensis, pater reginae, profectus in Boiemiam, proceres, regem, urbes reconciliat. in Boiariam reversus Schonoveltis apud Lycatios moritur, ibidem sepelitur die lunae ante Michaelis ultimo Septembri. Litavicus nuncio de morte patris accepto, in Boiariam redire parat. soror eius, Francorum regina, filium maximum natu, instructum gaza regia et supellectile, comite duce Aureliano cum fratre in Germaniam clamculum dimittere decrevit. Burgundus ubi id rescivit, delphinum intercepit atque reduxit. Litavicus potitus opibus regiis, domum revertitur, signa sacra, simulacra divorum, praeciosae artis, aurea gemmata, deiparam virginem, Dionysios, Catharinam, Georgium, quinque cruces, Ioannem Baptistam, Ioannem evangelistam, Michaelem, Barbaram, Philippum, Petrum, Carolum Magnum, item plaeraque alia, quae Germania clenodia vocat, vulgus Boiorum duodecim nuncios, praeterea diademata, vasa, gutturnia, cantharos, malluvia, pateras, lances, patinas, circulos, pocula, cochlearia aurea et huiuscemodi, insuper torques, annulos, uniones, adamantas, sapphiros, smaragdos, carbunculos, alias gemmas, gallici luxus ostentationem, secum adtulit Angilostadium, ubi aduc atque Utini pars tanquam sacra servantur atque monstrantur. partem tamen maximam praefectus praetorio Rheni bello boiarico, quod cum parente principum nostrorum gessit, occupavit. conmentarius in membranis scriptus Angilostadii extat, ubi huiuscemodi signa, aurum, gemmae, pecunia signata. illorum numerus pondera praecium recensentur, quae hic

2 1400 terciodecimo *A. Am Rande daselbst:* quo anno quoque in ultimo Septembri eius parens in monasterio Schonvelt obiit ibidemque sepultus est 10 *Ebendort:* 1412 Ludwicus Ingolstat nondum scribit se comitem Märtäni 12 die *in B nachgetragen, fehlt in A;* ultimo Septembri *in B durchstrichen.*

10 — Septembris *vgl. Arnpeck 370, 376; Quelle für das Datum?* 14 — decrevit *nach Wildenberg 311?* 23 *vgl. u. a. Arnpeck 380:* fertur, quod omnes apostoli sibi obediebant 30 *Verzeichnisse von Ludwigs Schätzen s. u. a. bei Gerstner, Ingolstadt, S. 87; Gemeiner, Regensb. Chronik, III, 166; Neuburger Copialbücher im Münchener Reichsarchive, Bd. 137, p. 157, 348.*

scrupulosius referre alienum esse duxi. ipse Litavicus fatetur ingenue partim scelere parta, fraude, dolo, vi intercepta, partim sibi a Carolo sexto, rege Francorum, regina Elissa, sorore sua, donata esse, se quoque avare multa fecisse fatetur.

Circa idem tempus biceps puella in Boiaria aquilonari inter Danubium atque Alemanum amnes Sanderodoryphi nono calendas Aprilis nata est, in mola pagi, quae et quaterna brachia, totidem manus, pedes habuit. Viennae tum atque Noreiobergae Schoti exacti, templa indigenis tradita. in Boiaria Noricorum Ioannes Cochylius cum uxore Catharina Matichoviae, ubi quondam regum Boiariae praetorium fuisse vetusta indicant diplomata, conlegium mystis Augustinianis instituit. at in ora Oeni Romoduni mendicantibus Aurelianis Georgius Frunobergius aedem dedicavit.

Sub idem tempus Veneti in Italia ad imperatorias urbeis avaras manus extendunt, Veronam, Vicentiam aliasque civitates occupant, Brunorium, Frignandum, Paulum, Bartholomaeum, Nicodemum fratres Scalas, illarum urbium patronos a caesaribus impositos, Italiae finibus exigunt. ipsi in Boiariam migrant, ubi eorum posteri aduc habitant. eorum monumentum Reginoburgii in veteri aede extat. Nicodemus mortuo Herimano Artobergensi, Fruxinensi episcopo, a pontifice romano et Honorico Landesutensi episcopus imponitur Fruxinoque Ioanne Grynovaldae theologo, notho Ioannis Munychii reguli Boiorum, quem mystae legerant, caedente potitur. Beatricem sororem nuptum dat Vilelmio Suevo, Utinensium dynastae. deiparae virginis simulachrum graeco epigrammate inscriptum suo templo donavit.

Cap. 24. Porro imperator Segimundus eadem tempestate Venetis Mediolanensibusque bellum indicit, cum Ugrorum dumtaxat manu fines illorum invadit, plaeraque castella in ditionem redigit. Teutonum principes edicto socia arma secum adversus hosteis reipublicae iungere imperat. ne unus quidem paruit. quamobrem caesar omisso tumultu bellico ad pacis studium animum adplicat. Ioannem pontificem maximum

5 *Zu* Circa — extendunt *am Rande in A:* in magno libro 9 *Am Rande in A u. B:* Kuchler 12 *Am Rande in A:* Ramsaw; *in B:* Romsaw.

2 *Vgl. die bei Lang, Ludwig der Gebartete, S. 196, erwähnte Urk.* 3 *vgl. u. a. Pfandurkunde v. 5. Febr. 1404 in Transsumpt v. 10. Juli 1410; Münchener Reichsarchiv* 5 — habuit *Quelle?* 6 *Sandersdorf zw. Donau und Altmühl* 8 — tradita *vgl. Andr. Ratispon. 2149* 12 *Ramsau bei Wasserburg, vgl. Andreas Ratispon. 2155* 15 — donavit *vgl. Arnpeck de gestis episcop. Fris., Deutinger, Beyträge, III, 531—533* 19 *Ueber den Grabstein Johanns von der Leiter († 1490) in der Alten Kapelle in Regensburg s. u. a. Graf v. Walderdorff, Regensb.*[3], *S. 118.*

adpellat, ut multorum capitum bellua e templo dei tollatur, Constantiam Rhetiarum quondam, nunc vero Sueviae urbem, totius orbis christiani optimateis literis evocat.

Ibidem igitur kalendis Novembribus anno christianae libertatis 1414 ecclesiae latinae frequentissimus senatus undique coit; populus christianus in quinque curias divisus est, italicam, hispanam, germanam, gallicanam, angliam. ex quaque tribu sex suffragiis delecti, penes quos foret arbitrium decernendi atque cognoscendi curialium consilia causasque et ad conlegas referendi potestas. Ioannes tercius atque vicesimus excuriatus est. Gregorius duodecimus ultro se abdicavit. Benedictus tercius decimus mordicus dignitatem, quoad vixit (antiquis victu et vestitu parco ac parabili contentis onus sine emolumento erat, ideo detrectabant) retinuit. idcirco a patribus conscriptis per omnium sacerdotum religiones devotus, execratus est.

Ioannes quoque, quanto de fastigio decidisset, considerans, ope Friderici Austriaci Athesini fugam init, Scaphusium, deinde Frigiobergomum Brisacumque, Priscorum urbes, petit. Segimundus Fridericum castellis, quae in Rhetia, Suevia, Gallia possidebat, mulctat. Suitones caesaris iussu finitimas regiones occupant et aduc possident. Friderico itaque ad obsequium vi redacto, Ioannes ex fuga retractus Constantiam deducitur, tribu sacerdotum ex consilii decreto movetur, inde in vincula coniicitur, caesari deditur. ab eo Litavico, praefecto praetorio Rheni, regulo Boiorum, traditur, captivus Haedulobergomum deducitur. inde ab Otone, fratre Litavici, itidem Boiorum praeside, Manaemos transfertur, arcta custodia servatur. posthaec millibus drachmarum auri quadraginta Martino quinto successori suo venundatur Florentiamque deductus, e medio sublatus, nusquam conparuit, nono calendas Ianuarias hocque epigrammate dodecasticho se de fortuna, ut perhibent, vindicavit:

Qui modo summus eram, gaudens de nomine praesul,
Tristis et abiectus nunc mea fata gemo.
Excelsus solio nuper versabar in alto
Cunctaque gens pedibus oscula prona dabat.
Nunc ego poenarum fundo devolvor in imo
Et vultum informem quemque videre piget.
Omnibus e terris aurum mihi sponte ferebant,
Sed nec gaza iuvat nec quis amicus adest.

20 *Am Rande in A:* Eugenius — hypocrisis 25 *Ebendort:* Manhaym.
15 — venundatur *vgl. Andr. Ratispon. 2139, 2140; Arnpeck 301* 27 — Ianuarias *vgl. Andreas Ratispon. 2151* 28 — cado *nach Andreas Ratispon. 2140*

BSB

Sic variat fortuna vices, adversa secundis
Subdit et ambiguo numine ludit atrox.
Caedat in exemplum cunctis, quos gloria tollit,
Vertice de summo mox ego papa cado.

Iisdem diebus Ioannes et Hieronymus Hussii crimine irreligiositatis condemnati more maiorum conburuntur. Boiemi duce Iano Trosenoduno (quem Ziscum, id est caecum, quod luscus foret, nuncupant) templa, coenobia, conlegia amplius quingenta atque quinquaginta subscribente Chunrado archiepiscopo Pragensi invadunt, diripiunt, incendunt; monachos, sacerdotes, mystas, item flaminicas et sacerdotissas contrucidant in ignemque coniiciunt. in Boiaria Reginoburgii quoque Hyldericus Vocciothraso et Honoricus Ratogeba, sacerdotes urbis, quod Hussios veritatis assertores fuisse, vicia dumtaxat fastuosorum flaminum pontificumque increpasse iniuriaque adfectos esse publice concionarentur, provocantes ad tribunal Christi, igne concremati sunt.

Eadem tempestate cives Reginoburgenses Ioanni Stuphio (sicuti fere inimici capitales sunt equites atque cives in Germania) bellum indicunt, Ariophelison paschalibus obsident, tercia die expugnant, Theodericum, patruum Ioannis, captivum in urbem abducunt. Boiorum quoque duces, licet patrueles forent, tamen ob Boiariam haud integra fide inter parentes divisam tumultuari coeperunt, cui discordiae fenestram aperuere equites quidam Boiorum, nempe hi: Caspar Taringius, Vilelmius eiusdem familiae a Bathopago, Ioannes et Orthulphus Lamii, Georgius Frunobergensis ab Hochoburgio, Segimundus Frunobergius, Litavicus Pynizodunus, Vilelmius Massilorhaenus, Erasmus Gesocircus, Vilelmius Camerobergensis, Georgius, Veronaero Valdiccii, foedus faciunt, se legem Otonianam, caetera privilegia a principibus Boiorum data atque empta tutaturos coniurant, alios equites, item cives Boiariae universae sibi conciliare, ad parteis trahere connituntur.

Litavicus Angilostadensis (quem bardum, hoc est barbatum vulgo nuncupant), ut summae popularitatis erga cives quidem atque comites, ita quod maximus natu foret fretusque adfinitate Francorum, confisus, quod multa vidisset, prudentia, insolentissimus adversus caeteros prin-

1 *Am Rande in A:* Eugenius 12 *Ebendort:* Grunvelder, Leven, Wirppers *[?]* 25 Gesocircus *in A von jüngerer Hand corrigirt in* Tauffkircher.

5 — conburuntur *vgl. l. c. 2142, 2143* 12 presbyterum de Vahendram *[Editionsfehler?] Andr. Ratispon. 2130;* — concremati sunt *vgl. l. c. und p. 2152* 16 — abducunt *vgl. Andr. Ratispon. 2149* 18 Ernvels *l. c.* 22 — connituntur *vgl. den Bundesbr. v. 5. Juni 1416 bei v. Lerchenfeld, Freibriefe, S. 59* 31 — contemnebat *vgl. Arnpeck 379.*

cipes Boiariae, patrueles suos, item alios finitimos tuit, universos prae se contemnebat, hunc subditicium, illum novum cognominabat, alium imperitiae notabat. atque is tum Constantiae Honorico Landesutensi diem dicit, in ius ad caesarem trahit, fraudem sibi factam in divisione Boiariae conqueritur, dena millia drachmarum auri annuum tributum per quatuor atque viginti annos nunquam sibi pensitata repetit. docet inferiorem Boiariam longe collocupletiorem prima esse, illam tamen ab Honorico occupari, hanc inter se atque Arionistum et Vilelmium, patrueles suos, divisam haud aequo iure esse conmemorat; praeterea Honoricum, qui Georgium Gundelofinem grassatorem, hostem patriae, Voliphostoni, unde crebris incursationibus vicinos infestaret, conlocasset, violatorem pacis nuncupat, peculatus, furti latrociniique postulat, fidem atque authoritatem caesaris et senatus christiani adversus latronum propugnatorem implorat.

Honoricus dissimulata ira spacium deliberandi petit et impetrat, domum se proripit, arma clam induit, Litavicum neci destinat. eundem cum cohorte puerorum nobilium caeteris comitibus aduc prandentibus e convivio et aedibus Georgii Hocholochii episcopi Bathavensis et archimystae Strigoniensis, ubi cum caesare pransitarat, redeuntem, de improviso stricto ense duodecimo calendas Novembris anno aerae nostrae 1417 invadit. Litavicus quidem illi ensem e manibus corripit, caeterum a comitibus illius vulneribus quatuor sauciatus, equo delabitur. mox Honoricus ratus eum interemptum esse, fugam capessit, urbe excedit; Litavicus domum defertur.

Ubi haec divulgata sunt, fit tumultus; ‚ad arma, arma‘ ingeminatur, Guntherus Suarizoburgius, praetor caesarius, imperatore Segimundo subsequente cum copiis, Honoricum persequitur. verum Honoricus ope Rhuisachii et Georgii Burgionis et aliorum quorundam Suevorum incolomis cum suis in Boiariam evadit. caesar in urbem redit, vocata concione, quid fieri placeat, rogat. tota concio exclamat, Honoricum violatorem pacis christianae, reipublicae hostem, crimine laesae maiestatis reum condemnandum, proscribendum esse vociferatur; scelus tam atrox more maiorum vindicandum censet. caesaris igitur pro tribunali sedentis atque abdicaturi Boiariam Honorico eidemque diras dicturi Fridericus, urbis Noreiobergensis praefectus (cui soror Honorici

2 *Am Rande in A:* neuaedel 3 *Ebendort:* schrib zu kaiser Sigmund, sein vatter hab ym die fenster und glocken im land nit bezalt — funes tintinabulorum non esse solutos — non tintinabula nec specularia soluta esse conquerebatur — die strick an den glocken nit bezalt 11 *Ebendort:* Wolfstain.

3 — rebus *vgl. Arnpeck 377, 381.*

BSB

nupta erat et quem eodem anno paschalibus Brandoburgensi principatu Segimundus auxerat) pedibus accidit, obsecrat, obtestatur, ut ferre sententiam supersedeat, donec Litavicus aut restituta salute convalescat aut fato concedat. annuit postulatis princeps romanus; iudicium tum dilatum. interea invidia, quae ex tam atroci facinore orta erat, temporis spacio lenita est. conmiseratio et animi vis atque adfectus elanguere occupatis caesare et concilio aliis rebus.

Quippe in paucis post diebus, tercio idus Novembris, Oto Columna Romanus regno ecclesiae repudiatis tribus imponitur, Martinus quintus nuncupatur. et dum is a caesare et Friderico superiore ad templum augustale deducitur, Angilostadensis regulus erumpit, ab equo desilit, supplex pontificis pedibus accidit, ius aequumque postulat, fidem curamque conmunis terrarum pastoris implorat, Honoricum furti, paricidii, caedis accusat. Martinus supplicanti bene ominatur, deinde ad templum procedit, Litavicus iussu caesaris domum abit.

Insequenti anno decimo calendas Maii Monachium, regia Boiorum civitas, arsit; maxima pars urbis duaeque regiones, quas Thalam atque Graccodunum vocant, conflagrarunt. eodem die atque anno concilium, quod omnium celeberrimum extitit, solvitur, posteaquam per tris continenter annos 1422 habitum est. pontifex Italiam, caesar Ugros petit; iussu pontificis maximi a sacerdotibus decimas exigit.

Subsequenti tempore mortuo Vincissolao caesare, Boiemorum rege, fratre Segimundi, bellum Hussiis (ita Boiemos sectatores Ioannis Hussii vocant) indicitur. Sophia, uxor Vincissolai, regina Boiemiae, soror Arionisti atque Vilelmii regulorum Boiariae, Pisonium in confinio Ugrorum atque Austriacorum iussu caesaris conmigrat, ubi vita defuncta et sepulta est.

Honoricus Landesutensis, Vilelmius, Albertus tercius, avus nostrorum principum, Boiorum rectores, cum rerum romanarum praeside, cum flaminibus, legatis, pontificibus maximis, minoribus, regibus, ducibus, principibus, tetrarchis, dynastis, civibus, equitibus, arma in Boiemiam undique Hercynio saltu cinctam inmani exercitu, qui ducenta millia excessisse fertur, movent, Pragam, gentis caput, obsident. legi literas

3 *Am Rande in A:* gnesen 20 tres *B* MVDXXII *A u. B* 22 *Am Rande in A:* 1419 24 bellum *vor* indicitur *wiederholt in A u. B*

8 — nuncupatur *vgl. Andreas Ratispon. 2150* 11 — abit *nach unbekannter Quelle, wenn nicht nur Ausschmückung* 16 — conflagrarunt *vgl. Arnpeck 438, wo aber das Graggenauer Viertel nicht erwähnt wird* 16 1418 in festo st. Georgii *l. c.* 18 — indicitur *vgl. Andr. Ratispon. 2149* 27 *Wohl nach dem Grabmal im Pressburger Dome* 33 literas: *sonst nicht bekannt.*

Honorici Landesutensis, quas ad Albertum Prisingium, vicarium (ut adpellant) suum, et Chunradum Gaesolarium scribam (ita enim, non uti nunc mos, cancellarium, magistrum epistolarum vocat) dedit. quarum aera haec est; datum feria tercia ante Margaritae in campis, sive ut ego romane loquar, castris Pragae, anno Christi 1420. ‚quinquies Boiemiam intravimus, quinquies copiis, impedimentis, tormentis, carris, machinis, armis, annona, conmeatu, supellectile, instrumentis bellicis, calonibus amissis, plaerisque occisis, multis in fuga obtritis, necdum viso hoste, turpiter terga, nescio quo fato iniquo, vertimus'.

Quippe Boiemi, adiuti auxiliaribus Lituorum atque Boliorum copiis non solum patriam religionemque suam fortiter tutati sunt, sed finitimas quoque regiones Boiorum, Francorum, Turogorum, Moesiorum crebris incursationibus infestas reddiderunt, cuncta caede, flamma conpleverunt. in Boiaria septentrionali Valdosaxoniam, Valderopagum monasteria, templa cum monachis et sacerdotibus conbusserunt, villas, vicos, casas igne concremarunt; urbes, oppida, castella obsederunt, vi expugnarunt. vici, arces formidine eorum nondum visorum desertae. imperatorem Segimundum, pontificem romanum, concilium Basiliense ad iniquas pacis conditiones coegerunt. metu illorum Reginoburgenses pontem lapideum, qua Boiariam Boiemiae conterminam contingit, fossa, muris, propugnaculo, turribus diruta aedicula et sacello divae Catharinae atque aedificiis xenodochii conmuniunt, urbem de integro firmant, fossam purgant, moenibus utrimque substruunt, muros, turres reficiunt atque istoc bello maximo apparatu instructi, universis amissis, graviter adtriti sunt et, sicut aduc rumore iactatur, inde infelicitatis suae inicium hausere, subinde in dies magis atque magis paulatim adflicti et tandem ad summam egestatem redacti. nunc omnium civitatium Germaniae, quae quondam prima fuit, postrema est. haec diligenter et accurate Andreas Reginoburgensis, mysta Aurelianus, literis et memoriae commendavit; idcirco eundem cives sui Titum Livium censent.

Dum haec in Boiemia adversa fortuna geruntur, nihilo secius Boiariae principes civili bello digladiantur. Litavicus Barbatus Angilostadensis cum Litavico Gibboso, filio suo, foederi equestri, quod supra

1 Prinsingium *A* 2 scribam *in A corrigirt st.* scripturarium 6 *Am Rande in A:* 1419 rex Wenceslaus obiit. destruunt templa Hussitae 32 digladiuntur *B; am Rande in A:* bellum Boiariae.

14 *vgl. Andr. Ratispon. 2155* 30 *Andr. Ratispon. de expedition. in Bohem., Fontes rer. Austr. I, 6; Diarium sexennale bei Oefele, Scr. I; Chron. generale l. c.* 32 — salutatur *vgl. den Bundesbrief vom 16. Januar 1420, Aichach; Lerchenfeld, Freibriefe, 62--74.*

BSB

recitavi, socius accedit cum civibus nobilitateque Boiorum conspirat. neminem principum praeter caesarem, coniugem eius atque filiam, Carolum Galliarum regem, item eius uxorem atque liberos, Eburonardum archiepiscopum Iuvavensem, excipit. Aechae tum quartodecimo calendas Ianuarii Iudocus Abusinus, Caspar et Hadomarus iunior Lavari, plaerique alii civium equitumque coeunt, tabulis hancce coniurationem sanciunt. Segimundus quoque caesar author fit. Caspar Taringius, inimicus Honorico Landesutensi, dux foederis atque multitudinis salutatur.

Honoricus Landesutensis se peti ratus, et ipse Arionistum et Vilelmium Munychios, Ioannem Ambergensem, duces Boiorum, patrueles suos, item Fridericum Brandoburgensem, maritum sororis suae, Litavicum, Fridericum et Litavicum, Utini Suevorum dynastas, sibi conciliat, foedus cum illis icit. hi omnes huiuscemodi conspirationem contra rempublicam exemplo nimium periculoso contra morem maiorum, veteres leges, antiqua instituta esse causantur, saedulo operam dant, ne quid ab coniuratis detrimenti accipiant.

Honoricus Neostadium in confinio regionum Boiariae praesidio firmat; illi, qui in praesidio erant (uti fit) praedatum fines Angilostadensium primo vere ingrediuntur, pecora Mucothalorum abigunt; Arionardus Mucothalus auxilium foederatorum implorat et impetrat; acceptis quoque auxiliariis copiis a Bardo principe suo, capite quadragesimae, cum pridie incolae ac oppidani more gentis vino, ganeae luxu nimio obruti, aduc somno sepulti iacerent, ante ortum solis Neostadium invadit, expugnat, diripit atque igne concremat. ingenti potitus praeda incolomis domum revertitur.

In altera parte confestim Honoricus et eius coniurati arma summunt, Honoricus Taringiam, Noricorum castellum, expugnat, incendit, solo aequat. lapides Burgusium devehit, ex hisce pomerium atque propugnacula, quae inde Taringia vocantur, extruit. inde in Vindeliciam arma convertit, Richeroviam, Hogelios, Galathiam, Iguliam occupat, Rodaenechios exurit. Arionistus et Vilelmius Sueviam vicum

12 Brandeburgensem *B* 32 *Am Rande in A:* Τεουρνία, Teorburg, Teorn-

7 *Am 21. April 1420 gebot er vielmehr Auflösung des Bundes; erst zwei Jahre später bewilligte er wieder Errichtung von Ritterbünden* 18 *Quelle zum flgd.?* 21 *Erhard Muckenthaler* 22 in principio quadragesimae *Andreas Ratispon. 2148; Arnpeck 382* 27 — aequat *vgl. Andr. Ratispon. und Arnpeck l. c.* 28 *Burg Törring* 29 *Quelle zum flgd.?* 30 — corrumpunt *weist auf eine unbekannte alte Quelle* 31 *Reicherzhofen, Hägel, Galtha, Igel (so die Chronik), Rotheneck, Schwaben, Nanhofen, Lichtenberg, Baierbrunn (hiefür vgl. Andreas Ratispon. und Arnpeck l. c.), Friedberg.*

et arcem, Neoviam, Lichtobergomum in ditionem redigunt, Boiobrunnam diruunt, Fridobergomum sex menses obsident ad obsequiumque cogunt. Fridericus Brandoburgensis, Fridericus et Litavicus Utini Sueviae tetrarchae Manaemos, quos Angilostadensis Iudoco, Abusinae patriae meae dynastae, donarat, vi capiunt, vivaria piscium Teuthusii expiscantur, rescissis aggeribus corrumpunt. Ioannes Ambergensis Nariscorum castella, oppida invadit, Berostonos solo aequat, Haerobrigam, Videnas, Frigiostadium, Stonos Hyldovaldenses, Lupham, Holostonos, Parochostonos, Phloson, Hochostonos Barbato vi eripit seque recipere cogit. hoc tumultu Verdunum quoque, urbs Sueviae, ab Angilostadensibus ad imperium deficit.

Posthaec octavo calendas Iulii Landesutensis Utinique reguli copias coniungunt, equitum tria millia, noningentos carros contrahunt, apud Lycates iuxta Rhaenos in finibus Angilostadensium castra faciunt. quatuor ibi dies considunt, circumcirca universa usque Neoburgium igne depopulantur, Burgiochamos vicum capiunt, templa ibi vi effringunt, diripiunt. postea Therabethae Lycum superant, Suabechiam, Turchaemos occupant. Verduni, quod se in libertatem vindicarat, Histrum traiiciunt, Hagolios, Daphaemos, Rhaenarthusium in ditionem cogunt. quintodecimo calendas Augusti Gryphopagum Eburonardus Rosobergensis adoritur atque (uti mos est) obaequitat. deinde Landesutensis et Utinenses castellum obsident, Angilostadenses suppetias obsessis ferunt, cum hostibus confligunt, Litavicum Utinensem capiunt, Fridericum interimunt, tamen amissis centum viginti quinque equitibus caedere coguntur. quarto die obsidionis Gryphopagi deditionem faciunt. Honoricus victorem exercitum per Boiariam aquilonarem deducit, Hutinios, Gamarosaemos, Gansobergomum occupat, Santherodoryphos exurit, Neostadii Danubium transsit, ex Germania in Vindeliciam concedit Oenique oram petit. Bathavoburgium duodevicesimo calendas

burg, Virunum, Bernaw 3 Brandeburgensis *B* 7 *Am Rande in A:* Bornstain, Hörsbruck, Weiden 18 *Ebendort:* Turcheim 24 *Ebendort:* 1426 Gutobergomum Voliphogangis Tauphocirci pulsis liberis, uxoribus exurit; idem facit 1448 *[Guttenberg oder Guttenburg, Burg des Wolfgang Taufkircher am Inn im Gerichte Kraiburg].*

4 *Monheim* 6 — eripit *vgl. Andreas Ratispon. l. c., Arnpeck l. c. und 311* 7 *Hersbruck, Weiden, Freistadt, Hilpoltstein, Lauf, Holnstein, Parkstein, Höhenstein, Floss, Donauwörth* 12 *Das flgd. nach unbekannter, wohl gleichzeitiger Quelle* 14 *Rain, Burgheim, Thierhaupten, Schwabeck, Türkheim, Donauwörth, Hägel, Tapfheim, Rennertshofen, Graisbach; E. v. Rosenberg* 27 *Hütting, Gaimersheim, Gansheim, Sandersdorf, Neustadt a. d. Donau* 29 *Wasserburg.* — defensa est *dürfte auf derselben unbekannten Quelle (Notiz in einem Wasserburger Stadtbuche oder dergleichen?) beruhen, wie der auf die Belagerung Wasserburgs bezügliche Eintrag im*

BSB

Decembris hostili animo invadit, urbem arctissima obsidione claudit, per mensem oppugnat, mille trecenta sexaginta sex globata saxa tormentis aereis in urbem iaculatus est; summa vi oppugnata civitas summa vi defensa est haecque omnia una aestate gesta sunt Litavicusque Barbatus sex urbibus, totidem vicis, castellis duodeviginti exutus est. qui ut obsidionem Bathavoburgii solveret, septingentos equites ducente Ioanne Vessonagrio Munychium agrum flamma depopulari praecipit. Arionistus, Vilelmius, Albertus armati erumpunt, hostes villas conburenteis Hopholachii invadunt, fundunt, in fugam vertunt, ducentos captivos Monachium deducunt sabbato, qui tum decimus erat dies ante calendas Octobres.

Pridie eius diei Segimundus cum Barbara coniuge sua et Branda, legatus Martini quinti, Reginoburgium se contulerant moxque Boios ab armis discedere iubent, pacem servare praecipiunt. Honoricus, eius foederati omnem culpam in Litavici insolentiam transferunt, per quem stet, ne Boiaria augusta quiete perfruatur, hominem illum esse contumacem, gallico fastu levitateque celtica imbutum, caeteros prae se contemnere, amiciciam exuisse, citra rationem sanguinis bellum finitimis intulisse, se vero propulsasse proponunt. et sane Barbatus pervicacior erat, Noreiobergam ad caesarem venire recusarat nec Reginoburgium, donec tot malis coactus, accessit. ibi kalendis Octobribus caesari genu posito dat fidem se pacem concordiae servaturum; Brandae amiciciam ambit, quotidie supplex eum officii gratia aditare solitus, quo illius favore ablata recuperaret. quae caesar se redditurum pollicitus, quadriennales inducias facit. interea Boiorum reguli ab armis discedere, concordiae bona colere, iure, non vi disceptare apud caesarem atque Angilostadensis Boiaria exulare iussus est. captivi utrimque dimissi sunt, pace Boiariae reddita Branda Noreiobergam, caesar cum coniuge comitante Litavico Bardo in Ungariam Histro navigat.

Caspar Taringius Honoricum Landesutensem in ius Sycambrorum (quod Vessoveltarum vocant) trahit. die dicto apparet Honoricus cum Friderico Brandoburgensi funique iuxta morem collo inserto Casparem perfidiae accusat. ille cum praesto non esset, contumaciae condemnatur

8 hostem *A u. B* 31 Vessoveltorum *B*

Tagebuche des Abraham Kern (Westenrieders Beiträge I, 146), wiewohl bei Kern statt des 18. Dezember der 18. August genannt wird. Kern schrieb c. 1579—1631; es scheint aber nicht, dass er A. benützte 10 *Vgl. Arnpeck 383 und clm. 18776, f. 178 (s. Nachwort)* 12 — navigat *vgl. Andr. Ratispon. chron. Bav. ed. Schilter p. 43; chron. gener. 2152? de exped. in Bohem. 415, 416?* 30 *Über den flgd. Bericht* — adscribuntur *vgl. B. Thiersch, Vervemung des Herzogs Heinrich des Reichen v. Baiern (1835), S. 23, 52.*

animadvertique in eum more maiorum laqueo indictaque causa Honorico ex consilii decreto potestas datur. et Honoricus et Fridericus albo consultorum atque huiuscemodi praetorum adscribuntur.

Dum haec in Boiaria geruntur, in Gallia Lugdunensi Ioannes, dux Burgundiae, Flandrorum praefectus, trucidatur; Philippus, filius eius, ad Anglios deficit. ope eius Honoricus rex Angliae, adiutus auxiliaribus copiis Litavici, praefecti praetorio Rhenano, Lutetia Parisiorum, rege et regina potitur.

In Belgica secunda Germaniaque inferiore, qua Boiis parebant, armorum procellae itidem ingruere. sequor autem annales Georgii, reguli Boiorum ditissimi, quos eius iussu Fridericus Murocircus, magister epistolarum et pontifex Bathavensis iureconsultus ex Bathavia insula in Boiariam detulit et ego apud Tigurinos reperi. Vilelmius igitur secundus, nepos imperatoris Litavici quarti, Hannoniae, Hollandiae, Selandiae, Frisiae, Boiariae regulus, ex Margarita Burgunda, filia Philippi primi Burgundionum atque Flandriae praefecti, sorore Ioannis, amita Philippi secundi, unicam filiam Iacobam tulit, quam nuptum dedit Ioanni Delphino, filio Caroli sexti, Galliae italicae rectoris. is aerae christianae anno 1417 octavo idus Aprilis, qui tum quartus dies ante paschalia erat, absque liberis decedit. Iacoba ad patrem Vilelmium revertitur, qui eodem anno pridie calendas Iulii ex hac vita migrat. tum Iacoba, eius mater Margarita et Ioannes, patruus Iacobae, pontifex Leodiensium designatus, de principatu vi et armis disceptare incipiunt. Ioannes confestim sacerdotio caedit, pontificatum Leodiensem Constantiensibus patribus reddit. deinde liberum procreandorum causa neptem imperatoris Segimundi ex fratre Ioanne Lusatio uxorem ducit et Durotracum in Hollandiam migrat.

Hi atque Cavellauni, primi omnium exosi muliebre imperium, in verba Ioannis iurant, subinde caeteras urbeis in parteis suas trahere nituntur. at Hochosei Margaritae Iacobaeque addicti, qui foeminis dominantibus se principatum obtenturos sperabant, Ioanni rebellant, auspiciis Margaritae atque Iacobae arma summunt, belligerantur, Ioannem finibus exigere moliuntur. at ille arces, oppida adversariorum expugnat, diruit, vicos diripit, agros urit. Hochosei quoque freti po-

6 Honoricus *fehlt B* 21 *In A* Iunii *corrigirt st.* Iulii 27 *Die nach* migrat *in Cisners und Gundlings Ausgabe folgenden Sätze finden sich weder in A noch B*

11 *Friedrich Mauerkircher, Bischof v. Passau 1482—1485* 13 *Zum flgd. vgl. ausser dieser nicht erhaltenen oder doch bisher nicht bekannt gewordenen Chronik, welche auch Ebran v. Wildenberg, 313, citirt, Arnpeck 359 flgd.* 20 *Vgl. Arnpeck 357.*

BSB

tentia muliebri, vires cogunt, eos, qui rebus Ioannis studebant, ferro, flamma adterunt.

Dum itaque omnia civili bello, cognatis armis flagrant, Philippus Burgundus, abavus imperatoris Caroli maximi caesaris augusti (qui hisce diebus aduc conventus Borbetomagi agit) sorore Ioannis, amita Iacobae genitus, Margaritae ex fratre nepos, Iacobae amitinus, pronior partibus foemineis, has ad se in Flandriam evocat; Iacobam Ioanni Brabantino, patrueli suo, quamvis et ipsi amitini forent, indulgente tamen romano episcopo, connubio iungit Hagaeque in Hollandia insequenti anno pridie nonas Aprilis magnifice regio luxu nuptiae fiunt. plerique omnes finitimi principes et antistites interfuerunt in verbaque Brabantini perlustrantis uxorias regiones Hollandi, Hannonii, Selandi, Frisii iurare iubentur. itidem Iacobae mariti regna peragranti Brabantini, Limoburgii se in eius potestate futuros dant fidem.

Inter haec Ioannes Boius nihil hostile meditatus, Durotraci se continet. at Hochoseorum suasu Ioannes et Iacoba coniuges conlecto maximo exercitu Boium hisce finibus exigere contendunt, eundem Durotraci arcta obsidione septimo calendas Iulii claudunt. Ioannes fortiter urbem tutatur, crebris eruptionibus diu noctuque, ubi minime rebantur, hostes fatigat, permultos occidit, plaerosque captivos in urbem abducit. obsidentium quam obsessorum durior erat fortuna, optimus quisque ac maxime strenuus oppetiit. hisce malis coactus Brabantinus sexto atque quadragesimo die multis suorum amissis, pluribus captis, obsidionem solvit. Boius continuo erumpit, abeuntium agmina invadit, caedit, fundit. postea Roterodamum, patriam Erasmi illius (qui nostro saeculo sacrarum litérarum maiestatem asserit et eloquentissimus omnium censetur) oppugnat, in ditionem redigit, caede, incendiis universa complet. hostes par pari referentes itidem factitant, ferro, flamma cuncta vastant. invicem multa data acceptaque utrimque damna, Bathavia crudelissime devastata est.

Philippus, Burgundus atque Flandriae dynasta, utrisque sanguine coniunctissimus (nam Boius eius avunculus et Brabantinus patruelis, Iacoba amitina, Margarita amita erat) inducias facit, controversiam dirimit, pacem conponit. Hannoniam Brabantino atque Iacobae, Boio vero Hollandos, Selandos, Frisios addicit Borichami pridie calendas

3 *Am Rande in A:* 1428 könig Sigmund dut in vnnsserm hof vor der Taubenburg in der Siraphei, donstag vor Jubilate *[April 22.]*, Ungarici 41, Romani 18, Boiemi 8 *[Sigmunds Regesten bei Aschbach, Kaiser Sigmund, III, 465, 466, zeigen ihn vom 29. April bis 20. Mai 1428 im Heere vor Taubenburg]*.

5 *Vgl. A.'s Hauskalender, oben, Bd. I, 677.*

Martias anno ab restituta salute millesimo quadringentesimo undevicesimo. posthaec Ioannes conlectis viribus avitum paternumque regnum lustrat, sacramenta sibi universos sicuti haeredi legitimo dicere iubet. Brabantinus cum coniuge Brusellas revertitur.

Soli Hochosei Boio dicto audientes non erant, devincti beneficiis Margaritae Ioanni adversabantur. odium certaminibus ortum non facile deponitur nec simultas desinit, dum aut metus aut adversarii felicitas durat, invido quoque oculi dolent, ubi alios plus valere cernunt. has ob causas Hochosei aliique pacis turbatores, qui primum ambibant locum, quod ipsis sub Boio adipisci non licebat, profugi Bathavia ad Margaritam Iacobamque se Brusellas conferunt, Vilelmium Bericanum, decurionem equestrem, quo potissimum authore pax inter principes convenerat, apparentem ante cubiculum Brabantini quasi dominarum suarum proditorem contrucidant. caede perpetrata in Hollandiam Traiectum fuga elabuntur, quoscunque possunt, fraude, dolo, blandiciis, pollicitationibus, pecunia sibi conciliant, factionis opes auspiciis Margaritae, coniugis Vilelmii, parentisque Iacobae confirmant. nec destitere, donec quasdam urbes, praecipue Lidios a Boio deficere persuasere, moxque omnia tumultu et armis confunduntur, ima summis miscentur, Ioanni Bathavo a popularibus suis bellum indicitur isque coactis copiis Lidios, sylvam luporum patriae, obsidet. maxima pars civium fugam capessit, caeteri deditionem faciunt. eodem tempore Hochosei oppidum divae Gariodrudae expugnant eoque vi potiuntur.

Ioannes eo castra movet, oppido ad obsequium et in cineres redacto arcem obsidet eamque septimo obsidionis mense sextodecimo calendas Octobris Brabantino pacis conditiones ferente recipit ab orbe ab inferis liberato 1421 anno, quo etiam terciodecimo calendas Decembris noctu subito oceanus ventis fluctus et procellas tollentibus inundavit, universam Suithollandiam aquis operuit. pecora simul et homines interiere, pagi tribusque ecclesiasticae (quas parochias nominant) amplius septuaginta cum templis, conlegiis, monasteriis, sacerdotibus, monachis unda obruti sunt.

Nihilominus Hochosei, caeteri exules atque profugi, amici Iacobae, cum primum locum, ut desiderabant, occupare atque tueri nec discordias serere inter principes non possent, in alia plaeraque omnia descen-

26 conditionis *A u. B* 29 *Am Rande in A:* sicut et anno Christi 1530 Flandriam..... Selandiam . maximam cladem intulit caesari aqua. retulit mihi Saliburgensis *[Cardinal Matthaeus Lang]*.

6 odium — durat *Vell. I, 12* 27 — obruti sunt *vgl. Ebran v. Wildenberg 309.*

dunt, fallacia fallaciam trudunt. tandem ex composito Iacobae ad aures (ut sunt mulierum variae atque mutabiles voluntates) crebro atque secreto obganniunt. ipsam cum marito sanguinis vinculo quam arctissimo coniunctam esse, proinde adversus leges christianas initum istuc matrimonium inauspicatum ac plane incestum esse, denique calamitosum reipublicae fore; pontificem quidem romanum indulgere, at deum optimum maximum non subscripsisse aiunt. eadem apud Margaritam, matrem Iacobae, repetunt. quid plura? mater filiaque (ita sunt omnes mulieres natura religiosae et plus superstitione trahuntur quam consilio reguntur) superioribus consultoribus fidem habent illorumque suasu Iacoba (quicquid illud fuit, quod ei in marito displicuit) a Brabantino clam discedit, cum matre in Hannoniam se confert, inde in Angliam navigat, ubi ad eam profugorum exulum, quos Boius regno pepulerat, maximus numerus, item procerum quidam, quibus concordia damnosa et bellum utilius pace erat, brevi confluunt. horum consilio Iacoba Brabantinum coniugem abdicat, Hunofrido, Honorici regis Angliorum germano, nubit, nuptias magnifico apparatu celebrat. deinde cum novo nupto in Gallias navigat Caletesque petit declinataque Flandria in Hannoniam penetrat. iussu matris Hannonii in eius verba Hunnofridique iurant.

Brabantinus tam insigni contumelia adfectus, auxiliares copias a Philippo Burgundo patruele et Ioanne Bathavo adfine accersit. inter haec Boius a Ioanne Fluto, praefecto aulae suae, quem Iacoba auro corruperat, veneno adpetitur octavoque idus Ianuarias anno Christi 1424 e medio tollitur Hagaeque sepelitur in templo Dominicanorum. Ioannes, a quo toxico sublatum principem rumor erat, in vincula coniicitur, paricidii condemnatur in quatuorque parteis more maiorum dissecatur.

In Boiaria eodem tempore Georgius episcopus Bathavensis ex hac vita migrat. duo eliguntur, Leonardus Lamius et Honoricus Flacculus; uterque pontificatum ambiunt Eburonardumque Neothusium, archiepiscopum Saliburgensem, arbitrum capiunt, utrum episcopum censeat, ratum esse, dant fidem. Honoricus fretus amicitia archimystae, qui eum ante Chimensi pontificatu donarat, solus Saliburgium cum paucissimis advocatis venit, sed spe sua frustratus est. nam Leonardus illuc Honoricum Landesutensem deduxit, praece, praecio archiepiscopum suum fecit ab eoque episcopus vocatur Bathaviaque potitur. porro Albertus Austriacus, ad quem se Honoricus contulit, repugnat, cuncta infra Anassum occupat. post annos demum octo Fridericus

13 ad eum profugum *A u. B* 24 appetitur *A*

Drugassius, archimystes Boiorum, litem conponit. Leonardus, quem plurimum Aeneas Sylvius conmendat, cum Austriaco in gratiam redit.

In Germania inferiore Brabantinus et Burgundus Hunnofridum Hannonia pellunt. ipse Burgundum ad singulare certamen provocat atque in Angliam revertitur. accepit Philippus conditionem, sed die constituto Anglius praesto non fuit. posthaec Ioannes Brabantinus cum legatis Philippi patruelis sui, deducentibus illum Cavellaunis caeterisque urbibus (quae Boii rebus faverant) ad Bathavos transsitum facit, passim ab omnibus sicuti maritus Iacobae recipitur. deinde in Hannoniam, ubi Bergiis Iacoba cum matre degebat, copias transfert, urbem obsidet, oppugnat. Philippus Burgundus intercedit, cum Margarita, amita sua, matre Iacobae, pacis conditiones dicit. Hannonia Brabantino redditur.

Iacoba a Burgundo amitino suo in Flandriam Gandavum deducitur, ut ibi regiam vitam, donec animus mariti placaretur, duceret, ipsa veniam crebro postulat, sexum, aetatem, animum muliebrem, consultorum maliciam excusat; per superos omnes obtestatur maritum, ut secum in gratiam redeat atque coniugem obsequentissimam recipiat; verum surdo fabula narrabatur et verba fiebant mortuo. quippe Brabantinus animum obfirmarat, penitus aures praecibus clauserat, ei, quae se deseruisset, reconciliari ullo pacto pertinacissime recusabat.

Dum haec fiunt, Philippus Burgundus caedem paternam ulturus in Francia italica bellum gerebat. Iacoba nacta occasionem, sumpto virili cultu, duobus dumtaxat comitibus vesperi urbe nemine advertente egreditur, equos pernicitatis expertae ad hunc casum paratos insidet; diu noctuque fugam non intermittit in Hollandiamque inco-lomis penetrat, ibi, quae sit, fatetur, vestem muliebrem resummit. hoc ubi rumore dissipatum est, eam Burgundi servitutem evasisse, proceres, cives, quorum animis necdum reverentia, memoria, beneficia avi patrisque excesserant, convolant, adventum gratulantur, salvam advenisse gaudent. Hochosei quam maximo possunt apparatu excipiunt, Gandam Aldobathrosque deducunt; cives in eius verba iurant. Iacoba Hunnofridum maritum ex Anglia evocat, se potiri primariis urbibus, caetera facile cogi posse ad obsequium aperit. ille quidem auxiliares copias mittit, se vero in Anglia continet.

Philippus certior de hisce omnibus factus literis eorum, qui eius partibus favebant, utcumque compositis rebus gallicis, domum properat, exercitu infesto atque intento in Hollandiam contendit. Anglios, qui

19 surdo — mortuo *Ter. Heaut. II, 1, 10; Phorm. V, 8, 26.*

suppetias Iacobae ferebant, superat, profligat idibus Ianuarii. Iacoba rursus conlectis viribus, accito auxilio a Traiectensibus Hochoseis Haerulam obsidet. Burgundiani apud Lidos obsessis opem laturi coeunt. quod ubi per exploratores Iacoba cognovit, obsidionem solvit, venientibus insidias iuxta vicum Alphen in ripa Rheni proxime Lidos ponit, ad liberandam Haerulam properanteis de improviso invadit, Belgarum et Gallorum maximum numerum occidit, ducem copiarum conmilitonesque in fugam vertit, victoria potitur pridie calendas Maii. quingenti equites, Burgundionum quoque electissimi eo praelio caesi sunt. Lidorum primarii quinque atque octoginta interierunt. Iacoba admodum paucos desideravit famaque victoriae usa, graviter hosteis adfligit, agros vastat, villas succendit, vicos diripit, caede, ferro impune in adversarios debacchatur. Burgundiani rursus vires recuperant, Haerulani, Lidi, Aemosterodami socia agmina coniungunt, in superiore vico Alphe iuxta Rhenum castra faciunt, Iacobam Bathavia expellere in animum inducunt. illa cum suis intrepide obviam pergit, manus cum hostibus conserit, a prima luce ad vesperam continenter decertat, hostes in fugam coniicit, universis signis adversariorum potitur victrixque victorem exercitum cum ingenti praeda Gandam deducit fortunamque plaerique secuti a Burgundo Brabantinoque deficiunt, diversae factionis vires graviter opprimunt.

Moritur tum Ioannes Brabantinus; Hunnofridus quoque Iacoba repudiata aliam uxorem in Anglia ducit. Iacoba utroque marito vidua, intercedentibus amicis cum Philippo Burgundo, amitino suo, qui cum exercitu in Hollandiam hisce diebus concesserat, paciscitur. Hannonia, Hollandia, Sēlandia, Frisia, avitum paternumque regnum, ex asse Iacobae permittitur atque restituitur. verum ipsa dat fidem se minime gentium absque consilio et consensu Burgundi nupturam. ita pax atque summa tranquillitas civibus mutuo congratulantibus redit; explosa discordiae mala, belli furiae exactae sunt. Iacoba sex annos quiete paternos avitosque gubernavit principatus.

Verum sicuti ocio lascivia gliscere solet et omnes homines a labore proclives sunt ad libidinem, animum inconsulto amitino ad nuptias impares adplicat, clam Franco Barsilio capite minor nubit. quod ubi Philippus, incertum quo pacto, rescivit, dissimulata adventus sui causa quasi officii gratia et pietatis ergo amitinam visum in Hollandiam pergit Iulioque mense Hagae ab Iacoba benigne simul et magnifico apparatu excipitur. conviviis dies conplusculos saltitando, ludendo

34 Franco *sic A u. B*

32 omnes — libidinem *Ter. Andr. I, 1, 51.*

consummunt. porro iussu Burgundi occulte Franco intercipitur, occulte captivus in Flandriam ignorante universa Iacoba deportatur. posthaec continuo Philippus domum redit. tum demum Iacoba cognoscit Franconem in vincula coniectum, captivum abductum ad Flandros, arctissima custodia detineri.

Quem ut carcere atque vinclis liberaret, Hannonia, Selandia, Hollandia, Frisia, avitis paternisque bonis, caedit, ea universa Philippo Burgundo tradit. ideo Franco e custodia dimissus ad Bathavos redit, solenni ritu Iacobam uxorem ducit, nuptias in oppido, quod insulam divi Martini vocant, celebrat. caeterum Philippus perinde ac iustus et legitimus haeres, nempe pronepos imperatoris Litavici quarti caesaris augusti, nepos Alberti atque Vilelmii Boiorum, amitinus Iacobae, ea praesente ab omnibus civitatibus Hannoniae, Hollandiae, Selandiae, Frisiae accipitur quieteque hos ducatus possedit. caeterum Franconi Iacobaeque quasdam praefecturas praecario concessit sumptusque praebuit. et interiecto deinde triennio Iacoba aegritudine animi contabuit ex hacque vita migravit anno Christi 1436, septimo idus Octobris; sepulta Hagae in praetoriano templo iuxta avum suum Albertum, regulum Boiorum tetrarchamque Hannoniae, Selandiae, Hollandiae, dynastam Frisiae, haeque omnes regiones ignavia Boiorum in manus Burgundionum et deinceps mea memoria Austriacorum devenere. nihil humanorum stabile atque certum existit. regna quoque non solum conmutantur, sed et intereunt et quasi pila sursum deorsum fatis iactantur.

Regio autem Boiariae secundae, quae ab hostiis Alemani cum Histro utrimque ad confluentes eiusdem atque Ilissi et Oeni amnium excurrit, et Bathavis addicta fuit, et ipsa a pluribus petita est candidatis causaque intestinae discordiae fuit. quatuor patrueles competitores fuere, quinque annos iure disceptarunt; inferioris Germaniae autem, Galliae belgicae secundae locupletissimas regiones, quasi vero haeredes non essent, neglexere. quantula portio, pro qua tot annos crebris conventibus diversis locis actis decertarunt, ad illas! quippe

20 *Am Rande in A:* 1433 pundbrif hertzog Heinrichs mit pischof.....*[?]* wider hertzog Ludwig 20 *Ebendort:* 1436 datum Haidelberg 6 feria post Udalrici Ludovicus comes palatinus Rheni, churfyrst, absagt hertzog Ludwig in Baiern ....von wögen hertzog Henrichs, seines lieben schwehers — 1430 mense Maio dominica Cantate 12 kalendas Iunii et feria 2 *[?]* sequente pruina vineas corrupit, maxima tamen ubertas anno sequenti — Sabbato post Corporis Christi 15 kalendas Iulii vesperi subito orta tempestas; fulmen deiaculatur globum turris magne in pede pontis lapidei Ratisbonae; accidit culmen turris iudicis in suburbio *[vgl. Andreas Ratispon. chron. Bav. ed. Schilter p. 48 zu 1430]*.

BSB

Litavicus Angilostadensis, maximus natu principum Boiariae, quem ideo seniorem cognominatum reperio, aetatis privilegio relictum principatum, quem ius et ordo nascendi et natura ipsa gentibus dedit, sibi more Gallorum Italorumque, ubi primogenitus dumtaxat haeres caeteris exclusis esse solet, ex asse vendicabat. sed caeteri nixi institutis Germaniae, quae nullum discrimen sanguinis nascendique facit, refragabantur, intercedebant, pernegabant.

Equites igitur atque cives Strubiis coeunt, concordi animo societatem ineunt, tabulis sanciunt atque omnes subscribunt, singulis conpetitoribus aequo iure sacramentum dicunt fidemque suam astringunt, sed ea lege atque omine, ut, cum discordes illi sint, ipsi inmunes belli, nulli suppetias ferant. praeterea ad dissolvendum aes alienum praesidem atque quaestorem e suo corpore creari postulant, qui vectigalia accipiat, impendia in libellos referat ac postea rationem reddat. hisce conditionibus acceptis primo Arionistus, Vilelmius, Honoricus Ianuario Strubios se conferunt, haec servaturos dant fidem. deinde Litavicus Iulio eo pergit; hic eius iussu Andreas flamen Augustinianus, cuius supra memini, annales Boiorum inchoavit, scripsit, eidem nominatim dedicavit. nam Litavicum literarum studiosum amantissimumque fuisse memoriae mandatum est.

Post annos quinque, menses totidem, dies duodeviginti demum anno Christi millesimo quadringentesimo undetricesimo, nono calendas Iulii patrueles regionem divisuri Strubiis conveniunt et rursus controversia oritur. principatus iuxta triplicem sanguinis stirpem legemque in treis parteis dumtaxat dividundus erat. etenim Arionistus et Vilelmius fratres germani ambo, sicuti unus Litavicus aut Honoricus uno generis gradu defunctum contingebant. Vilelmius hos singillatim, ut se aequo iure haeredem admittant, orat, ambit; uterque utrumque repugnaturum ratus, hac lege, si alter consentiat, postulatis annuit. itaque Vilelmius hoc pacto ab utrisque tabulas extorquet. deinde postulat, ut in quatuor parteis haereditas dividatur. certamen ad caesarem in Ungariam defertur. is causa cognita quatuor patruelibus

1 *Am Rande in A:* Caesar Segimundus facit pacem. *Das flgd. kehrt unten im Texte wieder* 22 *Ebendort:* Elisabeth mater eius, filia Henrici, uxor Friderici . Margarita, soror Alberti, uxor Litavici iunioris de Ingolstat 25 Albertus *st.* Arionistus *A u. B*

1 maximus — dedit *Trog. II, 10, 2; s. oben Bd. II, 672, 22* 17 *Andreas von St. Mang in Stadtamhof bei Regensburg; sein chronicon de ducibus Bavariae ed. Freher, 1602 u. 1607; Schilter, Nr. XIII; Uebersetzung in v. Freybergs Sammlung, II.* 23 in vigilia st. Ioannis Baptistae *Andr. Ratisp. 2157; Arnpeck 367.*

aequo iure principatum partitur. ita Vilelmius, qui ex sextante solum erat, ex quadrante, qui drachmarum auri octonis atque vicenis aestimabatur, factus est haeres. is Vildestonos, Theodophoron, Chelamos, Abudiacum, Falcostonos, Verdunum, Schonobergomum, Sigostonos, Lindam, Saulobergomum, Pilostonos, Aegen, Aeschulochamos, Neocircum, Phoron, Cotisodunum, Tectodoryphon, Chamabos, Arionistus, frater eius, Haedunum, Strubios, caput regionis, Mitrophelison, Bogos, praetorium Reginoburgii, servitutem urbanam atque monetariam, Litavicus Scharodunum, Neothusium, Typhostonos, Digulofinem, Circobergios, Gisaloeriam, Iudaeos Reginoburgenses possedit; Honoricus Landunum, Naterobergomum, Plaedulos, Vinozeron, Hylgerobergomum, Hophocircum, Vilissoviam sorte accepit.

Inter haec Boiemi, freti auxiliaribus Ladissolai Boiorum regis copiis, Segimundi caesaris minas floccifaciunt authoritatemque eius aspernantur, Boium agrum sibi finitimum, Nariscos, Chamabos depopulantur. Segimundus ut Bolios domi contineret, domesticum eis excitare tumultum conatur, Vitoldum, patruelem Ladissolai, quem is Lituis praefecerat, inmunitate donat, regem adpellat. Ioannem pontificem Bigradensem atque Arionistum, Boiorum regulum, qui illum auspiciis caesareis corona donent, illo proficisci iubet. id ubi rescivere Boiorum purpurati, omnes aditus intercludunt. legati caesaris re infecta domum redire coguntur.

Per idem tempus Albertus et Arionistus vectigal salinarium a Reginoburgensibus redimunt mulcticio aere, quod Eburonardus Viridobergensis, quia sponsalibus stare detrectarat, luit. quippe filiam suam Alberto desponderat et ipsa clam alii copiam sui promiserat. nondum Honoricus Landesutensis et Litavicus Angilostadensis reconciliati erant. insequenti igitur anno, dum illi bellum moliuntur, caesar ab orientis ora Noreiobergae conventus acturus, Strubios venit. ibi honore maximo a septem regulis Boiorum, Litavico Angilostadensi, Arionisto, Vilelmio, Alberto Munychiis, Honorico Landesutensi, Ioanne Ambergensi, Otone a Mosopago excipitur; quatuordecim ibi commoratus dies, Noreiobergam ab illis deducitur. ubi ritu solenni Boiis ius dicturus, Honorico atque Litavico responsa redditurus, pro tribunali cultu cae-

19 Bigradensem *in A corrigirt in* Zagabriensem 21 adytus *B; am Rande in A:* Wladislaus rex Polaniae 30 *Am Rande in A:* feria 6 post Bartholomaei 32 ubi *st.* ibi *B*

1 *Am 26. April 1429; Urk. bei Senckenberg, Sammlung rarer Schriften, I, 12* 3 — accepit *vgl. Andreas Ratispon. 2157; Arnpeck 367* 15 — depopulantur *vgl. Andreas Ratisp. 2158* 33 — compensaretur *vgl. die Urk. vom 22. März 1431, Reg. Boic. XIII, 193; und Andr. Ratispon. 2160, Arnpeck, 383.*

BSB

sareo sedet. dextra Iulianus flamen romanus, archimysta Mogontinus, Viridoburgensis, Babobergensis, Reginoburgensis pontifex, leva vero Badensis limitis praefectus, eius adfinis Athulphus, Bergiorum dux, cui Elissa, filia Arionisti Boii, nupta erat, Ioannes et Vilelmius, Boiorum reguli, et Licobergenses dynastae assident. induciae per quadriennium indicuntur. iussus est Honoricus templa sacerdotiaque condere, unum Constantiae, alterum Landesutae in monte proxime arcem et evocatus ab Litavico cum equitatu apparere atque servire. caeterum de fraudulenta Boiariae divisione verbum nullum et annuo tributo, quo dolus compensaretur.

Cap. 25. Eodem anno iuxta concilii Constantiensis decreta, quibus sancitum est, ut decimo quoque anno legitimus universi orbis christiani senatus cogeretur, Basileae calendis Octobribus patres atque ministri christianae pietatis frequentissimi coeunt. caesar eo cum duce Vilelmio, propatruo nostrorum principum, pergit, eum propugnatorem atque curatorem sacrosancti coetus constituit. ipse in Italiam abit, biennio pacandae Italiae intentus fuit, tandem Romae ab Eugenio pontifice maximo inauguratus solennibus sacris imperatoris praenomen adversus intercessionem curiatorum principum accepit.

Inter haec Boiemi Reginoburgium veniunt, quos Chunradus, urbis episcopus, Basileam, ut cum caeteris christianis in gratiam redigantur, deducit. ibi tum Vilelmius, Boiorum rector, Margaritam, Athulphi Clivi filiam, uxorem ducit, nuptias concelebrat. Chunrado episcopo Reginoburgensi a decessoribus eius oppignerata Boiis principibus Verdunum vicum et arcem condonata sorte gratis reddit; ideo aduc illi mystae Reginoburgenses (uti quidem aiunt) in augusto templo quotannis stato die anniversario sacro inferias referunt.

Eadem tempestate defectus solis maximus, quem et quadrupedes pavent, quintodecimo calendas Iulii factus est. proximo deinceps Octobri imperator Segimundus caesar augustus ex Italia Basileam revertit. caeteri tum principes, Boiariae, Utini Sueviae dynastae,

5 *Am Rande in A sehr flüchtig geschrieben:* Ludovicus Barbatus Wilandum de Freiberg ex Laneta *[sic; richtig vielmehr:* Caneta] de Freiberg sublatum plus amat quam Litavicum iuniorem. ille adolescens egregius depictus in templo magno [?] Ingolstadii. *Ebenfalls von A.'s Hand, aber zu anderer Zeit geschrieben, schliesst sich an:* Wieland von Freiberg Bic [?] Laneta 1 *[sic]* Freiberg 6 sacerdotique *B*

11 — accepit *vgl. Andreas Ratispon. 2162, 2163* 20 — deducit *vgl. l. c.* 22 — concelebrat *vgl. l. c. 2163* 23 — referunt *vgl. l. c.* 24 Werd *l. c.* 28 — factus est *vgl. l. c. 2164;* quem — pavent *Plin. n. h. VIII, 215.*

Brandoburgensis limitis, urbis Noreiobergensis praefectus, mystae Aechostadenses, Reginoburgii, Bathavini et centum equites, item viri, foeminae sacratae, Caesariani, Schiri, Undenodoryphi, Gisaveltae, Hochovaritae, Angerones, Litavicum Angilostadensem, quod more gallicano aucupibus, venatoribus, canibus, equis, volucribus aedes sacras oneraret, criminantur, accusant. antistes Caesariensis eundem ad tricesimum diem adesse iussit. Badensis limitis praefectus cum mandatis ab augusto ad illum Laugionas legatur.

Verum Litavicus ut pervicax, qui neque superiorem neque parem ferre posset, cuius alioqui erga populares summae civilitatis atque clementiae multa et ingentia documenta extant, non adparuit. quocirca eidem tanquam violatori libertatis ecclesiasticae senatusconsulto sacris interdictum est. primus monachorum Caesarianorum caduceatorque imperatoris tabulas devotionis proposuere. imperator, qui tum Ulmae erat, senatus decreto arma in illum, ut hostem reipublicae Carolia lege iudicatum declaratumque movere meditatur. Litavicus veniam supplex petit, postulat; Segimundo grandem pecuniam, quam ei mutuo dederat, condonat, syngrapham oppigneritaque resignat, rescribit, reddit; Verduno, Sueviae civitate, quae a Boiis defecerat ad caesares, libertatem adseruerat, perpetuo caedit eaque urbs imperatoria posthac hactenus fuit. Reginoburgii deinde opera imperatoris res transsigitur. Barbatus sacerdotibus satisfacturum stipulatur, id, quod violatum est, officiis conpensaturum pollicetur chirographoque satisdat.

Circa idem tempus Graeci a Turcis graviter oppressi, cum Latinis in gratiam redire atque idem cum ipsis de religione atque ceremoniis sentire summopere contendunt. Basilienses tum patres atque Eugenius romanus pontifex discordare incipiunt. utraque pars author pacis esse concupiscit, amiciciam Graecorum ambit, sese civitatem et templum dei, quod ecclesiam vocant, esse adseverat; ab utroque naveis, sumptus, quae Graecis suppetant, parantur. inferi clauduntur, caeli reserantur his, qui totidem nummos, quot septem dies absummant, contribuerint.

Sub idem tempus Babobergenses ob metum Boiemorum oppidum moenibus cingere connituntur. annuere primo sacerdotes, deinde

2 *Am Rande in A folgt nach einer grösstentheils unleserlichen Notiz zu 1432:* 1437 obiit Litavicus 3., filius Ruperti caesaris. Ludovicus filius 4.; is obiit 1450, dum ad concilium principum proficiscitur; vir sapiens, canitur aduc. frater eius Fridericus, is obiit 1477 *(alle drei Todesjahre sind ungenau; die richtigen Daten sind: 1436, 1449, 1476)* 3 Gisaloveltae *A* 16 Litavicus — satisdat *in A von alter Hand durchstrichen* 21 *Am Rande in A:* ad Eugenium Romam appellat; ibi...t testium tabulae et literae. *Ferner:* a caesare ut suspecto quoque provocat 26 sumopere *A u. B*

BSB

repugnant. cives episcopum cum mystis urbe exigunt. Basilea cives devovet, Eugenius absolvit. ita dum alios conciliare volumus, invicem puerili levitate, ne dicam stulticia, turpiter digladiamur.

Iisdem diebus Aldophonsus rex Arragonum regnum Neapolitanum occupavit et Bathaviae inferior regia, dum nimis incaute tormenta bellica, pollinem sulphuream ex nitro et carbonibus pila contusis confectam pontificales tribuni contrectant, conflagrat. Vilelmius quoque, Basiliensis senatus pater atque princeps, idibus Septembris anno servatoris nostri 1435 naturae concedit; sepultus est Monachii; reliquit Athulphum bimum et uxorem gravidam, quae Vilelmium posthumum, qui in paucis diebus animam efflavit, peperit. nec admodum diu Athulphus Margaritaque mater Vilelmio superstites fuere. legi literas Vilelmii, ubi se Basiliensis concilii propugnatorem et adsertorem atque vicarium legatumque romani principis adpellat. Margaritae curatorem atque aulae praefectum Chunradum Aegilophostonum fuisse reperio.

Insequenti anno Strubiorum oppido (ut sunt humana: dum alii seriis intenti sunt, alii ludicris aetatem transsigunt) Boii, Suevi, Austriaci tyrocinium equestre edidere. orientalium principes fuere: Hyldericus Celeiae dynasta, Hyldericus Elephantostonus, Rhaenobertus Valdoseus, Christophorus Lichthostonus, Botho Moravus, Georgius Sura, Vilelmius Stonus, Georgius Suinopagus, Nicolaus Drugassus; Suevorum atque occidentalium Boiorum primarii: Iacobus, Eburonardus Drugassii a Valdoburgio, Honoricus Montisfortis dynasta, Eburonardus, Chunradus Frigiobergenses, Marichardus Schellobergensis, Ioannes Püsonangus, Caspar Clingobergius, Variomundus, Honoricus fratres a Pinizoduno. per idem tempus in concordiam cum Boiemis reditum est. idcirco Reginoburgii supplicatio decreta est frequensque populus supplicatum ivit quarto nonas Februarii.

Quo mense Honoricus Landesutensis, cum iam finis induciarum appeteret, novum foedus adversus Angilostadensem ferit, trahit in partes Fridericum Brandoburgensem, Ioannem Ambergensem Boium, Litavicum, Hyldericum, Vilelmium Suevos Utini dynastas, Leonardum

2 alias *B* 7 confectum *A u. B* 20 Lichtostonus *B* 21 Surnopagus *B* 25 Pusonangus *B*

7 — peperit *vgl. Andreas Ratispon. 2169; Arnpeck 440* 14 *Wilhelms regelmässiger Titel in und auf Briefen ist:* Beschirmer des hl. Conzils zu Basel und Statthalter des römischen Königs. *Vgl. Kluckhohn in den Forschungen z. Deutsch. Gesch. II, 535, Anm. 2* 16 *Doch wohl dasselbe Turnier, das Andr. Ratisp. 2164 u. Arnpeck 439 beim Jahre 1433 erwähnen. Für die Namen muss A. neben Arnpeck, der nur sechs nennt, eine weitere Quelle gehabt haben* 30 — Popponiam *vgl. Andr. Ratispon. 2172.*

Lamium episcopum Bathavensem; item has civitates: Rotoburgium Franciae, Verdunùm Sueviae, Noreiodunum, Dincopychilos, Vissebur-
gium, Popponiam. duces quidem se pacem servare simulabant; equites partium tumultuabantur et invicem velitabantur Martemque lacessebant. ab his bellum ortum velut contagio rectores Boiorum involvit rursusque Boii civilibus armis in sua viscera ferro, flamma saeviunt.

Honoricus Nothaphthus, Georgius Hartobergensis ob decimas Cholopagi (quas hic sententia caesaris, senatus Basiliensis, episcopi Reginoburgensis, Eugenii, obtinuerat, ille vero vi usurpabat) disceptant; uterque fautores summos habuit. Honoricus Lavarum arcem in Germania Magna supra Reginoburgium, cuius dynastae ab Abusinis patriae meae tetrarchis atque ab illo Babone multiprole originem duxere, occupat. inde Honoricum Nothaphthum tribunum militarem creat rebusque bellicis praeficit atque Digulofinem, Angilostadensium municipium, paschalibus obsidet.

Inter haec navigia duo Angilostadensium Albertus Munychius fide sua interposita e Voccioburgio Neostadium, quod Landesutensi parebat, deduci in ef praesidium Honorici oppido erumpit, Alberti auspicia atque au ho itatem floccifacit, naves diripit. Albertus cum Litavico Angilostadensi in gratiam redit, foedus icit, Landesutino bellum indicit; Neostadium arma movet, urbem in ditionem redigit. Fridericus Brandoburgensis, Ioannes Ambergensis Reginoburgium se confirmat, paci sedulo operam navant. interim Albertus Munychius et Litavicus Gibbosus Angilostadensis, qui et iunior. vires coniungunt. fines Honorici ingredi contendunt. recepti a Joanne, Abusinae patriae meae dynasta, Aphusium, Manogoldiam, Seuchoviam aliosque pagos Aprili exurunt obsessisque auxilium, suppetias ferre properant. Honoricus

1 Ratoburgium *A* 3 Poppiniam *B* 26 *Am Rande in A:* Seuchoven 28 *Am Rande in A:* partes Ludwig, Ulin *[?]*, Wilhelm grafen von Öting, Fridrich markgraf, hauptmann der sachen *[?]*, Hanns, Heinrich, hertzog in Beiern; stet: Rotenburg an der Tauber, Werd, Nordling, Dinkelspyhl, Weissenburg, Popfing, Leonhard pischof Passau; ander thail hertzog Ludwig der elter, hertzog Ludwig der iunger, sein sun; 4 iar frid....*[?]* auff suntag nach Jacobi, ange.... mitken nach Matthei 143.; kaiser Sigmund in Regenspurg; uff 4 iar *[vgl. oben S. 513, 29 flgd.]. Ebendort ferner:* Stephan Hangenor, Hangenorus, burgermaister in Augspurg.....Augustiner *[?]* closter in grossen stuben des rathes — 1435 Pauls von Bern zu der Laiter richt pischof Leonhard und hertzog Ludwig gebyd *[?]* — des hertzog Henrich Gumpenperg erbmarschalk, Wilhelm Hueting von Amervelt, Hanns Paulstorfer zu der Chamer *[?]* — des pischof Leonhard ab Passaw, Hanns Stuffer zu Ernvels, pfleger uff st. Georgenperg, Jerg Aichperger zu Goldenaw *[?]*, marschalk zu Passaw, Hanns Fraunberger zu Prun,

7 — claudunt *vgl. Andr. Ratispon. 2169—2171.*

dux atque Nothaphthus obsidionem solvunt, hosti obviam pergunt. hic Maioburgium, Alberti oppidum, calendis Maii diripit, incendit. inde Circobergomum, Gisaloeriam, Litavici castella, vicos occupat. ille Churostonos solo aequat, castra quinquagenalibus Digulofinem rursus movet, oppidum obsidione claudit quartodecimoque die urbe potitur. Leonardus Lamius, Bathaviae pontifex, cives eius Chunigostonos arcem oppidumque Scharodunum et ipsi obsidione claudunt.

Dumque ita omnia civili discordia, domestica seditione adteruntur, Arionistus pacis studiosus cives suos, calamitates popularium miseratus, ad opem coetus ecclesiastici, quandoquidem augustus in extremis Ungariae finibus aberat, confugit, Basiliam properat, beneficia fratris conmemorat, officia patribus sedulo exhibita proponit; a senatu postulat et impetrat, ut duo legati in Boiariam proficiscantur atque inter Boios pacem conponant. cuius legationis princeps fuit Nicolaus ille Cusanus, vita clarus, ingenio maximus, cum conlega Ioanne Lubicensi pontifice. hi Reginoburgii kalendis Iulii principes Boios, caeteros foederatos adesse atque ab armis discedere authoritate senatus christiani orbis iubent hasque pacis leges dicunt: Chunigostonum arx prope Bathaviam solo aequator; Scharodunum Litavici, Neostadium Alberti esto; cives, sacerdotes institutis privilegiisque suis vivunto; Arionistus, Albertus, Athulphus Munychii pacis vindices sunto de reliquis, de quibus aduc ambigitur, Albertus Rechobergius episcopus Aechostadensis arbiter esto.

Duas res, ridiculam atque conmiseratione dignam, quas hoc anno evenisse in fastos relatum reperio, referam. Variopagus, sicuti supra in libro quinto docui, templum est divi Benedicti iniciis dedicatum in inferiore Vindelicia, in ora Oeni supra Bathaviam. ibi coenaculum tignis conpactum prominens Oeno, columnis, quibus fulciebatur, vetustate putrefactis atque corruentibus, cum sex monachis, Georgio praesule, Petro primario monachorum, Livardo, Georgio, Ioanne, Hylderico, rationem tum facientibus conlabitur in Oenum fluctibusque

landrichter zu Hirsperg..... 14 *Am Rande in A:* 1436 Ioannes pischof Lubeck, Mae.... probst ..... [*in der Urkunde:* brobst zu Monstermeinfelt], concili zu Basel Gesandte, Ioannes pischof Wirtzburgens. *[?],* Albrecht pischof Aichstet, Haupt Marschalk Pappenheim, des von Salzburg räte, stet Regenspurg, Nurnberg *[?],* Neronberg, Rengspurg *[vgl. die Urkunde v. 21. Juli 1436, Regesta Boica XIII, 380]* 22 *Am Rande in A:* land und leit sollen dem fyrsten, so den frid nit halt, ungehorsam sein 23 *Ebendort:* Rengsburg samstag vor Magdalenae 1436.

14 — pontifice *vgl. Urkunde vom 19. Juli 1436, Regesta Boica XIII, 380* 26 *s. oben S. 91, 1; 5.*

fertur, donec piscatores quiritantibus monachis exciti adnavigant ripaeque conclave incolomi monachorum tribu appellunt. eiusdem anni Octobri Arionistus Strubios absente filio Alberto petit. is Hagnam Berunam, Augustani tonsoris filiam, deperibat adeo, ut eam plane loco iustae uxoris haberet atque publice solennibus sacris ducere concu- pisceret ipsaque se coniugem reguli Boiorum reginamque Boiariae profiteretur et virginibus instructa, gynecio famulicioque foemineo prodire meditaretur. Arionistus senatorii ordinis omnes, quicumque aderant, accersit atque ex consilii decreto illam in vincula coniicit nimiumque protervae muliebri levitate respondentem culeo insutam sententia procerum a carnifice in Danubio submergi praecipit, quarto idus Octobris anno christianae aerae 1436. deinde ad eius manes placandos aediculam extra moenia ad levam templum divi Petri extruit, perpetuum sacerdotium addit, ubi eius ossa conteguntur saxo, cui annum, diem, quibus e medio sublata est, tacito elogio fati insculptum legi. et ut Arionistus filio aegroto medicaretur, illi Annam Brunonisvico ortam, aviam nostrorum principum, uxorem dat atque, ut consuetudine et coniugio liberali devinctus facile ex his malis atque molestiis, quas amor habet, emergeret, nuptias continuo altero atque vicesimo post necem amicae die apparari Monachii festinat.

Insequenti anno imperator Segimundus septuagenarius magis foeliciter ex hac vita migrat quam moritur sexto idus Decembris. succedit Albertus 5., Austriacus, gener eius et frater uxoris Honorici Landesutensis, ubique in Boiemia, Ungaria, Italia, imperio. tum Basiliensis senatus dignitatem Eugenio abdicat, ovili christiano Amodeum, Allobrogum regulum, avum maternum Philippi praefecti praetorio Rheni regulique Boiorum praeficit Felicemque appellat. uterque utrumque devovit, Germania neutrum recepit. Romani Eugenium urbe eiecerunt.

Circa eundem temporis tractum idem Arionistus, principum nostrorum proavus, Andechysii conlegium septem mystis instituit, sacra

6 *Am Rande in A:* balnearii filiam zwischen den Schlachten 22 feliciter *A*

12 *Todestag nach dem unten erwähnten Grabsteine* (12. die Octobris 1436) 14 — addit *vgl. die Stiftungsbriefe Herzog Albrechts u. Herzog Ernsts bei Oefele, Scr. I, 223, 225* 14 *vgl. den Grabstein, von dem ein Gipsabguss im Münchener Nationalmuseum, eine Abbildung bei v. Hefner-Alteneck, Trachten des christlichen Mittelalters, II, Tafel 163, sich findet* 16 et ut — emergeret *Ter. Andr. V, 1, 13; III, 3, 28; Eun. I, 1, 32* 19 *Nach Haeutle, Witt. Genealogie, 30 (vgl. Anmerkung 4) fand die Vermählung erst am 22. Januar 1437 statt* 21 — Italia *vgl. Andr. Ratispon. 2174, 2175;* magis — moritur *Vell. I, 11* 30 — praecipit *vgl. Arnpeck 253, 254 zu 1438.*

ibidem reperta eo transferri Monachio illicque condi iubet templumque novum Haeliobergomum, hoc est sacrum montem nuncupari praecipit. frequens aduc populus ter quotannis coit votaque reddit. atque eodem anno, qui fuit servatoris nostri millesimus quadringentesimus duodequadragesimus, naturae Arionistus concessit pridie calendas Iulii; Monachii in mausoleo imperatoris Litavici quarti caesaris augusti, proavi sui, conditur hicque primus contra morem caeterorum principum in diplomatibus, libellis, epistolis, rescriptis, edictis divinum nomen suo praeponere coepit, quod etiam nunc posteri observant. Albertus, filius eius, cum Athulpho patruele Strubios Augusto se confert, conventus agit, sacramenta sibi dicere iubet. ipse vicissim legi Otonianae fidem adstringit.

Proximo quoque deinceps anno Albertus caesar defungitur quinto calendas Decembris. imperator Fridericus tertius Austriacus, proavus imperatoris Caroli maximi caesaris augusti, in supremo generis humani fastigio conlocatur. Boiemi orbati rege, concordi animo Alberto, avo principum nostrorum, regnum virtutis ergo comitiis nono calendas Maii habitis destinant ad eumque in Boiariam optimos quosque, qui eum in Boiemiam deducant, legant. Albertus Boiemis ingentis gratias agit, quod se tanto fortissimae valentissimaeque gentis imperio prae caeteris tot egregiis principibus dignum iudicarint, memorem beneficii fore redditurumque vicem pollicetur, se plures urbeis atque castella, quam ut ab uno commode gubernari possint, habere causatus, molem hancce detrectat legatosque muneribus donatos in Boiemiam re infecta abire permittit.

Contra iisdem diebus gentilis Alberti Christophorus Ambergensis, regulus Boiorum, a Cimbris vocatus ad regnum, eo cum plaerisque Boiorum equitibus, qui aduc ibi habitant (sicut epistola anno abhinc quarto Christernus Cimbrorum rex Vilelmio principi nostro significavit) profectus, Danorum, Scandiaviae, Scandiae, Gothiae, Suionum, Nordomanorum, Finnorum valentissimo septentrionalis Germaniae imperio potitur.

20 *Am Rande in A:* Wien visitatiō. *[?]* 1440, primo regni — kynig Fridrich lengert den frid von kynig und reichs gemacht zwischen Fridrichen markgraf *[?]*, hauptman, Iohansen, Henrichen, hertzog in Baiern, Ludwig, Hannssen, Wilhelm grafen von Qtting, stet Rotenburg, Werd, Nordlingen, Dincklspyhl, Weissenburg, Popfing, pischof Lenhart Passau, Albrecht Aichstet *[?]* 32 *Am Rande in A:* adiutus ab Henrico duce 10 aureorum *[?]*.

5 in commemoratione st. Pauli *(29. Juni) Arnpeck 254* 9 Albertus — adstringit *nach der von Albrecht für sich u. seinen Vetter Adolf zu Straubing 1438, Mariae Himmelfahrt, ausgestellten Urkunde; Lerchenfeld, Freibriefe, S. 99* 28 epistola: *vgl. oben Bd. II, 47, 13.*

Eadem tempestate furacissimum illud genus hominum, colluvies atque sentina variarum gentium, quae in confinio imperii Turcarum et Ungariae habitant (Cigaenos adpellamus) rege Zinedulone nostras primum peragrare coepere regiones; furto, rapina, divinationibus impune prorsus victum quaeritant. ex Aegypto se esse mentiuntur extorresque domo a superis cogi; se maiorum delicta, qui deiparam virginem cum puero Iesu hospicio excipere recusarint, septem annorum exilio expiare impudentissime confingunt. experimentis cognovi, eos uti Venedica lingua et proditores atque exploratores esse tum alii cum inprimis imperator Maximilianus caesar augustus et Albertus, parens principum nostrorum, publicis edictis testantur. adeo tamen vana supersticio hominum mentes velut lethargus invasit, ut eos violari nefas putent atque grassari, furari, imponere impune passim sinant.

Circa eundem temporis tractum Litavicus Angilostadensis Angilostadii templum deiparae virgini a fundamento magnifice extruit, sex sacerdotia addit, signa praeciosa, quae scelere parta ait (nam se multa avare fecisse ingenue fatetur) legat, fanum speciosum nuncupat, mausoleum marmoreum inchoat, eo Stephani patris ossa e Schonoveltis transfert. huc quoque uxores e Luthetia Parisiorum, ea lege ibidem in templo Dominicanorum conditas, transportandas decrevit. ptochotropheion sexdecim bardis, quibus duae foeminae ministrarent, pone xenodochium aedificavit, illi et templo superiori drachmarum auri millia septena atque nonagena destinavit. sexdecim quoque cooptavit psaltas, qui die noctuque continenter per quatuor classes divisi superos salutarent hymnosque Davidicos cantitarent; Basilienses patres horum omnium authores fiunt.

Dumque istaec exequi et Ioannis Cypri regis filiam filio suo (sicut literae ab eodem rege ad Litavicum, 12. Augusti Nicosii datae significant) despondere parat, filio Litavico invito patre uxor, adfines inventi sunt: nempe Litavicus Gibber (ita cognominabatur filius Litavici Barbati) Margaritam, filiam Friderici Brandoburgii (cui parens capitalis inimicus erat, ut quem novum hominem adpellare consueverat) connubio sibi iungit oppidisque ob hoc atque castellis a patre

4 primum *fehlt B* 18 a *st.* e *B* 23 *Am Rande in A:* 1413, 27 29 *Ebendort:* Wielando de Freienberg notho pecuniam legat. noluit dici filius patrem coepisse 32 *Ebendort:* ob praereptam Marchiam et quod huic con...isse Henrico ob...pare...divisione et quod Brandoburgio filiam locarat.

18 — transfert *vgl. Arnpeck 376* 19 — decrevit *s. die bei Mederer, Gesch. v. Ingolstadt, S. 112, 113, gedruckte Aufzeichnung* 20 — cantitarent *vgl. die Urkundenauszüge bei Mederer a. a. O. 116 flgd. und die Urkunde bei Prantl, Geschichte der Ludwig-Maximilians-Universität, II, 3 flgd.*

irato exclusus, auxilio Alberti, fratris uxoris, mense Octobri Angilostadio a civibus velut haeres et princeps iustus recipitur, aetate parentem delyrare dictitabat moxque in urbem admissus, cum cives claveis exhibere nollent, vi effracto sanctiore templi aerario gaza, supspellectile, pecunia patris, qui tum Neoburgii habitabat, potitur. inde alias urbeis Danubio conterminas praeter Neoburgium et Laugionas occupat, caeterum Noricorum urbes authoratas se parenti causantes, eidem portas clausere, Nariscorum vero, quas supra a socero et Ioanne Ambergensi in ditionem coactas scripsimus, deditionem fecerunt dotisque titulo illi redditae sunt. porro pater exhaeredato filio universa templo atque ptochotropheio legat, filium impietatis postulat. egenos haeredes testamento instituit, quotidie mille pauperes pascendos curat, Chunradum magistrum epistolarum imperatoris Friderici tercii, Stephani Viennensis antistitem, adsertorem, eius successores vindices nuncupat.

Cap. 26. Hoc anno, qui fuit christianae religionis 1441, sexto nonas Iulii natus est Nicolaus, ultimus patriae meae satrapes; a Nicolao Cusano, viro eius tempestatis vita clarissimo, eruditione undecumque maximo, sacro fonte lustratus est. eius nobilissimam, magnam et veterem prosapiam explicare, stemma proponere, imagines et elogia universi generis exequi, opes, castella enumerare, situm, progeniem, originem et defectum enarrare (neque enim alio loco de hisce rebus dicturus sum), uti pietas atque amor patriae et suscepti operis necessitas postulat, operae praecium esse duco. ex gente Abusina duae familiae claruerunt: vetus Schirorum (gravos, id est canos, vocant) et nova Ramodechiorum, quos frigios, hoc est liberos heroas patrio sermone adpellamus. possedere in Vindelicia Abusinam patriam meam et Rotenechios atque Raram, apud Nariscos Abinobergomum oppidum, Alemanostonos, Essios et Ramodechiam. item curatores fuere sacrarum aedium Rarae, Schamubethae, divi Haemerani Reginoburgensis et Bariorum atque Babobergensium mystarum. item praefectura urbis Regiuoburgensis functi sunt.

Abusina, cuius et imperator Antoninus in itinerario romani imperii mentionem facit, patria mea, in ripa Apsi cubat, in confinio superioris atque inferioris Vindeliciae. ultima in ora Danubii Boiariae

6 urbes *B* 7 authoratos *A u. B* 18 uteumque *B* 25 vetera *A u. B* 25 Graos *B* 19 *Zur flgd. Genealogie der Abensberger vgl. u. a. Aventins Aufzeichnungen: de comitibus Abensberg in seinen Adversar. I, p. 189 v., gedruckt in Aretins Beiträgen, 1805, Stück 5, S. 530 flgd.* 22 neque — dicturus sum *Sall. Jug. 95, 2* 26 *Am Rande in A:* Phrygios 27 appellamus *B* 28 *Am Rande in A:* Raethoviam, Troios, Troianos.

primae civitas, regia magnifice extructa, templo Carmelitarum et munificentia in pauperes, quae et cani solet, insignis est. quotannis stato die, nempe octavo idus Decembris, multa millia hominum advolant. hisce bobus duodetriginta mactatis visceratio datur a praetore atque panes viritim dividuntur. scapham frumenti (anno duobus hominibus suppetit) modios unum atque triginta cives mei vocant. duodetriginta scaphae tritici moluntur, inde panes concocti, universi illo die egenis distribuuntur. modius vero frumenti in agro Abusino non excedit duodetricenas libras, si quis granum ponderet; scio enim in patria modium pondo duodetriginta pendere.

Oritur Apsus in superiore Boiaria in inicio pagi, quem Hallarothunum incola vocat, qua aquilonem favoniumque spectat, iuxtim templum eiusdem cognominis, insigne deipara virgine et perquam celebre adcolis. per tria millia passuum torrens est, pluvia quidem auctus, per convallem et prata paludinosa fluit usque Augiam vicum. haud inde procul Enizolusii lacuna et fontes eius, unde perpetuus fluvius Rudolphusium, Sandolphusium regiam, Maioburgium vicum et arcem, Rhaetoviam, Mylovium, Tranos equestris aedes, Segiburgium vicum, Piburgium, Adelungodoryphos, templa divo Benedicto, deiparae virgini dicata, et Abusinam urbem praeterfluit. inde adversus Danubio ad quintum ferme lapidem petit Salingostadium quondam civitatem, nunc Neostadium, infra quod Danubio, ubi triginta milliaria cursu suo conplevit, confunditur. Rotenechia in prima Vindelicia regia est modo Lamiorum ad vicesimum a patria mea lapidem australem occidentem versus distat.

Rara vicus et conlegium flaminum Aurelianorum ad orientem atque itidem austrum sexto lapide ab Abusina cubat. Abinobergomum, Nariscorum urbs, nunc Aechostadensi paret episcopo. Alemanostoni arx et vicus mille passus a Danubio, totidem ab Alemano in Germania Magna, Schamopago rivo alluitur, supra quos Schamubetha conlegium Augustinianorum, ubi fontes auratarum altores et caput rivi, unde nomen templo. Ramodechiam et Essios supra Chelamos Alemanus irrigat; illa arx in editissimo iugo condita longe lateque prospicitur. Essii vicus sub arce vocatur hosque et arcem superiorem istoc anno Vilelmius regulus Boiorum Leonardo Aequo iureconsulto et equiti

27 *Am Rande in A:* Eurum hiemalem orientem 28 Alemonostoni *A u. B* 31 Augustiniorum *B*

11 *Die Abens, die Halletau oder Holletau, Hallnhausen, Au, Enzlhausen, Rudelshausen, Sandlzhausen, Mainburg, Ratzenhofen, Meilenhofen, Train (vgl. Apian 174), Siegenburg, Biburg, Allersdorf, Abensberg.*

BSB

Boio virtutis ergo contribuit. eius viri mentionem supra, uti bonae artes, quas in eodem sitas conperi, meruere, feci.

Sed ad Abusinos revertor. Babo ille πολυτόκος πολυπαιδία, multitudine filiorum insignis, de quo plura in libro quinto retuli, Arionulphi, fratris Iudithae, aviae divi imperatoris Honorici secundi, pronepos, divae Chunegundae aulae praefectus, Voliphoramum Abusinum, divum Laobrigum Nariscum Suentodoryphum, divum Honoricum Eburathusium, Rupertum Ritoburgensem, Bezilonem Fridobergensem, Aribonem Scalam, Theodomarum Luugionem, item alios, quos partim supra recensui, partim nondum reperi (nam triginta habuisse filios supra docui) progenuit. Voliphoramo orti Chunradus primus, archimystes Iuvavensis, Oto Abinobergensis, Voliphoramus Abusinus. ab hoc nascuntur Rapoto Abinobergensis, Babobergomi curator, et Gephardus Abusinus. illius posteri Friderici duo, filius et nepos. Gephardo atque Sophia Piburgensi geniti Eburonardus et Alemanus Abusini et Gephardus Rotenaechius. proles Eburonardi Veronardus, Alemani Alemanus alter, et Eburonardus archipresbyter et praepositus Reginoburgensis. his absque liberis decedentibus anno Christi 1270 defecit progenies Schirorum ac gravorum; successere Ramodaechii. porro Gephardus Rotenaechius ex Gisa Veronardum, Moenardum et Rupertum Ramodaechium genuit. Moenardus ex Heliovica Moenardum secundum, Gephardum secundum, Honoricum episcopum Reginoburgensem procreavit. is superstes fratribus, qui absque virili stirpe obierant, Rotenaechiam Litavico Boiorum regulo vendidit; ipse obiit anno christianae salutis 1297. Ramodaechii authorem originis habent Rupertum, filium Gephardi Rotenaechii, nepotem Gephardi Abusini. Ruperto Honoricus, hoc Hyldericus primus genitus, instaurator familiae Abusinorum. is ex Gariodruda Veronardum, cuius uxor Maria, et Hyldericum secundum, eius coniux Sophia atavum Nicolai reliquit. Hylderico secundo Ioannes primus, Margarita Gebolphia, Hyldericus tercius, abavus Nicolai, oriuntur. hic cum uxore Elissa Gundelofine apud Essios sub arce Ramodaechia septem mystis conlegium, duodecim egenis ptochotropheion instituit, anno ab orbe servato 1363. novem liberos, sex mares, treis foeminas sustulit, Hagnam Haeliobergam, Barbaram Rosobergensem, Margaritam Puloviam, virginem sacratam, Theodericum episcopum Reginoburgensem, qui obiit anno aerae nostrae 1396,

7 Leobrigum *B* 9 quo *st.* quos *A u. B* 16 Ratenaechius *A* 17 Reginobergensis *B* 21 Haeliovica *B* 27 *Am Rande in A:* ac Ulricus Stonus 32 Ramdaechia *A* 34 tris *A*

1 supra: *u. a. Bd. II, 456, 16* 4 *vgl. oben S. 36, 12.*

Albertum, cuius ossa marmore tecta in templo divi Haemerani Reginoburgii iuxta mausolaeum divi Voliphogangi monstrantur, Hyldericum quartum, qui Rhodii obiit mortem anno Christi 1375, item Vilelmum, Veronaeronem et Ioannem secundum, proavum Nicolai. is Hagnam Lichtostonam uxorem duxit, Abusinae Carmelitis templum condidit, anno, qui fuit Christi 1389. ab his sunt Iudocus avus et Ioannes tercius, pater Nicolai. fratres Iudoci tres, Hyldericus quintus, Georgius et Veronardus; sorores vero sunt quatuor: Hagna Licobergensis, Margarita Cochylia, Ursula Drugassia a Valdeburgio et Elissa Schunoburgia. porro Iudoci liberi decem: Magdalena, Amelia, Barbara Suarizoburgensis a Saenosaemo, Margaritha Nothaphtha, Anna Babonaema, Hyldericus sextus, Theodericus, Segimundus, Degonardus, Ioannes tercius. hic duas habuit uxores, Magdalenam Petanionensem et Elissam Taringiam; illa Claram virginem, quae elephantiasi apud Essios interiit; haec Nicolaum peperit, cuius uxor Martha Verdenobergia; ea nihil liberum peperit; ante maritum ex hac vita migravit.

Nicolaus postea coelebs hoc pacto absque liberis interiit. Albertus, avus principum nostratium, quinque filios superstites reliquit testamentoque cavit, ut duo maiores natu rerum potirentur. itaque Ioannes et Segimundus aetatis praerogativa patri successere. Albertus, parens nostrorum regulorum, Christophorus et Voliphoganges literis operam dare iubentur. mortuo Ioanne Segimundus Albertum conlegam admittit et haud ita longo post tempore, vitam victurus privatam, caedit, rempublicam Alberto permittit. Christophorus tum ex testamento adversus Albertum principatum ambit, ad paciscendum eundem cogit. ab eo Landobergomum cum aliis castellis extorquet ad decem annos. finitis his Albertus Landobergomum repetit, equites boios, quorum dux Nicolaus erat, convocat, Landobergomum recuperat; erat tum Christophorus Augustae in Rhetia exploratoque nobilitatis, quae contra se arma tulerat, reditu, clam in Boiariam redit, Carnobergomum pervenit. inde ad montem Fruxino inminentem penetrat, ibi propter aediculam divi Iacobi (unde longe Monachium usque prospectus patet) in insidiis cum suis delitescit, adventum redeuntium observat atque praestolatur. illi nihil minus quam Christophorum timentes securi palantesque iam Fruxinensem agrum adtigerant ad portamque contendebant. ibi tum Christophorus, qui eorum iter speculatus fuerat, cum suis porta de improviso erumpit, inopinatos invadit. Nicolaus suis diffugientibus, eo tumultu ferro per inguina adacto interiit cum-

11 Saenosaeno *B* 13 Petanionensem *sic A u. B* 14 elephannasi *B* 15 *Am Rande in A:* Ocsus.

que eo caesi sunt Laurentius Bogius, frumentarius et saltuarius Chelamorum, et Burichardus Roropagus, praeses Maioburgensis, pridie calendas Martii, anno servatoris nostri 1485. ita vetustissima honoratissimaque Abusinorum progenies in Nicolao defecit. opes, castella, vici, oppida infiscata sunt legeque ad Albertum tercium, principum nostrorum genitorem, feliciter redierunt. haec, uti spero, alias copiosius iusto opere enarrabo. ad ordinem coeptum redeo.

Litavicus Gibber redactis ad obsequium plaerisque urbibus et paterno principatu patrem Neoburgii supra Angilostadium ultimo Aprili 11 septimanas obsidet, tercio deinceps mense urbem vi expugnat, patrem capit. sapientissimos quosque sacros, prophanos Angilostadium convocat, quid de patre capto agat, consulit. eo quoque tum profectus iussu Ioannis Abusini Petrus Frisius, Rarae antistes, vir admodum prudens. filius autem, ne fenestram seditionis aperiret, genitorem reverenda senectute venerabilem Alberto Brandoburgio, fratri uxoris suae diligentiore custodia observandum tradit atque Ansopagum ex Boiaria in Franciam abduci permittit. ipse post biennium impietatis, ne dicam paricidii, poenas suprema maiestate expetente, fato concedit septimo idus Aprilis, anno ab orbe servato 1445. Margarita, uxor eius, Landesutae habitavit, ad impares nuptias transivit, clam Martino Valdopheliso, curatori suo, nupsit; Salingothalae eius sepulchrum ostenditur. socer eius a fratre captivus detinetur.

Dum haec fiunt, Litavicus delphinus cum Armeniacis et Delphinis Elisatium intrat, Suitonum cohortem, non tamen inultam, multitudine obruit et longe pluribus amissis contrucidat dumque domum reduces Galli repetunt, a Silestadensibus gravi clade adfecti sunt. plerique tum equitum in Boiaria latrociniis victum quaeritare coeperunt hospicioque ab Ioanne Abusino (quem nobilitatis amatorem patronumque nuncupabant) recepti, passim ultro citro impune conmeabant. Honoricus

8 *Am Rande in A:* pater Michaelem comitem de Werthaim vicedominum instituit in tota Boiaria; filius gubernare volebat 14 *Ebendort:* Michaelem instituit comitem de Werthaim, Amelia filia socerum Wielandi, vicarium terrae pater; filius recusat. — Henrich hertzog.....an yn gnedig darumb zu sein, daß sy dem vader wider den sun beistend..... *Ferner:* 1447 dem hertzog Ludwig dem vatter angehangen: Henrich Gänzinger *[?]* secretari *[?]*, Ludwig Penzen, Oswald Otlinger pfleger, Jacob Peham, ... ze geantwurt Ingolstat Willibaldi, Reichard Kargel, Henrich Leonhard marschalk Pappenhaimii, Michel Riderer....hauptman hertzog Ludwigs....aliique capti violenter *[?]* in obsidione Neoburgii cum Ludvico parente Fridobergomum a filio ducti, anno Christi 1443 mense Marcio, in carcerem coniecti usque ad annum 1444 Jacobi, inde *[?]* Kösching, ubi detenti *[?]* usque Georgii anni 1445.....*[einige flgd. Worte nur theilweise leserlich]* Henricus pollicitus illis vices *[?]* redditurum 19 *Ebendort:* alii 13 kalendis Aprilis 21 sepulcrum A

Landesutinus bellum Ioanni indicit, Abusinam cum copiis hostili animo invadere tentat. Petrus superior intercedit. urbes quoque caesarianae Ioanni amiciciam renunciant, Alemanostonos, Salernum, Hagionilum diripiunt, incendunt, Gebilonem captivum abducunt, Flugelobergomum arcem Murachiorum capiunt atque igne concremant. Ioannes Haedechius fanum Augustinianorum Scamubetham conpilat. Albertus praeterea Munychius regionem suam grassatoribus purgare animum intendit, duos Camerunos cum undecim comitibus Strubiis securi percutit. Neothusium, Pauli Zengarii castellum, receptaculum latronum, de improviso circumsidet, vi expugnat, quingentos intus deprahendit. eosdem in vincula coniicit, concathenatos Strubios deducit; ibi pars aquis obruta, pars in crucem acta est, caeteri securi percussi sunt.

Eadem tempestate Nicodemus Scala episcopus Fruxinensis decessit. mystae Ioannem Grynovaldam flaminem romanum atque theologum eius saeculi praestantissimum, pontificem legunt. Honoricus Stilico eundem pontificatum Eugenii iussu ambit, adversus Basiliensem senatum castella, urbes, oppida in Norico orientali occupat. Noreiobergae tum septemviri reipublicae, Fridericus caesar coeunt, neutralitatem sectandam esse decernunt contra theologorum sententiam, qui Felici 5. pontifici maximo se dabant. insequenti anno Eugenius moritur. Nicolaus ille quintus, poetarum Moecenas, studiorum cultiorum unicus admirator et fautor, romano ovili praeficitur.

Eodem anno Honoricus Landesutensis Litavicum Bardum nummum aureum millibus duobus atque triginta emit atque ab Alberto Brandoburgio (qui eum vendidit) cum tercentum equitibus iuxta Angilostadium ad pontem Sudinum, hoc est australem, exhibitum cum quingentis recipit idibus Augusti captivumque Landesutam, inde Burgusium deducit atque ipse post annum, minus duodecim diebus, cum Fridericus caesar atque Carolus septimus, rex Galliae italicae, Angilostadensis ex sorore nepos, legatos Landesutam, qui senem decrepitum liberarent, misissent, nullis relictis liberis animam efflavit, tercio calendas Augusti, anno christianae aerae 1447. Raethasulae in Norico sepelitur.

16 Stilico *oder* Scilico? (*bei Arnpeck* Schlick) 19 neutralitatem — dabant *in A von Aventin corrigirt an Stelle von:* Eugenio abdicato coetum Basiliensem praeferendum censent, *wie auch B hat* 20 Felici 5. *[?]* pm s dabant 21 *Am Rande in A:* Ioannis Grynovaldae oratio 24 Eodem anno Landesutam *in A angestrich., das flgd.* — efflavit *unterstrichen* 29 *Am Rande in A:* kalendis Sept. 30 *Ebendort:* Albertus München.

14 — occupat *vgl. Arnpeck, De gest. episc. Fris. ed. Deutinger p. 533.*

BSB

Superbe atque avare multa fecit, quod ne ipse quidem negat. se solitus est adpellare Mortaniae tetrarcham et fratrem germanum reginae Franciae. de qua libet verba Ruperti Gagini, Galliae romanae historici, recitare: moritur eodem tempore Isabella (hoc est Elissa), Caroli sexti uxor, fortunis, si reginam consideres, tenuis et pauper, quippe quae sub Anglorum principatu degens, eorum arbitratu vitam agebat, privatae foeminae non absimilis; patientissima quidem et ad temporis qualitatem se accommodans, nulla re magis irritata, quam quod Carolum, regem eius filium incesto fratris concubitu (id, quod aduc mussitari audio) natum Anglus diffamabat. cadaver nobilissimae mulieris (pergit Rupertus) quatuor tantum comitibus navi advectum apud Sanctum Dionysium nulla pompa sepelitur. eius filius Carolus septimus Galliis expulit Anglios, victricibus ubique armis virgineis auspiciis puella duce coelitus (ut credi postularunt illi, quorum interfuit) demissa, paternum principatum recuperavit.

Eodem anno, quo eius avunculus Litavicus Angilostadensis obiit, Margarita quoque Austriaca, uxor Honorici, nono calendas Ianuarii et triennio deinceps eodem die, quo Litavicus ipse, Honoricus fato concessit. qui mortuo Litavico omnes eius urbeis, oppida occupavit, exhaeredato Alberto Munychio, qui ex semisse eodem gradu Litavicum contingens haeres erat et iure potius, quam armis disceptare destinarat; sed potior fuit, qui prior ad occupandum erat. Sueviam solam, vicum proxime Monachium, Albertus possidet, caeteris omnibus excidit. a Bathavoburgensibus aliisque civitatibus ultro invitatus, tamen abstinuit, ne Boiaria civili bello ob suam aviditatem involveretur, quod ego altitudinem atque magnitudinem animi reor, alii ignaviam interpraetantur. familiare hominibus est omnia sibi ignoscere, nihil aliis remittere.

Circa idem aevi spacium Friderico caesare connitente Basiliensis coetus solutus est et Foelix quintus se ultro dignitate, cum pontifex fuisset annis novem, mensibus sex, abdicavit, Nicolao quinto cessit

3 de — sepelitur *in A u. B eingeklammert, in A mit der Randbemerkung:* inter omissa 20 exhaeredato — contingens *in A durchstrichen; am Rande dort:* Henricus propinquior uno gradu fuit. *Ferner:*

Fridricus	Stephan	Ioannes
Henricus	Ludwic	Ernst
		Albrecht

23 *Am Rande in A:* Ebersperg 31 menses *A u. B*

4 *Robert Gaguin (gest. 1501), Compendium super origine et gestis Francorum, oft gedruckt* 16 — concessit *vgl. Arnpeck 400* 19 — erat *vgl. l. c. 443* 22 potior — erat *nach Ter. Phorm. III, 2, 48* 25 — involveretur *vgl. Arnpeck l. c.* 27 — remittere *Vell. II, 30.*

BSB

atque legatus Germaniae consalutatus est. sequenti anno, qui est Christi 1450, ex hac vita migravit Honoricus Landesutensis cognomento dives. hoc anno magnum ac vere divinum beneficium Ioannes Faustus Germanus, civis Mogontinus, generi humano contulit, novum scribendi genus haud dubie coelitus revelatum (quod chalcographiam excusoriam impressoriamque vocare solent) invenit et biennio conplevit. consuluit pater indulgentissimus honestis literis, authoribus praeclaris, de quibus actum fuisset, ita torpore languescimus, adeo delicatuli sumus fugitantesque laborum; tantum literarum uno mense ab uno homine imprimitur, quantum uno anno a pluribus scriberetur. quod Campanus Aprutinus pontifex uno versu elegantissime scripsit:

Inprimit ille die, quantum non scribitur anno.

Hinc in dies magis ingenia vigent, studia literarum florescunt, copia librorum parvo aere egenis suppetit, omnes ad capessendas praeclaras arteis tanta librorum conmoditate alliciuntur. hoc coelestissimum munus a Fausto et Petro Schoephario a Garenaemo, genero suo, cui unicam filiam Christinam desponderat, inter secreta adactis omnibus sociis ad silentii fidem iureiurandi religione habitum decimo post anno Fausti minister Ioannes Gutobergius Argentoratensis in Germania vulgavit. municipes huius Hyldericus Hano (hoc est gallus), Xistus Russius Romae Italiaeque intulere, ubi hoc artificio mea memoria Aldus ille Manutius, vir ad instaurandas bonas literas natus, claruit. nunc vero in Germania Basiliae Ioannes Frobenius, Haganoduni Thomas Anthelmus, Argentorati Mathias Schurerius, Mogonciaci Petrus Schoepharius, nepos ex filia authoris huius inventi, item alii aliis Germaniae civitatibus, quotquot ubicunque ante fuerunt et aduc sunt, superant, longo intervallo post se relinquunt, graeca, hebraica, latina

1 *Am Rande in A [auf Papst Felix oder Herzog Heinrich zu beziehen?]:* edicto prohibuit, ne quisquam Romam voti causa itaret, deum ubique praesentem esse causatus, deum Romae magis propitium esse avarae mentis esse figmentum 19 ministri *A u. B* 20 *Ebendort:* Sixtus 24 Matthias *A*

3 *In seiner Epithoma Germanorum (Argentin. 1505, fol. 39) beginnt Wimpheling den Bericht von der Erfindung der Buchdruckerkunst ebenfalls mit den Worten:* magnum quodam ac pene divinum beneficium. *Im flgd. aber stimmt Aventin mit dieser Darstellung nicht überein. Ob er hier etwa Wimpheling, De arte impressoria, benützt hat, konnte ich nicht untersuchen, da mir diese sehr seltene auch in der Münchener Staatsbibliothek nicht vorhandene Schrift nicht zugänglich war. Wiedemann, 150. meint, die Angaben über Faust, Schöffer, Gutenberg seien Gassari Annales de vetustate reipubl. Augstburgens. (Mencken, Script. rer. Germ. I, 1316 flgd.) entnommen; dieses Werk ist aber viel jünger als A.'s Annales* 11 *Findet sich nicht in den 8 Büchern Epigrammen, welche am Schlusse der Ausgabe: Omnia Campani opera, Venet. 1502, gedruckt sind* 19 — intulere *vgl. Wimpheling, Epithoma l. c.* 20 Sixtus Rüsinger *l. c.*

diligentissime et quam emendatissime excudunt. optimos quosque authores, sacros, prophanos, in triplici lingua, poetas, oratores, historicos, philosophos, maxime religionis nostrae priscos heroas certatim passimque restituunt et periclitanti reipublicae pro virili suppetias ferunt. perditissimos tamen mortaleis invenias, qui tanto dei optimi maximi dono ingratissimi ac plane impientissimi existant. auguror equidem propediem scelestissimum hoc genus hominum poenas auspice Christo impietatis daturum. sed dimissis male ominatis potius bonis bene praecemur et reliqua historiae exequamur.

Parco, ne dicam avaro parenti liberalitatis eximiae erga omneis mortaleis successit filius Litavicus decimus summae popularitatis atque natura benevolentissimus, affabilis, comis, humanus, rei familiaris, prudentiae civilis, disciplina militari iuxta peritus, fortunatus, foelix, pacis studiosissimus. multa bella in Germania sua authoritate conposuit, summopere connixus, ut Ladissolaum, regem Boiemiae atque Ungariae, amitinum suum atque imperatorem Fridericum reconciliaret, et ut omnia uno verbo conplectar, maior omni praeconio fuit; virtutes eius aduc vulgo praedicantur. natus est anno Christi 1417 sorore Alberti caesaris Burgusii ibique educatus sub duro atque inliberali patre usque annum aetatis tricesimum, multa perpessus penuria vestium, pecuniae, equorum, obsequentissimus tamen parenti fuit. suadentibus amicis, ut clam in Austriam ad Albertum caesarem, avunculum suum, discederet: ‚authorem vitae meae', inquit, ‚non deseram nec, quoad mentis compos fuero, offendam'. hasta eminus, cominus gladio, saltando, disco, equitando se exercuit occulte. venationi operam dare coactus est, ita parens cervos adamabat. ubi parenti accitis universis Boiariae antistitibus iusta persolvit, rogationes eius de cervis perlatas abrogat, saepibus munire arva praecipit, canes villaticos, quibus huiuscemodi ferae abigantur, agricolis permittit. Ameliam, Friderici Saxonis filiam, uxorem duxit, ex qua Margaritam, matrem palatinorum Rheni, coniugem Philippi septemviri, et Georgium, in quo progenies Landesutensium defecit, tulit.

Uno die, nempe quarto nonas Octobris, una hora, quadraginta urbibus, vicis, finibus suis omneis Iudaeos exegit, bona eorum infiscavit. idem Ioannes Abusinus, patriae meae tetrarches, factitavit, ubi aduc vicus, fons, synagoga Iudaeorum, quae nunc carcer est et tumuli Iudaeorum, sepultura eorundem nominantur.

10 omnes *B* 13 felix *A* 17 virtutis *B*

19 *Das flgd. nach Ebran v. Wildenberg, Cod. Weimar. f. 207, 208. Vgl. dazu Kluckhohn, Ludwig d. Reiche 29 flgd., 361, 383.*

Sub idem tempus Fridericus tercius Romae a Nicolao quinto in auguratus imperatoris praenomen caesarisque cognomen accepit, nuptias cum Leonora sponsa fecit, eam augustam cognominavit. Ioannes tum Tulopagus, Monachii deiparae virginis parochus, ubi eius mausoleum extat, albo pontificum Fruxinensium adscribitur. Lavarobergo mi ad decimum infra Abusinam lapidem propter Lavarum amnem subito fons emanare coepit. cives, agricolae, equites, Litavicus dux statim advolant, bibunt, lavantur, valetudinarii sanitatem recuperant. Fridericus Plancophelissus, pontifex Reginoburgensis, Casparem Schenconem vicarium, Chunradum Anosargum, theologum, eo proficisci, fontem obstruere iubet, accedentibus religionis votive causa, lavantibus, potantibus sacris publico decreto interdicit. nec tamen insanam superstitionem vulgi levissimi, cui vel Litavicus Landesutensis patrocinabatur, prohibere potuit, quin, cum eiusdem anni messe iuges pluviae frumenta adflixissent, plaebes magis superstitiosa quam religiosa iram coelestem ob violatum fontem interpraetata est.

Monetae tum pondus inminuere imperator Segimundus Volcodoryphus, archimysta Iuvavensis, et Leonardus Lamius, Bathavensis episcopus. septima pars lucrifacta, nigra moneta, uti vocant, in albam permutata est. in Boiaria quoque Litavicus quintam partem argenti aeri miscuit, asses, quos Schinderolinos nuncupabant, maximo pauperum detrimento percussit. in omnium rerum summa fertilitate vilitateque annonae fame laboratum est. nemo vinum, frumentum, panes aliudve quicquam hocce aere vendere voluit. veteres nummi coempti erant a divitibus et servabantur, vulgus promiscuum novos dumtaxat possidebat et recipere cogebatur. veteris monetae asses tum centum atque quinque pro drachma auri, qui nummus apud nos aureus, numerabantur. placuit tandem civibus, inprimis Munychiis, invitis principibus, sex novos asses pro uno veteri permutari. nec hoc quidem absque damno pauperum fiebat, quinta parte defraudabantur. Boiemi tandem, qui apud Litavicum merebant, coniecto huiuscemodi aere, inspectante regulo in ignem idque in militari stipendio recipere detrectantes coegere Litavicum, ut novam monetam aboleret, veterem feriret.

5 Lavarobergomi — interpraetata est *in A angestrichen:*

5 *Das schöne Grabmal des Johannes Tulbeck, von 1436—1453 Pfarrers der Frauenkirche in München, von 1453—1476 Bischofs von Freising, befindet sich in der Münchener Frauenkirche neben dem Altare unter dem nördlichen Thurme. Vgl. die Beschreibung bei Anton Mayer, Der Begleiter durch und um Unser L. Frauen Dom- u. Pfarrkirche, S. 172—174.*

Eodem temporis tractu cometa solsticio aestivali visus, mentes mortalium perterruit, excidia, bella, clades futuras portendit. demum in Boiaria rubigo, caeleste frugum malum, nullo minus noxium, siliginem exussit. erucae, dirum animal, visae, quae erodunt frondem et florem arborum et depastam arborem turpi facie relinquunt. Romae quintodecimo calendas Octobris pons Tiberinus corruit; aquis obruti interiere quingenti sexaginta homines, qui eo saecularibus ludis, quos Nicolaus contra decreta Constantiensis senatus aperuerat, confluxerant.

In oriente Ladissolaus Bolaniae, Ungariae rex, a Turcis caesus est. et pauco post tempore Hyldericus, Caeleiae postremus dynasta, trucidatus, Ioannes atque eius filius Ladissolaus Hunnoiani interiere. Ladissolaus, rex Ungariae et Boiemiae, filius Alberti caesaris, amitinus Litavici Landesutensis, Pragae repentina morte, inmaturo aevo raptus est. mox Ugri et Austriaci, imperator et Albertus fratres, civilibus armis digladiantur.

Boiemi de suo corpore regem creant. is filiam suam Georgio, filio Litavici Landesutensis, despondet atque imperium utrumque, romanum et orientale, adfectavit. legi de hac re consilium Martini Marii, iureconsulti et magistri epistolarum Litavici Landesutensis. ad hunc quoque de eadem re extat epistola Pauli secundi pontificis maximi Landesutinusque auxilio Boiemorum Verdunum urbem Sueviae, quae hactenus Boiis paruerat et ab Litavico Angilostadensi ad imperatorem Segimundum defecerat, idibus Octobris obsidet; postridie cives deditionem faciunt. Litavicus eam annum atque menses novem possedit.

Fridericus inter haec Reginoburgensis pontifex mortem obiit. mystae Honoricum Abusobergensem pontificem adlegunt. episcopus romanus praecibus Boiorum indulgens, Rupertum, filium Otonis Mosopagi reguli Boiorum, Ioanna, sorore Litavici Landesutensis genitum, ovili Reginoburgensi imponit. per idem tempus Honoricus Vindus,

15 *Am Rande in A:* Byzantium, urbs orientis amplissima, a Turcis expugnatum quarto calendas Maias, imperator Constantinus et ipse matre Helena natus capite truncatus, incolae citra omnem rationem sexus, aetatis contrucidati, templa eversa 19 re *fehlt A* 28 *Am Rande in A:* Absperg, Heubsperg, Apisperg, Habithesperg *[sic]*, Habichisperg, Heubss.

3 rubigo — noxium *Plin. n. h. XVIII, 154* 4 erucae — relinquunt *l. c. XVII, 229* 18 *Die Verhandlungen über die Verlobung zwischen einer Tochter des Königs Georg Podiebrad und Ludwigs Sohn Georg fallen in den Anfang des Jahres 1460; vgl. Martin Mairs Bericht aus Mailand an König Georg in Fontes rer. Austriac. II. Abtheil., XX, 215* 19 *Noch nicht veröffentlicht.*

quaestor Strubiorum, repetundarum apud Annam, uxorem Alberti Munychii satis imperiosam (marito pedibus aegro) postulatur, a nobilitate in vincula coniicitur. cum insons esset seque purgasset opera Ioannis Abusini et Petri antistitis Rarae, liberatur ea lege, ne usquam Boiariae finibus pedem referret, Annaque a fastigio rerum descendere iussa perquam moleste id tulit; clam cum suppellectile aufugere molita est, sed amicis arbitris in gratiam cum coniuge redit.

Qui eo tempore Haeliobergomi abdicatis mystis contubernium aedemque construxit, divi Benedicti consecraneis (Nicolao Cusano, amicorum primario, flamine romano, episcopo Brixinensi, summopere dissuadente atque ociosis monachorum gregibus Boiariae plaebem satis superque velut escam exedi atque devorari causante) tradidit in paucisque postea diebus podager ex hac vita migrat, calendas Martias anno ab orbe ab inferis vindicato millesimo quadringentesimo sexagesimo. Haeliobergomi sepelitur. pacis amantissimus fuit, musica, auctuariis se oblectavit. clementia, civilitate, modestia, tranquillitate animi adeo celebris, ut Pius cognominatus sit; nec ab literis abhorruit. quam familiarissime Nicolai Cusae (ut qui filio illius Alberto, parenti heroum nostrorum, tum in Italia et Romae literis studenti opus de globo dedicavit) consuetudine usus est. treis filias, Barbaram virginem sacratam, Margaritam, Friderici Mantuani, Elissam, Arionisti Saxonici coniugem, item filios quinque, Ioannem, Segimundum, Christophorum, Voliphogangem, patruos clarissimorum principum nostrorum, horum parentem Albertum 4. cum uxore superstites reliquit.

Atque Alberti 4. vitam et egregia facinora, item ea, quae sub ipso deinde prole eius gesta sunt, quae ego maxime memorabilia existimo, proprio operi dicare decrevi, quamquam sciam nos recentium incuriosos esse veteraque tantum admirari et naturaliter audita visis laudare libentius. nempe praesentia invidia, obtrectatione, praeterita veneratione prosequimur, quod bis nos instrui, illis obrui credimus. et sicuti Aristoteles, tantus philosophus et Alexandri regum maximi praeceptor, docet, admodum novis, quae aduc quasi sentimus, cum audimus, minime oblectari solemus. ego tamen nunquam ab officio pietateque deterrebor, quominus ea, quae facere constitui, exequi pergam, si quidem per fata licebit et deus optimus maximus vitae spacium tantisper dederit.

2 *Nach* aegro *folgt in A u. B* mulierem, *in A durchstrichen* 13 *Am Rande in A:* aeger pedibus 19 literas *A u. B*

8 — sepelitur *vgl. Arnpeck 254, 255, 443* 13 *vgl. l. c. 441* 15 — animi *vgl. l. c. 441* 20 *Cusani de ludo globi libri duo, in der Pariser Ausgabe v. Cusani Opera v. 1514, fol. 152—168* 27 nos — credimus *Tac. Ann. II, 88. Vell. II, 92.*

Atque ego usus consilio Horatii Quintilianique, ne editio praecipitetur decimumque prematur in annum, opus inchoatum, diligentius repetitum tanquam lector perpendero atque arbiter honorarius diiudicaro. volumen hoc voto coepimus, bene praecemur, ad calcem venimus, totum opus voto finiamus.

Christe, potens rerum, inferum, superum hominumque inmortalis imperator, te publica voce obtestor, obsecro: principes nostros, quorum cervices Boiariam sustinent, custodi, protege, serva. non solum revirescat, sed etiam floreat respublica illisque longissime fato functis excipiat Boiariae imperium eorum utinam perpetua, certe diuturna posteritas.

Zeitgeschichtliche Notizen.

Hier seien einige zeitgeschichtliche Notizen Aventins aus den Jahren 1519—1531 angereiht, welche sich in den Handschriften C und A finden. In früheren Jahren hat Aventin derartiges in seinem Hauskalender eingetragen; s. Bd. I, 658 flgd.

1. Auf fol. 100 verso der Wolfenbütteler Handschrift (C) steht von Aventins Hand sehr flüchtig geschrieben:

1519 die martis post Epiphaniae, qu..... *[ein Stück des Blattes*

11 *In A u. B folgt:* Finis septimi et ultimi libri annalium Boiariae authore Ioanne Aventino. *Auf der letzten Seite in A ferner:* Annales Boiorum, coepti anno Christi 1519 sexto die Februarii, finiti sunt anno Christi 1521 prima Augusti Abusinae a Ioanne Aventino non sine ingenti labore et opera.

Ebendort ferner: Anhald: Bernhard 1180, Albertus 1220

1293 Oto Albertus 2. Rudolphus elder

Ioannes 1., Ioannes 2., Albertus 3., Rudolphus 1400. filii eius: Albertus, Ioannes, Chunradus Werdensis episcopus, Oto Hyldeshaimensis, Ludovicus et Henricus nepos; Oto rex Neapolitanus, *darunter:* Albertus Crantius — Henricus, Ludovicus, Vilelmius, Oto, Oto de Braunsweick, Leonis nepos, Ludovicus — stophan *[?]* appendix, das man zuwigt — Cusa, Pomponius Mela, Paulus Varnefridus — Rhodanus oritur in Germania, nempe Gemes *[?]* origine germano, non quidem... Araris Sequanorum, Rhenus ac Danubius non tam Germaniam quam imperium Germanorum separarunt, cum Romani in Gallia quoque 2 Germanias fecerint — Wärla, wägär — autorem ne prodas; vera scribere periculum, falsa crimen *[vgl. Band I, 653, Z. 31; III, 111, Z. 1]* — Maximiliano displicuit, ita tu Vernardo Gewilero liber scribii *[?]* praedicationibus palatiuis, ut mihi retulit amicus meus summus Augustinus Rosa cancellarius — Augusti. Noviomagus, Pyrchamerus,

1 *Quintil. ep. ad Tryph. 2* (nonum) 3 arbiter — diiudicaro *Cic. Tusc. disp. V, 41, 120* 5 — functis *vgl. Vell. II, 131* 8 non solum — posteritas *Curt. X, 9, 5; 6*

fehlt] imperator in urbe Norici ..... *[Lücke wie oben]* Neostadium Austriae, Ludovicum Arionistumque .... duces Boiorum vocarat. inter eundum certiores facti imperatorem obiisse Monachium ad fratrem Vilelmium properarunt. Arionistus continuo Bathaviam proficiscitur, cuius declaratus erat pontifex. indicitur conventus foederis Suevorum Augustae Rhetiae. illuc fratres V. et L. cum legato Francisci regis Celtarum vadunt, qui a caesare venerunt [?]. adfuit et Cassiomirus marchio Brandenburgensis. interim Hyldericus dux Wirtenbergensis Reutlingam, urbem imperii, obsidet, vi expugnat, Ehingam quoque obsidet, minaturque bellum Boiis ob ereptam sororem, uxorem suam. — foedus Suevorum commune bellum ipsi moliri. dux copiarum Vielmius Boius princeps delectus per totam agit [?] Bawariam Februario.

Imperator moriturus omnes iussit aperire ianuas ubique, quemlibet admitti, se moriturum more christiano palam profitetur; collachrymantes ..... *[unleserliches Wort]* ne suam mortem deflerent, admonuit; sed se sibi propter successionem deplorantem asseruit. varia fuit fama, undique motus nunciabantur ac tumultus a Boiemis, Turcis, Venetis, Suitonibus, Gallis, ut sunt timidae [?] mentes [?].... in his casibus variaeque sententiae, alius omnia timere, alius nihil. indignabantur electoribus imperii, qui tam diu electionem regis differebant in tantis rerum motibus, alius avaricie, alius ignavie causa, optabantque hostes publicos inimicosque venire et avariciam ingratorum et luxus sacerdotum superbiamque nobilitatis puniri; ignavia commune malum.

cognomina:
- imperii: Franci Austriaci Burgundiones, Suevi quondam Laugii, Loubii, Hachostadium, Weissenhorn [?]
- foederis: Suevorum Suitenses
- situs loci: Austria, Boiorum pagus, Vestria Teutonum, Austria sive Austrasia Gallis
- militaria: Suitenses landocenechthi, Alemani, Cimbri
- regionum: Boiemia, Zechi, Moravizki
- gentis: Boiorum in *[sic]*
- linguae: Teutones, Venedi, Sclavi

Aschgnanus, Philippus. Altho, Althomurus, Altomurus — Gerwilius — Chunradus Bebelius, Chunradus Peuthinger, Chunradus Celtis.... — Vanda, si non Sclavi... Jordanus Vandalos, Alanos — Philippus — cognomina essent logica [?] non prorie, nisi dicas Mannum [?] vatem fuisse et pueris huiuscemodi nomina ab h.... nda haereditate recens natis imposuisse. quodsi . .cognomina haec fuisse: Selender, Rheinlender, Danawer. Narisci, Nartra [?], natraerisch [?], marchia Suevorum, marchia Boiorum, camporum, Haunocamp, Parincamp [?], Abdrabo, Abdacamp, Abderoch; ... Istevones Inderistewoner Iseristewoner Herminones extremi Germanorum — Theod, Thodry, Theoderus, vulgus Thudrus.

Palatinus ut vicarius imperii interdixit urbibus [?] Vielmii [?] ab armis describere. nemo paruit, quin ipsi comminati sunt Suevi malum, vociferantes, eum iniquissime agere, ut qui suo officio functus non sit in prohibendo Virteburgensi, ne Reutlingam occuparet. dux Viridobergensis pulsus terra, exutus urbibus et castris a foederatis Sueviae. inter hos motus in V..... [?] aput E. [?] Sibylla uxor Ludovici palatini, soror Vilelmii ducis Boiorum ad manum est acta.

Am Rande: Georgius Stauphius et Teodericus Spatius clam abduxere Sabinam uxorem ducis Viridobergensis *[vergl. v. Stälin, Wirt. Geschichte, IV, 123]*.

2. Auf der letzten Seite (fol. 252 v.) des 2. Bandes der Handschrift A. und auf der inneren Seite der hinteren Einbanddecke steht von Aventins Hand u. a.: Gut ding mues weil haben, eilen thet nit gut. apud me. *Ferner folgende zeitgeschichtliche Notizen:*

1520 23 Octobris coronatus Carolus est Aquisgrani; adfuere 3 archiepiscopi, palatinus; Fridericus Saxo Coloniae aegrotat, Brandeburg~~ensis~~ et Boiemus non adparuere. debuisset 7. Octobris fieri; ob pestem dilata; electores Coloniae coronationem celebrare voluerunt, noluit Carolus.

Anno Christi 1522 13 kalendas Decembris Franciscus Herengatus *[der Nuntius Chieregato]*, electus episcopus Aprutinus, princeps Jerami, orator Hadriani sexti pontificis maximi in conventu principum Noribergae hortatur Germaniam ad tutandum regnum Hungariae. tum Turcus Rhodem insulam obsidebat. mens erat pontificis maximi et petebat Ludovicus rex Boiemiae ac Ungariae, elector imperii, ut imperium Albam Graecam *[Belgrad, damals Griechisch-Weissenburg genannt]* obsideret et ita cogeretur Solymanus Turcus solvere obsidionem ac sua defendere. frustra sumpsit operam Hadrianus conciliandorum regum Henrici Angliae, Francisci Galliae et caesaris. Solimanus imperator Turcarum priore anno Belgradum, claustrum Ungariae munitissimum, cum aliis multis oppidis et castellis in ditionem redegit, longa obsidione domuit, expugnavit; Scardonam quoque postremo, Illyrici civitatem insignem, vi et armis in potestatem coegit. pater eius Syriam, Aegyptum subegit, Pheniciam .:... pontifex maximus Hadrianus conqueritur de tenuitate fisci ob nimiam liberalitatem priorum pontificum, tamen conduxit a Genuensibus duas naves onerarias insignis magnitudinis, quas carracas vocant, eas cum oportuno praesidio tum peditum tum conmeatus Rhodum versus navigare iussit. cumque paulo post accepisset civitatem Semam in ora Illyrici maris

BSB

sitam re frumentaria ac machinis et tormentis bellicis maxime indigere, subvenit de sua paupertate.

